EPISCOPVS

OPVS TRIPARTITVM

ETHICO-POLITICO-SACRVM


Non Præſulibus modò, ſed omnibus in Chriſtiana Republica Populorum Moderatoribus, Principum Conſiliarijs, Diuini Verbi Concionatoribus maximè accomodatum.

ALEXANDER SPERELLVS
EVGVBINVS ANTISTES
E COLLEGIO SVMMI PONTIFICIS THRONO ASSISTENTIVM

ITALICO SERMONE SCRIPSIT

HANNIBAL ADAMI
FIRMANVS E SOCIETATE IESV

Plurimis,& Maximis è Gallia,Hiſpania,Germania,Epiſcopis poſtulantibus *Idiomate Latino donabat*.



R O M Æ M. DC. LXX.
Ex Typographia, & Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſſij.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO PRINCIPI
DECIO AZZOLINO
S. R. E.
CARDINALI DIACONO
Tit. S. Euſtachij.

IMPROBVM acerbumque laborem, quò, in hoc opere moliendo, ſtylum plerùmque reluctantem, curis maioribus implicitus fatigaui, eo maximè titulo identidem recreabam, quòd nempè poſt emenſa diuturni temporis interualla, eò tandem accederet dignitatis & gloriæ, quòd ſub oculos caderet Tuos, eumque ſplendorem, quem ipſi Scriptoris obſcuritas afflare non poterat, Tui Purpura luminis, Tuique lumen ingenij multiplici Tuo Sydere adumbratum, vberrimo munere in ipſum deriuaret. Sicut enim nihil ſpecioſius militi nihil fœlicius, quàm pugnare ſub oculos Ducis, eoque ſpectante, bellico ſudore conſpergi, ſic pariter nihil ſcriptori iucundius, nihil ſplendidius, quàm manu ingenioſa tractari, eumque ſortiri lectorem, qui foliorum tenuitati pondus faciat grauitate ſcientiæ, nigraſque characterum acies dum oculo luſtrat, illuſtret ingenio. Nè autem velut inſanæ ambitionis rea mea hæc cogitatio damnetur, candidè dixerim, quid ipſam excitauerit, vt è domeſticis tenebris ad tanti lumen aſpectus non formidet accedere, & Lucem, quam neſcit à cunis, & deſperat à prælo, Tuo quærat ab oculo, Tuaque ſperet à Purpurà, cuius magiſterio potiùs erubeſcens, exterorum aſpectum ſui certa periculi fugere debuiſſet. Prætermitto, quòd Tuus æſtimatione, & amore ſit huius operis author Eugubinus Epiſcopus, ſui famà nominis Magnus, Tuique maior approbatione iudicij: Prætermitto, quòd Tuis conſona moribus, & Sacro Principe digna hìc agatur materies, illaque in Epiſcopis deſignetur excellentia virtutis, quàm Tuà Pietate deſcribis, Tuàque Purpurà exor-

nas. Quod potiſſimùm me fecit, vt ad Te properarem, audacem, mei fuit ergà Te ardor, & impetus quidam omnia ſuperantis obſequij. Vt naturæ, vt amori faciam ſatis, Tui pronus in cultum non eſſe tantùm geſtio ſed videri; mei fructus agelli, tenuiſque vectigal ingenij Tui ſuperbiæ Nominis placet offerre, vt agnoſcas, nec mea mihi probari, niſi faciam Tua. Cuius autem patrocinium ſecurius, & ſplendidius meus hic eruditus labor exquirat, quàm Tui, qui litteras omnes Tui pectoris inquilinas facis, Purpurà veſtis, Capite coronas, foues amplexu? Hæredem Te Tui fecere Maiores non tam nominis & dignitatis, quàm Scientiarum amoris. His illi præſidijs Infulas, & Purpuras ſibi texuere, vt potèqui optimè ſcirent, in vnà Sapientià veros eſſe theſauros, quibus pretioſiſſimæ dignitates fiunt ſine iacturà, & ſine rubore vænales. Ioannes certè, qui ducentis ab hinc annis Romanæ Purpuræ decus primus omnium Tuam deriuauit in Domum, adeò Diuini Humanique Iuris ſcientià excelluit, vt viuens prouinciarum lex eſſet, & populorum Oraculum. Decius verò, cuius in nomine, Tuo nomini impatiens natura proluſit, hac potiſſimùm de cauſà, Vaticanà Purpura donatus fuit à Pontifice Maximo Sixto Quinto, vt ſcilicet præſtantiſsima doctrina eius coronaretur in Capite. Quid de Laurentio dicam Epiſcopo Narnienſi, & Vrbani Octaui à Secretis ſtatus? vt grauiores diciplinas, quas indefeſſo labore ad humanæ Diuinæque ſapientiæ fontes exhauſerat, amænioribus litteris temperaret, Poeticæ ſtudens eò breui deuenit, vt clariſſimi nominis Vates, Vrbanoque Pontifici gratiſſimus exules ferè Muſas Italiæ ſuæ reddiderit, fideſque ſuas Apollineæ Lyræ tam canorè maritauerit, vt vel acerbis in Satyris vitia perſtringens mordeat, & delectet, blandiatur, & vulneret. Vrbanis forſan ab Apibus didicerat vir Maximus nec mella ſine aculeis, nec ſine melle aculeos humanis mederi poſſe vulneribus. Suam & ipſe Purpuram ſuo Patruo non impar oſtenderet, niſi feſtinatæ mortis iniuria, eius merita, Pontificis Vrbani promiſſa, Romanæque Aulæ deſideria fraudaſſet. Iam verò de Te quid ego dixerim? quanta mihi liceret eloqui, niſi Tuus nobilis pudor, par virtutibus cæteris, tributa laudum generoſà voce repelleret? Quam dura mihi cum Modeſtia Tua pugna eſt; Laudanda ſemper facis, laudes ſemper extinguis, laudum ſemina ſemper inexhauſta manu diffundis, ipſas verò laudes nunquam vel delibas in fructu, vel odoraris in flore, cumque alienæ beneuolentiæ Tu gratus eſſe feſtines, beneficijs Tuis alij videri coguntur ingrati, ſibique diſplicere, ne Tibi diſpliceant: nulla ſi quidem Tibi charior virtutis merces, quàm ipſa Virtus. Silentio igitur omittere liceat illa, quæ oculatus ego teſtis in ipſo Tuæ adoleſcentiæ flore ſuſpexi. Adeò in pulnere litterario Tuum præſtabat ingenium, vt eius perſpicaciam, & robur Magiſtri vel doctiſſimi ferè aſſequi deſperarent, mentiſque inexpletæ capacitatem explere vix poſſent. Patriæ miraculo eras, cùm vel adoleſcens loquereris, vnoque in Decio nouem Muſas non abſque inuidia iurabant exteri rediuiuas. Adeò ſiquidem Patrui Tui Laurentij ſtylum mentemque induiſti, vt vno differres in nomine, non voce Laureatus at fronte. Silere tamen illa non liceat, quæ ſeuera ingeniorum æſtimatrix Aula Romana de Te non ſine admiratione teſtatur, Tui ſcilicet ingenij robore

tam

tam Eminens dignitatis faſtigium attigiſſe, eius perſpicaciá labyrintheas ambages, fraudeſque aduerſantium eluſiſſe, eius ſplendore viam Tibi feciſſe ad eam Regnantum Gratiam, quæ Purpuræ pretium addit, ipſamq; reddit gratiorem. Certè Pontifices Maximi Innocentius Decimus. & Clemens Nonus in partem ponderis, quo Mundum gerebant, Te vocauere, Tuæque fidei ſui Principatus arcana committentes tam perſpicax, tam validum, tam velox Tuum ingenium inter grauiſſima negotia ſenſere, vt nobiliſſimo præconio Te *Aquilam* compellarent, & quod maius etiam eſt, omnibus prædicarent. Quin ipſemet Alexander Septimus Tuo frequenter ingenio, cuius vim in ſuâ ad Pontificatum electione ſuſpexerat, tam fidenter vtebatur, vt quæ non ſemel in rebus maioris momenti arcana, & ardua ad Reges eſſet ſuo met charactere ſcripturus, è Tuo exemplari reſcribere non ſit dedignatus. Quidnam litteræ illæ non impetrarent, quibus ingenium Azzolini Cardinalis, & Pontificis Alexandri manus militabant? Summorum Pontificum teſtimonio Regina Chriſtina concordet, Inclyta Suæcorum Regina, ingenio ac virtute magis quàm Regio ſanguine, & nomine, vltrá quám dici poſſit, Spectatiſſimâ Heroina. Hæc enim, dum Catholicæ Religionis amore, Sueciæ Regno abdicato Romam acceſſit, ab Alexandro Septimo Pontifice poſtulans aliquem ſibi deſignari è Cardinalibus, cum quo de negotijs rebuſque proprijs agere confidentiùs poſſet, cùmque ei Pontifex Te Vnum tanto operi parem deſignaſſet, tantas in Te ingenij, & animi dotes inueniſſe omnibus profitetur, vt de Te dicere frequenter ſoleat, nuſquàm alibi ſe in vno homine tantum ingenij, perſpicaciæ, prudentiæ, dexteritatis ſimul inueniſſe: Quid amplius hic alijs de Te dicendum ſuperſit, vbi nunquam ſatis laudanda Regina Regali Te laudatione proſequitur, ingentemque Tibi Panegyrim ſuâ breui oratione contexit? nimirum de Te vel tacere vulgares viri debent, vel Maximi tantùm loqui pro merito poſſunt, Si hæc alicui videar confidentiùs loqui, non ſanguini tribuatur at merito. Illùc excelſa Te Virtus euexit, vt extrà adulationis diſcrimen laudari poſſis vel à Tuo. Hæc autem Tui ingenij amplitudo quantùm fauet Operi meo Quàm magnus quàm capax Oceanus! riuulos tamen excipit ſinu, fonteſque ipſos ſuperbo non arcet amplexu: nimirum licet puſilli, ſui ſunt. Nec Tuos labor iſte meus licet puſillus deſperat amplexus: Tibi namque debitus, Tuus eſt. Pande igitur *Epiſcopi* theſauro diues immortalitati vela Liber meus: Aureas Tibi Purpura *Decij* centuriat auras, viamque ſpondent naufragio ſecuram propitia *Sydera Azzolina*. Hæc ſibi precatur, & ſperat.

T. E.

Addictiſſimus & Obſequentiſſimus famulus.
Hannibal Adami Societ. Ieſu.

INDEX

INDEX CAPITVM
SECVNDAE PARTIS.

CAP. I. AD Ediſcopi mores, Populorum mores componi. pag.1

CAP. II. Epiſcopum ſuæ potiſſimùm in virtutum ſtudio perfectioni vacaturum. p.7

CAP. III. Vitam ſuo ſtatui parem traducendam Epiſcopo eſſe. p.13

CAP. IV. Epiſcopum quibuſcumque ſuis commodis poſthabitis ſoli populorum vtilitati proſpecturum. p.18

CAP. V. Quàm neceſſariò Prudentia in Epiſcopo requiratur. p.22

CAP. VI. Potiſſima Prudentiæ munera explicantur, quibus ad operandum vti debet Epiſcopus. p.26

CAP. VII. Docilitatem in Epiſcopo requiri, quà ſuam opinionem exuens ſententias aliorum libens excipiat. p.33

CAP. VIII. Quales futuri, quos in ſui conſilium adhibeat Epiſcopus. p.38

CAP. IX. Modus expenditur, quo conſilia aliorum excipere, eiſque adhærere debeat Antiſtes. p.42

CAP. X. De Cautione quà ſermonem ſuum componere debet Antiſtes. p.46

CAP. XI. De ſcientià doctrinaque in Epiſcopis neceſſarià. p.53

CAP. XII. Sacræ Scripturæ libros potiſſimùm ab Antiſte peruoluendos. p.60

CAP. XIII. An profanis litteris vacarie Epiſcopis liceat. p.67

CAP. XIV. Quàm indecorum ſit, vt venationibus Epiſcopus vacet, & inter canes equoſque ad ſolatum verſetur: tria demùm venationum commendanda genera deſignantur. p.73

CAP. XV. Nefas Epiſcopis eſſe, tùm comœdias tùm ſpectacula publica frequentare. p.78

CAP. XVI. Quatuor ſpectacula recenſentur quibus adeſſe non tantùm licet, ſed commendandum Epiſcopis. p.81

CAP. XVII. Saltationibus, & Choræis ad eſſe nefas Epiſcopis eſt. p.83

CAP. XVIII. Otij ſegnitiem fugiendam Epiſcopis eſſe. p.85

CAP. XIX. Fuſiùs idem confirmatur. p.88

CAP. XX. A ludis alienum Epiſcopum fore. p.92

CAP. XXI. Ad honeſtam animi corporiſque relaxationem tempus aliquod ab Epiſcopo concedendum. p.98

CAP. XXII. Quatuor à Præſulibus in relaxatione obſeruanda, vt ſacris viris digna æſtimetur. p.100

CAP. XXIII. De caſtimoniæ in Epiſcopis neceſſitate. p.106

CAP. XXIV. Quantùm luxurie dinigretur Epiſcopus, eàque de causà tùm terrenis, tùm cæleſtibus ſupplicijs percutiatur. p.111

CAP. XXV. A contubernio fœminarum alieniſsimos fore Antiſtes. p.117

CAP. XXVI. Fœmina, licet religioſas, & pias ab Antiſtite eſſe fugiendas. p.121

CAP. XXVII. Alia recenſentur incommoda, quæ muliebri conſortio pullulunt, & ad ea euitanda quatuor leges præſcribuntur. p.126

De

CAP.XXVIII. *De modeſtiâ, quà ſeruandi ab Epiſcopis oculi ſunt.* p.132
CAP.XXIX. *Indecoram maximè Epiſcopis eſſe epularum intemperantiam.* pag. 173.
CAP.XXX. *Quàm comendanda, quàm vtilis Epiſcopis ſit epularum Temperantia.*
CAP.XXXI. *De circumſtantijs, quibus ſuam temperantiam facere debent Antiſtes illuſtriorem.* p.143
CAP. XXXII. *Tres aliæ circumſtantiæ ad eandem rem uberiùs explicandam afferuntur.* p.145
CAP. XXXIII. *De Temperantiâ ab Epiſcopis ſeruanda; tùm in domeſticâ ſupellectile, tùm in numero famulorum.* p.149
CAP.XXXIV. *De Modeſtiâ in veſtibus ab Epiſcopis ſeruandâ.* p.154
CAP. XXXV. *Superbiam longè eſſe ab Epiſcopis ablegandam.* p.163
CAP. XXXVI. *Ad humilitatis ſtudium in Epiſcopis excitandum tria argumenta afferuntur.* p.170
CAP.XXXVII. *Ad eandem humilitatem in ſacris viris enutriendam quatuor aliæ rationes afferuntur.* p.178
CAP.XXXVIII. *Exempla ad hoc idem illuſtrandum afferuntur.* p.184
CAP. XIL. *Dignitatis maieſtatem & decus abſque humilitatis notà ab Epiſcopo ſeruandam.* p.190
CAP. XL. *Inanem gloriam ab Epiſcopo fugiendam.* p.197
CAP. XLI. *Plurimi ab Epiſcopo famam ſuam faciendam.* p.202
CAP. XLII. *Alia ad idem afferuntur, probaturque, quàm ſolertèr & cautè ſuæ proſpicere famæ Epiſcopus debeat.* p.208
CAP. XLIII. *Secularibus à rebus alienum futurum Epiſcopum.* p.215
CAP. XLIV. *Diuitiarum amorem maximè in Epiſcopis eſſe indecorum.* p.218
CAP. XLV. *Ad idem probandum exempla congeruntur.* p.223
CAP. XLVI. *Idem rurſus agitur, eorumque reſponſio refellitur, qui ad dignitatis fulciendam maieſtatem congerendis opibus incubare affirmant.* p.230
CAP. XLVII. *Auarorum Antiſtitum reſponſio alia diluitur, quæ in Nepotum amore verſatur, & ſacrorum redditus erga illos locupletandos largitas perſtringitur: demùm ad quos vſus ſacra bona ſint conuertenda, edocetur.* p.235
CAP. XLVIII. *Eadem res agitur, moduſque aperitur, quo ſine noxà poſſint conſanguineis ſacri reditus impertiri.* p.240
CAP. IL. *De eodem agitur, aliaque quinque incommoda, quæ ex immodico conſanguineorum amore emanant, euitanda Epiſcopis exhibentur.* p.246
CAP. L. *Exemplis ſuperiùs ſcripta roborantur.* p.249
CAP. LI. *Qua ratione componere ſe Epiſcopus debeat in temporaneis Eccleſiæ ſuæ, ſuique populi negotijs peragendis.* p.255
CAP. LII. *Vigilem Epiſcopum fore in ſuà familià gubernandà.* p.259
CAP. LIII. *De Vicario aliiſque Adminiſtris eligendis ſuoque Tribunali cuſtodiendo.* p.261
p.266

De

Digitized by Google

I N D E X.

CAP. LIV. *De obſeruantià, & obedientià, quæ Maximo Pontifici ab Epiſcopis exhibendà eſt.* p.270

CAP. LV. *Quà ratione cum Pontificijs adminiſtris gerere ſe Epiſcopus debeat.* p.275

CAP. LVI. *Pietatem ab Epiſcopo potiſſimùm exigi, eamque ad optimum regimen habendum fore perutilem.* p.280

CAP. LVII. *Orandi Studio addictum Epiſcopum fore.* p.284

CAP. LVIII. *In Diuino tantùm auxilio confidentem Epiſcopum populorum regimen ſuſcepturum.* p.288

CAP. LIX. *Allatis exemplis idem agitur.* p.292

CAP. LX. *Amandum ab Epiſcopo Deum eſſe.* p.294

CAP. LXI. *Singulari cultu Sanctiſſimam Deiparam ab Epiſcopo honorandam.* p.301

EPI-

EPISCOPVS
ALEXANDRI SPERELLI
Epiſcopi Eugubini
OPVS
Latino idiomate redditum
A P. HANNIBALE ADAMI
E Societate Ieſu
PARS SECVNDA.

Ad Epiſcopi mores, Populorum mores componi. Caput I.

A

OPTIMI Antiſtitis imaginem Cælesti penicillo expreſſurus Diuus Paulus, vt illam Timotheo traderet poſteris inſpectandam, tria potiſſimum iuxta Vgonis Cardinalis mentem diligenter aduertit. Primò ſcilicet cogitationem, qua ſibi Sacros Magiſtratus vſurpat, indè viuendi normam, qua infulatus ſe ſuoſque mores componat, demùm regiminis rationem, qua Principatum ipſum exerceat; cum autem ea omnia, quæ primò requiruntur, ſatis abundè, ni fallimur, explicauerimus, ad ea, quæ ſecunda pars complectitur, in præſenti accedamus oportet, vt Tertiâ demùm parte omnia, quæ ſuperſunt, abſoluamus. Vgo in 1. Tim c. 3. in exp.

Vt autem hinc ordiamur, cúm Sacrarum Legum Interpres Ioannes à Deo in mandatis habuit, vt Epiſtolas Sacris Oraculis affluentes ad ſeptem Vrbium Mino-

ris Aſiæ Antiſtites ſcriberet, Angelos eos appellans, *Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe, &c.* clariſſimè oſtendit, ſua in ſede velut in Cælo, Epiſcopum, cæleſtem veluti mentem eſſe, ad cuius arbitrium certis legibus eius motus temperentur. Quapropter, ſi Platonis Aſſeclæ in ea ſententia fuerunt, vt aſſererent, totam hanc vniuerſi Molem ſupremis illis mentibus, quæ cęlorum curſus moderantur, ſubiacere, quis pariter æquè prohibeat, vt aſſeramus, ex Epiſcopi moribus veluti à primo Cęlo, populi mores, & Cleri potiſſimum dependere? Adeo vt, ſi ſe ipſos ad priſtinam diſciplinam reuocarent Antiſtites, facillimè ſuorum morum exemplis afflictum Cleri ſtatum excitarent, moreſque perditos in veterem dignitatem reuocarent, ex quo ſpes ingentes, vt ait Pelusiota, haurirentur, vt vnoquoque eorum veſtigijs adhęrente, a vitiorum ſordibus Vrbes omnes abſcederent, virtutes Chriſtianas excolerent, ſuæque ſaluti tota animi contentione conſulerent. A

Iſid. Peluſ. l. ep. 326.

Côc. Trid. ſeſſ. 6. c. 1. de reform.

Hinc Tridentinę Synodi Patres ad totius Orbis mores corrigendos anhelantes, hac potiſſimum baſi tanti molimen operis ſtatuerunt, & ſingulare veluti medicamentum ad vulnera vitiorum vndique graſſantium obducenda: Eorum verba proferre liceat *Ad reſtituendam collapſam admodum Eccleſiaſticam diſciplinam deprauatoſque in Clero, & Populo Chriſtianó mores emendandos, ſe accingere volens, ab ijs, qui maioribus Eccleſiis præſunt, initium cenſuit eſſe ſumendum: integritas enim præſidentium ſalus eſt ſubditorum*: Niſi perfectiſſima morum imago prius coleretur in Præſule, fruſtra populorum componendos mores ad normam pietatis arbitreris: ex illis enim iſti dependent, cum bene ſe habere membra non valeant, ſi caput ipſum elangueat. B

D. Bernard. ſer. ad Paſt. in Synod.

Quapropter Antiſtites ſimul ad Synodum coactos alloquens Diuus Bernardus ait: *Dolor capitis in membra redundat, capita populi ſunt Sacerdotes: omne caput languidum, & omne cor mærens: languent Prælati Eccleſiæ in cupiditatibus ſuis, &c.* Incommoda, vitiaque, quibus populorum animi tam fedè ſordeſcunt, non alia potentiori vi deſtruuntur, quàm Præſulum ſanctitate: audiantur hic rurſus Tridentinæ Synodi Patres, qui ſermonem de hoc alibi habentes, ſic etiam ſtatuerunt.

Côc. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de reform.

Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt: cùm enim a rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tamquam ſpeculum reliqui oculos conjciunt: publicum quidem ſpeculum Antiſtitum vitam eſſe dixeris, in quod omnium oculi conſpirant; ſi ergo nitidum, & criſtallinum fuerit, omnibus ſuas maculas explicabit, vt eas deleant, & eradant. C

Mentiar, ni ex vberrima Diui Chryſoſtomi vena hęc omnia Doctiſſimi Patres acceperint: hic enim ea Apoſtoli verba declarans ad Titum Cretenſem Hyerarcam ſcripta, *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum, &c.* Hoc dicendi modo ea illuſtrat; *Sit doctrina, & exemplar virtutis tuæ ſpeculum vitæ, quod omnibus proponitur ad imitandum veluti archetypus, & primitiua quadam imago, omnia in ſe habens, quæ bona, & honeſta ſunt.*

Ad tit. 2. 7. Chriſ. ib.

Illud etiam tantus Reipublicæ Chriſtianæ Magiſter voce identidem vſurpat, quod ſi ſuæ ætatis Chriſti fideles ad Orthodoxæ religionis leges ſuos mores attemperaſſent, & quam profitentur diſciplinam opere expleuiſſent; nullus è tot millium numero cultor Idolorum ſupereſſet, *Nemò profectò gentilis eſſet, ſi ipſi vt oportet Chriſtiani eſſe curaremus*: Sed quis credat? Hebræum virum audiamus, hęc eadem de Pręſulum pietate confirmantem: ſi namque par in ipſis eſſet morum Sanctitas, & præſtantia dignitatis, certatim omnes reiectis mendacijs ad noſtræ veritatem fidei amplectendam accurrerent: cum enim Romà redeuntem ſciſcitarentur eum aliqui, an adhuc Cardinalis Bellarminus viueret, & adhuc eum viuere affirmaſſet, hæc addidit, quod ſi Præſules omnes, omneſque Lithurgi, quos Orthodoxa fides enumerat ad Cardinalis Bellarmini exemplum mores Sanctiſſimè informarent, nè vnus quidem ex Hebræis ſupereſſet, qui ſponte à ſuæ legis licentia abhorrens, permutata voluntate ad Chriſtianæ fidei legem animum, operamque traduceret: adeò nullus potentior, & efficacior ad populorum trahenda, & emollienda corda magnes eſt, quam Sanctitas Hierarcharum: Eò enim innato quodam inſtinctu feruntur Populi, vt Principis, ſeu Sacer, ſeu profanus ille ſit, mores imitetur, D

D. Chriſoſ. hom. 10 in moral. ad Tim. c. 3.

retur: validiùs ille moribus adhortatur, quàm vocibus, & potentiùs imperat pie-
A tate, quàm legibus: Iure igitur meritò ille cecinit,

Componitur Orbis
Regis ad exemplum; nec ſic inflectere ſenſus Claud. 1. Hon.
Humanos edicta valent, quam vita regentis.

Moderatoris mores perpende: ex illis enim, qualis ſit populus innoteſcet.quapropter graue illud effatum Romanus pronunciauit Orator, *Quales in Republica Principes fuerint, tales & Ciues.* Cic. 1. de offic.

Sapientiſſimus omnium quotquot ea ætas afferret Principum Carolus Quintus dicere aſſueuerat, ſe Populorum, Vrbium, Prouinciarum mores agnoſcere è Præſulum, Præceptorum, & Moderatorum moribus: Sacra pendent à Præſule, Iuuentus, quæ Reipublicæ quoddam Seminarim eſt à Præceptore, Vrbs tota á Moderatore, vt enim Traianum Cæſarem monuit Plinius, *Vita Principis cenſura eſt, eaque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tam imperio nobis opus* Lap. in Matth. 5. 13. Pli. in Pan. ad Traian.
B *eſt, quàm exemplo.*

Quin apud Caſſiodorum exaggeratius loqui videtur Theodoſius, ſed re vera ea, circa quæ verſamur illuſtrat, hoc eſt fieri faciliùs poſſe, vt ſuis in rebus erroris neſcia natura fallatur, quàm vt Princeps, aut Præſul diſſimilem ſibi populum fingat. *Facilius eſt quippe (ſi dicere fas eſt) errare naturam, quàm diſſimilem ſui Princeps poſſit formare Rempublicam.* D. Ambr. ſerm. 40. Caſſiod l. 3 ep. 12. alias 11.

Cum Samuelis ore Regi Sauli præcepit Deus, vt Amalecitarum Turbas extrema internecione deleret, abſque eo, quod ne vnus quidem ex eis, vel vir fuerit, aut fœmina ſiue animal, ſupereſſet, vt Dei mandata populus faceret paratiſſimus erat: verùm vt Saulem Regem aſpexit Regis Agag vitæ conſulentem, & pretioſa quæque ſibi ſeruantem, Principis exemplum ſequutus celeriter fuit: *Et pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum, & arietibus, & vniuerſis, quæ pulchra erant.* Ex aduerſo Regis Niniuitarum pœnitentia toti populo dolorem incuſſit, & vberes intulit lacrymas: Regis ieiunia adeo populum ieiu- 1. Reg. 15. 9.
C num reddidere, vt tenuis quicumque cibus fuiſſet, ei piaculare flagitium videretur. *Vt tota Ciuitas ieiunaret, famem ſibi Rex primus indicit,* ſic eleganter Ambroſius. D. Ambr. ſer. 40.

Ad Idola Hieroboami Regis ſtatim populus totus accurrit, vt euaporatis thuribus ea veneraretur: vt autem ad veri Numinis cultum deceptus populus reuerteretur, Ezechiæ Regis exemplum pro duce fuit: cum Dioniſius Tyrannus Platonis diſcipulus, vt habes è Plutarco, ad Philoſophiæ artes addiſcendas ſolerter incumberet, ad Geometriæ ſtudia tota aula ſimul cum vrbe mentem ſuam conuertit: vel Plebeios ſcientiarum amor occupauerat: in Theatrum ſapientiæ Regis aula conceſſerat, & ſuam Academiam Athenis Syracuſas tranſtuliſſe Plato videbatur: vix autem Principis amor erga Platonem defecerat, vt protinus luxu deſidiaque totâ aulâ affluente, ſcientiarum amor euanuerit, & quæ domus Mineruæ videbatur, Circæam referret domum, vbi belluinos quiſque vultus induiſſet.

D Promiſſus Seruator expectatiſſimus Hebreis erat: nil aliud ab eis tàm feriò, & contentiosè agebatur, quam de eo perquirendo: in perſcrutandis antiquis vaticiniis ſolertiſſimi ſemper erant, vt, an eius aduentus tempus adhuc acceſſerit indagarent: quid tamen? vt trium Magorum Regum ore, quos ſtella duxerat, excipiunt Chriſtum Seruatorem acceſſiſſe, & eodem prorſus loco, quem diuina oracula ſignificauerant, lucí iam datum, & natum, ad Regis, imo Tyranni Herodis aſpectum ad hoc nuncium ferè inſanientis inſanit & populus, eiuſque imitatus exemplum ingentem concepit de eo triſtitiam, quod maximam gaudij ſegetem afferebat: *Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Hyeroſolyma cum illo.* Matth. 2. 3.

His aliiſque permultis, quæ ſuppeterent exemplis, illud Acgeſippi acroama confirmatur, *ſicut boni Principis vita, probitatis quædam præſcriptio, & per vniuerſos viuendi forma eſt; ita Imperatoris colluuio, lex flagitiorum eſt.* Egeſip. de excid Hier cap 5.

Suæ ætatis infortunia, iure quidem meritò Firmianus Lactantius non ſine gemitu memorabat: obſequij enim loco erat, Regum, & Principum vitia venerari, adeo vt leſæ quodammodo Maieſtatis reus videretur, qui vitio calcato ſe virtuti Lact. Firm. l. 4. de auſt.

mancipaſſet, *Quoniam mores, & vitia Regis imitari, genus obſequij indicatur, abiecerunt omnes pietatem, nè exprobare ſcelus Regi viderentur, ſi piè viuerent.* Nec A
longè ab his ea diſtant, quæ Sanctus Ambroſius de Epiſcopo, qui criminibus inquinetur, dolenter exaggerat: honoris enim dignitate, qua fulget, illuſtrat vitia, crimina exornat, adeo vt peccare nullus timeat, qui peccantem aſpectet Epiſcopum. *Nulli iamque illicitum eſſe videatur, quod ab Epiſcopo quaſi licitè perpetratur: ſed ipſum magis credunt homines eſſe laudabile, quicquid Epiſcopus habuerit delectabile; nec quiſquam quod agere Pontifex non dubitat, ſe indubitanter agere dicat.*

§. I.

DEO ſit laus! Noſtra enim hac ætate, ſi vnus ego excipiar, omnes quotquot in partem ſacri Regiminis vocantur Antiſtites, ea morum integritate B
ſplendeſcunt, quæ ad populos erudiendos quàm maximè decet: Cœlorum inſtar ij ſunt, qui populos ad motus ſui legem trahunt, & è vitiorum ſordibus eos excitantes, ad ſua quærenda veſtigia ſuauiter eos impellunt: ad haec ſanè mentem ea Regij Vatis verba Chryſoſtomus aptat. *Cæli enarrant gloriam Dei. Cæli, id eſt, Superiores enarrant, non dicentes tantum, ſed vita exemplo adducentes.*

Nulla potentior poteſt dari lex, quæ ſubditarum gentium corda validiùs ab erroribus auocet, quàm Epiſcopi pietas, qui vel tacens loquitur, hortatur, præcipit, & ſanctis operibus arguit, docet, obiurgat, viuendique formam, normamque morum ſubditis impertitur, *Præpoſitorum bonitas, ſubiectorum ſalubris eſt regula*, hæc de Pontificia Sede Gregorius: populos perficit ſanctus Antiſtes, & virtutibus ſuis artes omnes, quibus mali Dæmones in ſuum gregem feruntur, exſuperat.

D. Ambr. de dign. Sacer. c. 6.

Opportunè ad hæc roboranda perpenditur à Diuo Leone Pontifice, quod cum Apoſtolis Chriſtus ſignificauit, in votis fuiſſe Sathanæ, vt eos crebris tentationibus vexaret, & quodammodo cribraret. *Ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum.* Licet facultas, quam Dæmon obtinuit, vt in Apoſtolos ſæuiret, ad omnes referretur, omneſque in certamen adduceret, conuerſus tamen ad Petrum Chriſtus Dominus, ſic eum ille alloquutus eſt. *Ego autem rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Si tentationum aculeis omnes eruciandi, cur pro vno tantum Petro rogat Chriſtus? ſibimet interroganti Magnus Pontifex reſpondet, quod cùm in Petro Apoſtolici Collegij caput ſtatueretur, eius ſaluti conſulere, omnium beneficium erat: ſi namque optimè conualuerit caput, totum corpus incolume fore quis neget? audi iam Magnum Pontificem. *Commune erat omnibus Apoſtolis periculum de tentatione formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant: quoniam diabolus, omnes exagitare, omnes cupiebat elidere; & tamen ſpecialis à Domino Petri cura ſuſcipitur, & pro fide Petri propriè ſupplicatur; tamquam aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens Principis victa non fuerit.* Fortior erit acies leporum ſi ducem Leonem habuerit, quàm Leonum acies ſi leporem ducem ſortiatur: ſi contra inferorum pugnas ardore pietatis inuictus ſteterit Præſul, nil opus eſt quod timeat populus: ſeruetur Petrus, qui caput eſt: ex huius enim ſalute pender membrorum omnium ſalus. C D

Luc à 22. 32.

Pſ. 18. & ibi Chriſ.

D. Leo ſer. 3. in ann. ſuæ aſſump.

Si myſticum veluti corpus Eccleſia tota eſt, in tribus eius partibus Antiſtes exprimitur, in capite ſcilicet, in oculo, & in ſtomacho, quàm benè autem tria hæc huic doctrinæ ſubſeruiunt? ſi enim Antiſtes vt è ſancti Leonis ſententia diximus caput eſt, quis neſciat è capite, veluti è fonte in cætera membra ſpiritus, & vires omnes deriuari? adeo vt è Principis ſalute populorum ſalus oriatur: Hac eadem comparatione Traianilaudes explicans Plinius vtitur, vt enim ſuum Neronem inſtrueret, hæc habuit. *A capite bona valetudo, inde omnia vegeta ſunt, aut languore demiſſa ſunt.*

Senec. l. ade clement.

Dolcant membra cætera neceſsè eſt, ſi caput elanguerit; non in Antiſtite ſolum vitiorum morbus immoratur, contagione quadam ſerpit etiam in populum, eumque

A que totum tàm maligno tabo inficit, vitiatque, vt integras Vrbes, longèque latas D Paſc. l. 2 de lament.
Prouincias ſparsà lue depaſcatur. *Culpa Sacerdotum ruina populi eſt*. habes hæc à Hierem.
Diuo Paſchaſio.

Sacri huius corporis oculos imò pupillas Religionis, quæ Dei populus eſt, An-
tiſtites eſſe, ab ipſo Deo docemur, cuius oraculum fuit Zachariæ ore prolatum iux-
ta omnium Sanctorum mentem. *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*. vel vt Zac. 2. 8.
legunt Hebræus Codex Chaldeus, Græcus, Complutenſis Regius & Diuus Hie-
ronymus, *Tangit pupillam oculi eius, ideſt Eccleſiæ*. quis enim neſciat idem prorſus
ab Epiſcopis munus eſſe præſtandum, quod corpori oculi præſtant? recta igitur tu-
taque via tunc populi incedent, cum nitidæ, chriſtallinæ nullaque prorſus vel le-
uiſſima labe vitioſæ pupillæ fuerint: verum ſi prauarum perturbationum nebulis
iſtæ caligauerint, & vitiorum graui morbo fuerint adeo obductæ, vt lumen præſta-
re non valeant, quid ſanè aliud expectes, quàm vt in tranſuerſum acta membra
omnia corruant & incompoſito motu præcipitent: ipſum audi Diuinum Magiſtrum Matth. 6.
B egregia ſimilitudine hæc eadem explicantem. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus:
ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit; ſi autem oculus tuus
fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit*. Si myſticus Vrbis ocu-
lus ſimplex fuerit, hoc eſt ſi nullo prauitatis humore maculetur, totum corpus
hoc eſt, populus eius lumine illuſtris adeo erit, vt Argus oculatiſſimus videatur:
at ſi qui Vrbis, & Prouinciæ pupilla eſt, tenebris obnubatur, quî per inuias vir-
tutis vias deambulare populus valeat, & tenebris occupatus aſſequi Cœlum?
Cymmerijs tenebris circumſeptus cadat, & miſerrimè ruat, neceſſe eſt: ſed audia-
tur Diuus Ambroſius ea Chriſti Seruatoris verba pro re noſtrâ, ſuâ eloquentiâ illu-
ſtrans. *Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: ideſt, ſi Epiſ-* D. Ambr. de Sacerd.
copus, qui lumine promeruit praeeſſe in corpore, ſimplicitate eſt ſancta, & innocentia cap 6.
*decoratus: omnis Eccleſia ſplendore luminis radiatur: ſi autem oculus tuus nequam
eſt, totum corpus tuum tenebroſum eſt; ideſt ſi Epiſcopus, qui videbatur corpori ſub-
dito lucem prabere, obnubiletur nequitiæ cæcitate: quid cætera facient membra quibus*
C *lux adempta eſt oculorum: ideſt, quid ſæcularis factura eſt multitudo? &c.* Demum D Chriſo.
quod hoc eodem in corpore, ſtomachi vices gerat Antiſtes, Diuus Chryſoſtomus hom. 38.
docet, dummodo fuerit ipſe Imperfecti operis Auctor: ſicut enim in ſtomacho ve-
luti in humani corporis officina cibi recipiuntur, & excoquuntur, vt eos in cætera
membra diffundat, ſic Epiſcopus Cæleſtia Sacramenta, Doctrinas, & ſacra omnia
alimenta recipit, vt ea populis enutriendis impertiat: huic ergo Metaphoræ nixus
tantus Magiſter ad illius conſiderationem progreditur, quod Chriſtus Dominus triũ-
phantis in morem Hyeroſolimitanam Vrbem ingrediens peregit: ſtatim enim hanc
Vrbem acceſſit ea mente, vt ſi fieri poſſet, eum populum ad Dei cultum, à vitæ pra-
uitate conuerteret, templum protinus adijt, vt Sacerdotum mores graui ſermonis
aſperitate corriperet: Optimè hoc iuxta medicæ facultatis leges peractum ipſe do-
cet; vt enim ægrotum corpus ſanitati reſtituar medicus, omnes in eo neruos artis
impendit, vt vitioſo quouis humore ſtomachum expurget, ac ſoluat; *Medicus* D: Chriſ. vbi ſup.
D *quanto primùm ingreditur ad infirmum, ſtatim de ſtomacho eius interrogat, & eum
componere prius feſtinat*: Nos inde alloquens vir ſanctus ſic ſtatuit. *Videte ergo
Sacerdotes, quomodo vos componatis in verbo, & opere: quoniam ſicut in corpore ſi
aliquod fuerit infirmum membrum, non omnino languet, & ſtomachus: ſi autem ſtoma-
chus langueret, omnia membra inueniuntur infirma; ſic ſi aliquis Chriſtianorum pecca-
uerit, non omnino peccant & Sacerdotes: ſi autem Sacerdotes fuerint in peccatis, totus
populus conuertitur ad peccatum*. An non validiſſimus iſte ſermo eſt, vt mores no-
ſtros componat, & ad virtutis amuſſim actiones noſtras adducat?

Arbori etiam populum Sanctus idem Magiſter confert, cuius radix Epiſcopus
ſit, è qua vigor omnis in omnis eius partes ſit diffundendus: eo igitur modo, quo,
ſi ramis vndique porrectis arbor diteſcat, ſi denſa foliorum pompa ſe circumueſtiat,
ſi floribus verna tempeſtate ſe exornet, ſi fructibus Autumni tempore coronetur,
ſatis oſtendit vegetam, & validam eius eſſe radicem: ſed ex aduerſo, ſi tùm folijs,
tùm ramis areſcat, exucca & vitiata eſſe radix creditur, ſic propè, ſi pijs moribus
fuerit imbutus populus, ſacris operibus vacet, virtutemque omnem induſtria tota
aſſe-

aſſequatur, quis dicere prohibeat, hanc bonorum copiam ex Antiſtitis ſanctitate,
in eum deriuari? verùm ſi voluptatibus, otio, & languore ad omne nefas corrum- A
pendum ſe tradat, Epiſcopi deſidiæ tribuendum iure merito eſt, eò quod nullo la-
bore illum excolat, & diſciplinis vtilibus inſtruat, *Si Sacerdotium integrum fuerit,
tota Eccleſia floret: ſi autem corruptum fuerit, omnium fides marcida eſt.* Proh quan-
ta florum vbertate ſedes hæc mea Eugubina vernaret, ò quas fructuum delicias
ferret, ò quos odorum theſauros funderet, ſi eius in ramos vegetos ego ſpiritus, &
alimenta vitalia inſinuarem.

§. II.

VRbibus etiam, quæ montium faſtigijs impoſitæ fuerint, nos diuina Sapien-
tia confert, vt nos edoceat, quod ſicut omnium oculi ad nos intendun-
tur, ſic populorum mores ad noſtram viuendi formam conſtruuntur: cum enim B
aſſiduis obtutibus ad nos inſpectandos adhereant, fieri non poteſt, ne mores no-
ſtros imitentur: hæc Diuus Hieronymus obſeruans, ſapienter Heliodorum
D. Hiero. ep. ad Heliod. in epitaph. Nepotian.
Antiſtitem admonuit hac forma dicendi. *In te omnium oculi diriguntur; domus
tua, & conuerſatio tua, quaſi in ſpecula conſtituta, magiſtra eſt publicæ diſciplinæ;
quidquid feceris, id ſibi omnes faciendum putant: caue nè committas, quod aut qui
reprehendere volunt dignè laceraſſe videantur; aut qui imitari, cogantur delinque-
re.* Dignitatum omnium potiſſimum hoc eſt, vt nos ad omnium aſpectum collo-
cent, & gentium cenſuræ ſubijciant, vt preſulum errores, & tenues quaſcumque
labeculas ſibi vſurpare poſſint, & ex eis, eos imitandi ſibi facere facultatem.

Singulare tamen nomen, quo nos tùm Apoſtoli, tùm Apoſtolorum conditor
Chriſtus donauit, illud maximè eſt, quo nos Paſtores appellauit: ad nos enim
Io. 10. 4. Rup. Abb. lib. 1 in 25. Matth. 1. Petr. 5.
ſpectat gregem preire, & Ducis loco viam pietatis ouibus aperire, vt ipſæ veſtigia
noſtra pari pietate ſequantur: verus Paſtor ſic Chriſtus ait, *Cum proprias oues emi-
ſerit, ante illas vadit, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius.* Quæ ver-
ba Rupertus Abbas hoc planè ſenſu explicat, vt ſcilicet oues preire nil aliud ſit, C
quàm viam nouæ vitæ integritate & noſtris operibus, veluti quibuſdam paſſibus
1. Petr. 5. 3.
oſtendere, quam poſteâ illæ iucundiùs & faciliùs premant. Hoc idem è ſenten-
tiâ Principis Apoſtolorum fuit, docentis, vt nos ſimus *forma facti gregis*, & ritè
viuendi modum, tanquam ab Idæa & exemplari quodam pijſſimo, ſequaces oues ad-
diſcant.

Plut. quod Plebs deb. cum Princ. erm
Ad hoc illuſtrandum egregium quid affert è naturæ penu Plutarchus: Herbæ
enim ſpeciem quandam, quæ *Eryngion* vocatur, è ſolo germinare teſtatur, in quâ
comedendâ, ſi fortè capra vna immoretur, ſtatim illa, & cùm illâ totus grex im-
mobilis ſiſtere cogitur, nec vlteriùs procedere poteſt, quoaduſque illam ex eius
ore Paſtor eduxerit. *Sic ſi quis effundat virtutem magiſtratui, multis profuturum per
vnum, & ab incepto curſu reuocaturum.*

ep. 10. l. 3.
Quàm benè deperditos & profligatos Cleri Veliternenſis mores ſanctitas & ar-
dor Petri Domini compoſuerit, ſcribens ad familiarem Archiepiſcopum Damianus D
ipſe teſtatur, & recenti hac ætate in Mediolanenſi Clero quantâ cùm vtilitate Ca-
rolus Boromeus laborauerit, quis ignorat?

Profectò quantâ venuſtate, quantoque fulgore conſpicua eſſet Chriſtiana Reli-
gio, ſi Præſulibus omnibus mens eſſet, vt ſtatum totius anteactæ vitæ corrigerent,
& ad priſtinos mores Chriſtianam pietatem reuocarent, vt leuiſſimas quaſcunque
labeculas abſtergerent, earumque omnium virtutum ſtudio flagrarent, quæ Pa-
ſtoris nomen populis venerandum efficiunt. O ſi nobis omnibus Thomæ Cantua-
epiſt. 20.
rienſis Antiſtitis animus religioſus ineſſet, de quo ait Petrus Bleſenſis, quod eſſet
Vitæ ſpeculum, pænitentiæ forma & ſanctitatis exemplum, & quod *tota eius conuer-
ſatio erat regula honeſtatis, morum ædificatio, & ſtatera ſalutis.* Vtinam eo pieta-
Ann. 148.
tis ardore flagraremus, quo Metenſis Epiſcopus Theodoricus ſanctè æſtuabat: hic
enim, cum, vt Sigebertus narrat, primo eius ſedis Antiſtiti Clementi à cæleſti
ſpiritu liberdaretur, vt quo futurorum Antiſtitum nomine primis eorum chara-
cteribus

Digitized by Google

ᶜteribus inſcripta ſignabatur, cùm alia aureò, argenteo alia, nonnulla plumbeo,
A æneo aliqua charactere ſcriberentur, ſuum Theodoricus nomen inſpectans non au-
ro ſed argento deſignari, minorem ſuæ ſanctitatiſ ſpeciem dedignatus, conſtantiſ-
mè decreuit, tanto ſe labore virtutibus deſudaturum, vt ex argenteo in aureum
ſuum nomen immutaret.

Sic pariter nobis toto animo contendendum eſt, ne ſancti noſtri præceſſores E-
piſcopi, qui greges nobis commiſſos, tam opimis & ſalutaribus paſcuis ſaginarunt,
in nos aſſurgant irati, ſuarumque ſedium poſſeſſores indignos quærimonia iuſtà re-
darguant. hoc ſanè Pappulo Lingonienſi Præſuli euenit, de quo Diuus Gregorius
Turonenſis refert, quod ſuam Diœceſim inuiſenti, ſpectandum ei per nocturnam hiſt. Fran-
quietem ſe dedit Diuus Tetricus eius præceſſor & & ſupercilio minax verboque cic. l. 5. c. 5
intonans, ſic eum interpellauit. Quid hic tu Pappule! ità ne meum maculare
ſolium audes! ità ne in meas oues tuâ inertia es iniurioſus! Apage, cede loco,
ſedem hanc deſere; hæc ille pronuncians, virgâ, quàm manu tractabat, eum pectore
B verberauit. Expergefactus ad hæc Antiſtes, dolore non leui præ verbere crucia-
batur: cùm autem magis in dies dolor ingraueſceret, & dolorem maxima ciborum
nauſea ſequeretur, tertiâ die ſanguinem per os affluenter eructans, euomuit cum
ſanguine vitam. Tanto nos exemplo erudiamur, & ad effuſum Pappuli ſangui-
nem eruditi, pericula noſtra euitemus: illud æternùm noſtris animis inſculptum
inhæreat, quo ſapientiſſimè ſanctus Cæſarius Arelatenſis Antiſtes, Antiſtites om-
nes admonuit; *ſicut ille valdè admirandus eſt, atque laudandus, cuius curſus bonus* hom 3.
multorum profectus eſt, ità meritò ille lugendus eſt, cuius vita mala multorum ruina
eſt: ideoque fratres Chariſſimi, quæ ad ædificationem pertinent, ea in medio poſiti age-
re ſtudeamus, nec vita noſtra aliorum virtutibus noceat, ne aliorum feruorem torpor
noſter debilitet. Vt futuris ætatibus conſulam, hæc ego ſubſcribo

Epiſcopum ſuæ potiſsimùm in virtutum ſtudio
C
perfectioni vacaturum. Cap. II.

IN aureo *De Conſideratione* libello, quem Diuus Bernardus ad Eugenium Pon-
tificem ſuum olim in virtutis palcſtrâ diſcipulum inſcripſit, cùm in eo Patris &
Magiſtri munus exercens, & filij ſimul & ſubditi reuerentiam exhibens, ad abſo-
lutiſſimæ virtutis metam attingendam adducere eum totâ mente tendat, ne Pon-
tificij Sacerdotij iubar beatæ lumen æternitatis ei raperet, è quatuor potiſſimis
quibus pertractandis ſuum ſtylum exercet, primo loco ſtatuit, vt ſibimet primùm
perficiendo deſudet, *A te tua conſideratio inchoet, ne fruſtrà exudes in alios, te ne-* lib. 2. c. 3.
glecto: aliorum enim comparare ſalutem, ſuamque negligere, idem propè eſt, ac
molem abſque fundamento iacto ſuſtollere, quæ non ædificio, ſed ruinæ inſeruiat:
arenas congerere eſt, ventorum flamine diſſipandas, & charitatis ordinem ſuſde-
D que inuertere: hæc enim primùm exigit, vt noſtræ prius quàm alienæ ſaluti con-
ſulamus: hoc demùm ab ſanctiſſimo Magiſtro ſtatuitur, vt vni huic operi ſemper
intentis oculis adhærentes, veluti primum & vltimum illud habeamus, *Tu primus*
tibi, tu vltimus.

Cætera profectò omnia inaniſſima ſunt, nullumque aliud mentem debet no-
ſtram occupare; cæteris hoc præponatur oportet, omniaque ſemper alia comite-
tur: recti Antiſtitis partes numquam obibit, qui mediocriter ſe gerens in exerci-
tatione virtutum, in ſe ipſo vel nullam, vel leuiſſimam operam impendit; quod ſi
de Politico Principe ſermonem Cato habens pronunciauit, *Peſſimus eſt Princeps, qui*
regere ſeipſum nequit, quid vnquam de Principe ſacro dicendum, qui cum prouin-
cias & gentes pro ſui muneris dignitate ducturus ad cœlum ſit, ſui ipſius curam
omittens, ſe relinquat in terris?

Ad Epiſcopatus culmen Antiſtes quidam nomine Arduitio euectus fuerat, qui
prauis captus cupidinibus, ſolutiore vita primos adoleſcentiæ annos egerat: vali-
diſſimè igitur bis ad eum Diuus Bernardus ſcripſit, vt eum ad illam morum diſ- ep. 27. & 28.
ſolu-

Google

ſolutionem coercendam admooeret, vitijſque relictis virtuti ſe adſcribendum, vt
harmonico quodam concentu, mores ſimul & dignitas ſibi ſanctiſſimè conſona- A
rent. *vita ſanctitas non præceſſit, ſequatur ſaltem*: quod ſi ſecus fecerit, è faſtigio
dignitatis maiori diſcrimine ruet in præceps, *Alioquin ſi altiorem, quàm melio-
rem eſſe delectat, non præmium ſed præcipitium expectemus.*

Profectò qui alienum ſolum virtutibus excolens, ſui oegligentiſſimus laboris
aratro relicto permiſerit, vt ſterilibus totum vepribus obruatur, populis ſibi com-
miſſis non acquiſiuit, ſe ipſum deperdet; nec enim vtilis alijs erit, qui ſibi inutilis
Eccl. 14.5. eſt; *Qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit?* Solon quoque apud Laertium pronuncia-
uit, fieri non poſſe, vt populorum mores corrigat Princeps, qui ſuos primùm non
compoſuerit, eo prorſus pacto, quo quis curuæ virgæ ductu vmbram rectam facere
non valet, ni prius virgam ipſam ſuæ rectitudini donauerit. Addit Seneca, quòd ſi na-
uis Præfectus ad maris aſpectum palleat, clauoque è manibus excuſſo congeſtos ci-
bos nauſeabundis faucibus euomat, quonam vnquam modo animum nautis exci-
tare valeat, eoſque ad maris agglomerata diſcrimina impauidos reddere; do eius B
Eph. 109. verba. *Quid me poteſt iuuare rector nauigij attonitus, & vomitans; non eſt loquendum,
ſed gubernandum.*

Quapropter ſacros Præſules Apoſtolus inſtruens ſic eos alloquitur. *Attendite
Act. 20.28. vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam
Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Naturæ ſimul & gratiæ ordo hic eſt; tam exag-
gerato loquendi ſtylo oobis ſignificauit Apoſtolus, quanto pretio depoſitum Deus
habeat, quod noſtræ cuſtodiæ commendauit; quanti momenti opus illud ſit ad
quod nos Deus euocauit, & quantæ integritatis & virtutis vim, vt ritè à oobis exer-
ceatur, illud efflagitet; animarum ſalus, quas maximo ſui ſanguinis pretio Deus
ipſe redemit, penes nos eſt; ad hoc autem, vt acriori ſtimulo ad id peragendum ſo-
cordiam noſtram impellat, haud quidem Apoſtolus diceodi formâ pronunciauit,
Chriſtum Dominum ſanguineos ad eas redimendas perſoluiſſe, ne io humanâ tan-
tùm Chriſti naturâ inhærentes vlterùs non progrederentur, ſed *Dei* dixit, quâ ſer-
monis formulâ inſtructus Beda nefariam Neſtorij proteruiam confodit & iugula-
ibid. uit; vides, inquit, vt Apoſtolus, *Non dubitat ſanguinem Dei dicere propter vnio- C
nem perſonæ in duabus naturis Ieſu Chriſti, pro quâ eſt in Cælo. Ceſſet igitur Neſto-
rius filium hominis à filio Dei ſeparare, & duos facere Chriſtos*: Ad eum igitur po-
l. 4. in Iſai. cap. 45. pulorum nobis commiſſæ animæ ſpectant, qui ad eas redimendas ſui ſanguinis
pretium perſoluit; ait Diuus Cyrillus. hinc quis haud colligat, quàm ſollicitâ di-
ligentiâ ad tantum benè munus explendum, noſtram ſimus operam daturi? hoc
autem quis ab eo faciendum ſperauerit, qui rerum cæleſtium indiligens à recto
ſtudio virtutis abſcedat? Hoc autem ex Apoſtoli mente fuiſſe arbitror, quod vt E-
p. Tim. 4. pheſini Antiſtitis ſui diſcipuli animo validius ioſinuaret, ait *Attende tibi & doctri-
næ; inſta in illis; hoc enim faciens, & ſe ipſum ſaluum facies & eos qui te audiunt.*
quot verba tot acutiſſima calcaria dixeris, quibus ad Antiſtitum latera appoſitis
cogit eos ad virtutis ſemitam in ſe ipſis perficiendis deuorare, & Diogenis lampa-
de apprehenſa ad verba, opera, cogitationes ipſas expendendas & accuratâ operâ
eopoliendas: ſi namque labor iſte defuerit, & ſibi & alijs ſalus ipſa deerit, quàm D
enim irritus eorum labor eſt, vt alios ſalute donent, qui maximâ ſui incuria, men-
tem ſuam virtutum radijs illuſtrare detrectant.

Si autem repetito ſermone, ſtyloque tam valido, hac in re ſomnum omnem à Ti-
motheo Paulus conatur excutere, quem vitâ, famâque ſpectatiſſimum adeò noue-
rat, vt miraculis patraodis clarus mortuos ipſos è tumulo reuocaos recenti ſpiritu
donauerit, quàm aptiùs vſurpare oobis illa eadem valemus, quorum adeò men-
hom. 13. in 2. ad Tim. tes hebeſcunt, & à ſuſcepta religione tantâ ſocordiâ declinant! in Timotheo nos
certè Paulus inſtruxit, vt docet Chryſoſtomus; *Ita profectò dum Timotheo loquitur,
omnes ſalubriter admonet: quod ſi ei qui mortuos excitabat, hæc monita dedit, quid
2. Reg 9. nam nos miſeri dicturi ſumus?* vt Regem Saulem inungeret, Samuelli Vati præce-
pit Deus, ea mente vt populi incolumitati conſuleret: verùm Rex ille miſerrimus
alios ſeruans, ſe ipſum præcipitem dedit: Saulem Præſules illi imitantur, qui po-
pulorum ſalutem diuino ardore præferuidè anhelantes, nullam ſibi ipſis perficien-
dis

Vos eſtis lux mundi. Sed aquis potius conferre iſti ſe volunt, quæ lanarum ſor-
A des & maculas abſtergentes easque recenti candore donantes, ſordes illas ſibi ſer-
uant turpes & maculoſæ: cum econtrâ luculentis & cœnoſis in ſedibus immoratus
Sol, ipſaſque putridas eloacas radijs ſuis occupans, ſordes eas abſumit, mephitim
exhalantem diſpergit ſemper nitidus, vbique aureus, nullaque prorſus vllius la-
bis amicitiâ denigratus. habes hæc è Diuo Bernardo. *Quid enim erubeſceret, qui* hom. 17. in
ità uos lauit à peccatis; non quidem vt aqua diluens & retinens ſordes, ſed veluti ra- Euang.
dius Solis deſiccans & retinens puritatem?

Quin huiuſmodi Præſules à Magno Gregorio ſacris ijs aquis comparantur, qua-
rum ablutione corpore aſperſo purgatur animus: his enim noſtra peccata diluun-
tur, & cæli aditus ablutis reſeratur, cùm tamen è conceptis ſordibus in cloacam
ipſæ proijciantur; audiantur eius verba immanem nobis formidinem incuſſura.
Ingrediuntur electi Sacerdotum manibus expiati cæleſtem patriam, & Sacerdotes ipſi
per vitam reprobam ad inferni ſupplicia feſtinant; cui ergo rei ſimiles dixerim Sacer-
B *dotes tales, niſi aqua batiſmatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum*
cæleſte mittit, & ipſa poſteà in cloacas deſcendit?

§. I.

HAVD tantùm nobis Paſtorum munus Deus impoſuit; cultores etiam ſuæ vi-
neæ à Chriſto præficimur, vt ſedulam ad eius cultum nauantes operam vbe-
res ei fructus referamus. quam tamen potiori nobis titulo commendauit, vi-
nea noſtra eſt, quæ vel prorſus infæcunda fuerit, vel in fructibus reddendis
auara, non habet Deus, quo de illis gaudeat, quibus aliæ populorum vineæ one-
rantur. Quàpropter ſi otio ſocordiaque laborans permiſerit, vt vrticis & vepri-
bus dominantibus, hoc eſt prauis affectionibus horridi nemoris inſtar occupetur,
ingentem lacrymarum materiem habebit, quibus vnà cum ſacri Epithalamij ſpon-
C ſâ conqueratur. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.* Cant. p. 6.
Quàm ſanè erubeſcere deberent huiuſmodi viri ait Diuus Bernardus, & quàm di-
gnè eſſent à ſacris ſedibus amouendi, tanquam iniqui rerum ſacrarum vſurpatores,
qui ſuæ deſidiæ vitio, cultu omni neglecto inter vepres & dumos miſerrimâ condi-
tione ſquallent. *Miror audaciam plurimorum, quos videmus de ſuis vineis non* Serm. 30. in
colligere niſi ſpinas & tribulos; vineis tamen dominicis etiam ſe ingerere non vereri. Cant.
Sic ille. Ex aduerſo autem, qui ſuæ tantùm vineæ deditus, reliqnas alias à Deo
ſibi commiſſas omittens, ſpinis & vepribus vbique enaſcentibus, ab earum labo-
re diſcederet, deturbandus à tanto Sacerdotio eſſet, vtpotè illi exercendo non
aptus. *Idoneus verò & dignus, qui ponatur cuſtos in vineis, quem propria cura*
vineæ à commiſſarum diligentià & ſollicitudine non impedit aut retardat, non quæ-
rit quæ ſua ſunt, neque quod ſibi vtile eſt, ſed quod multis; rurſus audiſti Ber-
nardum.

D Quàm ſanè erubeſcerent vlmi, ſi huiuſmndi eis ſenſus ineſſet, cum racemis onu-
ſtas & recuruas vites fulcientes, ſe ſteriles cognoſcerent, nulloque fructu præno-
biles! optimè illi Antiſtites vlmis exprimuntur, qui fructuoſi cæteris, inutiles ſi-
bimetipſis exiſtunt, viteſque pnpulorum fructibus onuſtas geſtantes, ſuis meritis
ſterileſcunt.

Totus ipſe horrore perfūdor, quoties tropologicum ſermonem de tribubus Ru-
ben, Gad & Manaſſes ab Abulenſi Magiſtro conſcriptum, mecum ipſe perpendo:
cùm enim cæteras tribus ad promiſſam regionem acquirendam ipſæ adiuuarent,
trans Iordanem immorari ſibi elegerunt, eò quod ad greges pinguibus paſcuis nu-
triendos regio illa accomodatiſſima eſſet. Tres iſtæ tribus tres Eccleſię ſtatus ex- Num. 32.
primunt. à Ruben enim, quæ Hebræo idiomate *filius viſionis* ſonat, Antiſtites &
Præſules, qui filij viſionis ſpeculatores ſunt, deſcribuntur: Gad omnium fortiſ-
ſimus Principes deſignat, Manaſſes verò, qui iuxtà Hebræum ſtylum *obliuio* ſigni-
ficat, Monachos adumbrat, qui terrenis cupiditatibus calcatis, earum obliuione
capiuntur. Tres hi, quis credat, trans Iordanem immorari cupiunt! quàmplures,

qui ſæculi huius amore ſucceníi, ſedem in eo ſibi ſtatuunt, vt eius paſcuis & opi-
bus delectentur: licet autem hi reliquis gentibus auxilium aliquod adhortationi- A
bus, legibus, documentis afferant, vt Iordane tranſfretato promiſſam æternæ bea-
titatis regionem poſſideant, ipſi nihilominus eiuſdem beatitatis immemores, citrà
Iordanem ſiſtunt, nec vlterius progredi conantur. Hinc autem eſt, vt ſupremum
Hyerarcham Aaron Deus admonuerit, vt prius ad expianda ſua quàm populi cri-
mina victimas immolaret, ſuæque priùs quàm alienæ ſaluti ſtuderet; *Immola pro*
Leuit. 9. *peccato tuo, offer holocauſtum & deprecare pro te & pro populo*. Quid aliud ſexagin-
ta illi milites, qui lectum Salomonis obuelabant, *& erat vniuſcuiuſque enſis ſuper*
Cant. 3. *femur ſuum* ſignificant, quàm ſacros Hyerophantas, qui corporeas affectiones in ſe
priùs, in alijs polleà mactare debent. *Prælati ſanctæ Eccleſiæ ſuper femur ſuum en-*
tract. de bene viu. ſer. 19 de obed. *ſes tenent, quia prius in ſe, & tum in ſubiectis vitia carnis debent reſecare*. ſic Ber-
nardus.

Ecclef. 30. Hocidem eâ Salomonis ſententiâ inſinuatur *miſererè animæ tuæ placens Deo*. ac
ſi Deo acceptus eſſe non queat, qui pro alijs elaborans in ſe ipſo excolendo otia- B
tur: inordinata charitas hæc eſt; vt alios æquè ac nos diligamus præcipit Deus,
nunquam autem, vt noſtrâ ſalute neglectâ, alienæ tantum beatitati conſulamus.

Luc 4. Ea etiam paræmia, quam ipſemet cæleſtis Magiſter vſurpabat, Diuus Antonius
vit. SS. PP. ad hanc rem vtebatur *Medice cura te ipſum*: veteres enim illi vitæ Monaſticę ſe-
17. c. 3. ctatores potiſſimam in ſuis reſecandis vitijs operam dabant, vt proficui poſteâ alijs
eſſe poſſent; qui ergo diuersâ viuendi formâ ſe componunt, perenni morbo labo-
de dign. adul. ab amicis. tent oportet, illudque ipſis meritò obiectabitur, quod olim Græci apud Plutar-
chum, alijs medetur, ipſe vlceribus ſcatet.

Virtutibus igitur vt floribus ornetur, vt ſtellis effulgeat Antiſtitis animus, cùm
in eâ vitæ conditione verſetur, quâ ſe virtutum omnium exemplar abſolutiſſimum
ſe cunctis exhibere tenetur: quapropter ad hanc mentem verba illa Apoſtoli San-
l. p. aduerſ. Ioan. ctus Hieronymus explicans, *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*, hæc
habet, *quod in maiori ordine conſtitutus poſſit, ſi velis exercendarum occaſionem ha-
bere virtutum*. Eo ſanè modo ſuos inſtituere mores debet Antiſtes, vt illi accom-
4. Reg 2. modari valeat, quod de Elia dixit Elyſæus *Currus & Auriga*. currus ſibi futurus eſt, C
qui Diuino Aurigæ per cæli vias ducendum ſe tradat; alijs verò gentibus aurigę
vices debet explere, vt eas ad cęleſtem beatitatem adducat; nec enim alios duce-
re feliciter poteſt, qui ſui ipſius habenas tractare negligens ignoret. Lyrano hæc
in Comēt. moral. ibid. debes ſic loquenti, *Currus qui ducitur, hic ponitur primò, & auriga qui ducit ſecundò
ad oſtendendum, quod ille benè ducit regendo, qui fuit primò ductilis in obediendo*. Si
tamen aliquis idoneus tantùm auriga eſſe contenderit, licet in ſui Sacerdotij mu-
nere exercendo vires omnes impenderit, ſibique commiſſas gentes ad iter cæli ca-
peſſendum hortetur, numquam tamen ea conſequetur præmia, quæ lumine feli-
citatis illuſtria pijs Deus parauit Epiſcopis. Triumphantibus alijs miſerrimus ipſe
corruet, ipſique labores, quibus ad cœli coronam populis imponendam deſuda-
uit, ipſius vitio vertentur; eò quòd alienæ ſaluti laborioſus, ſuæ prorſus fuerit
otioſus: quàm benè Cardinalis Hugo. *Prçlatus licet in multis ſit vtilis Eccleſiæ, abÿ-
Io cap. 22. Ierem. citur tamen à Deo propter malam vitam, quià quem perdit vita, non poteſt ſaluare* D
doctrina.

Ipſemet Paulus, vir terrarum ſaluti à Deo datus, hac de re, ingenti formidine te-
nebatur; licet enim ad diſſeminandam vbique terrarum Chriſti legem, totus va-
caret, ſibi tamen ſemper euigilans ſuam conſcientiam frequentiſſimis pietatis offi-
ad Corint. 19. cijs exculebat; ipſummet hæc audi narrantem Corynthijs *Caſtigo corpus meum, & in
ſeruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar*. adhæc verba An-
ſerm. 19 de verb. Dom. tiſtites alloquens Diuus Auguſtinus ait: *ſuo timore nos terruit, quid enim faciet A-
gnus, vbi aries tremit?* ſed enucleatius illa eadem à Diuo Chryſoſtomo expen-
duntur, qui etiam eò magis nobis timendum eſſe pronunciat, quò magis nos ab
hom. 23. in p. ad Cor. Apoſtoli pietate diſcedimus. *Si Paulus hoc timuit, cum alijs eſſet præceptor, & poſt
prædicationem & orbis terrarum ſuſceptum patrimonium formidauit, quid iam nos di-
cemus? Nolite enim putare, inquit, ſolam fidem ad ſalutem veſtram ſatis eſſe, nam ſi
prædicare, docere, innumeros ad ſalutem ducere, mihi non ſufficit ad ſalutem, niſi me
irreprehenſibilem exhibeam, longè minus nobis*. San-

Sanctus verò Gregorius Nazianzenus cuncta ea ſibicommemorans, quibus ad
A Chriſtianam Religionem ſtatuendam, confirmandamque Chriſtus Dominus deſu-
dauit, vix ſpiritum continebat, vt ſe in partem tanti muneris aduocandum acce-
pit, cúraſque omnes in ſui ipſius cultum intendebat, vt ſe parem tanto muneri fa-
ceret; Arguta adeò validaque eius oratio eſt, vt eam præterire ſilentio iniurioſum
videri poſſit. *In his ergo cogitationibus dies, noctéſque verſor; hæc medullas etiam* In Apol.
meas eliquant, & carnes conficiunt, nec me audacem eſſe ſinunt: hæc animum meum
deijciunt, & linguæ vinculum conijciunt, faciuntque, vt non de præfectura, non de
corrigendis & gubernandis alijs cogitem, id quod exuberantis cuiuſdam facultatis eſt;
ſed quomodo ipſe venientem iram effugere, atque à vitiorum rubigine non nihil me
ipſum abradere, purgarique prius, deinde purgare; ſapientiâ inſtrui, atque ità alios
ſapientiâ inſtruere, ſanctificari, & poſteà ſanctificare, cæcum manibus ducere, cùm pru-
dentiâ conſilium dare.

Oratione hac ea ipſe omnia confirmauit, quibus aliàs Antiſtites docuit, ne quieſ-
B cerent, ſi vitijs tantum immunes in virtutum ſtadio percurrendo non excellerent,
illudque præſtarent, vt earum magis lumine, quam dignitatis culmine populis e-
micarent; illud animo ſibi ſtatuant, vt quæ ſanctitatis ornamenta non acquirunt,
deperdant, & vt numquam in virtute aliquâ acquiſitâ ſiſtentes, ad aliam acqui-
rendam felici conatu progrediantur. *Præſul non vitioſas animi notas duntaxat ex-* Orat. p.
purget, verum meliores inſcribat, ita vt magis virtute antecellat, quàm honore ac
dignitate ſuperet; verùm quod præ pedibus eſt, gradum ad id, quod deinceps ſequitur, eſ-
ſe arbitretur, nec virtute vulgus anteire, magnoperè amplum & illuſtre iudicet, verùm
detrimento ducat, ſi à ſuſcepti muneris dignitate abſit.

Vt ab Hipponenſi Epiſcopo Valerio ſuus Coadiutor inauguratus fuit Diuus Au-
guſtinus, ardenter ab eo per epiſtolam poſtulauit, vt quocumque alio opere ne-
glecto, ſibi tantùm ſuæque virtuti vacare ſine vllo interpellatore liceret, vt ea cum
Deo precibus communicaret, & è ſacris paginis addiſceret, quæ tùm alijs mode-
randis, tùm ſuo muneri explendo conducerent; quam pariter ad rem, illud ei in
C more erat, vt ſingulis annis, anniuerſariâ ſuæ electionis die, animum ad ſtudia vir-
tutis recenti ardore erigeret, habituaque perfectionis deſideria, votis maioribus re-
nouaret; perlege, ſi placet, hac de re duas ab eo habitas conciones. Illud admiran-
dum etiam eſt, quod de ſancto Hugone Gratianopolitano Præſule habetur: hic hom. 10. & 25. tom. 10.
enim in Carthuſianam Eremum, quam Diuo Brunoni, eiuſque ſocijs adſcripſerat,
vltro ſecedens, vnà cum illis non tantùm in pietatis & contemplationis ſtudio ver-
ſabatur, ſed ad obſcuriſſima totius Aſceterij munera ſe adducebat, vt ſuam humi-
litatem in ſe ipſo perficeret, adeò vt non ſemel Diuus Bruno eum coegerit, vt ſo- Sur. in vit. S Hugon.
litudine omiſſa ſuam Vrbem rediret, eâ loquendi formâ, *Ite ad oues veſtras, eiſque* 1. April.
quod debetis exoluite. Quis autem ignoret, quantis ille virtutum theſauris opulen-
tus, ad alios ditandos ex Eremo illa prodiret?

Quàmplurimos hic mihi omittere licet Antiſtites, qui quò magis Epiſcopalis
vitæ diſcrimina & moleſtias animo perpoluebant, eò diligentiori ſolertiâ ſibi ipſis
conſulebant, è quibus omnium inſtar ſit hac noſtra ætate ſpectatiſſimus Diuus Ca-
D rolus Borromeus. Mainardum etiam Eugubinum Epiſcopum hac de re grauiter In eius vit.
etiam admonuit Beatus Petrus Damianus. Diuus etiam Gregorius, Epiſcopos de l 4. ep 8.
munere ſuo inſtruens, hoc illis ſignificat, quod ſicuti qui ſibi ipſis tantùm perficien- l 2. Paſt. c. 7
dis vacant, populorum curâ neglecta, non leui labe ſe commaculant, ſic ingenti ſe
piaculo implicant, qui ſui cultus obliti, quidquid egerint, ad populorum referunt
vtilitatem.

Sed omnium optimè hac in re pijſſimus Bernardus admonuit, haud quidem in-
ſtar canalis nos eſſe futuros; hic enim è rota quam recipit aquâ, nihil ſibi ſeruat,
ſed protinus eam in alios eriuat, cùm econtra fontibus eſſe ſimiles debeamus, qui
receptas vndas non effundunt in alios, donec ſe ipſos vberrimâ menſurâ comple-
uerint; do eius verba. *Quamobrem ſi ſapis, concham te exhibebis non canalem; hic*
ſiquidem penè ſimul recipit & effundit, illa verò donec impleatur expectat, ſicque quod
ſuperabundat, ſine damno ſuo communicat. Deus ipſe Salomonis ore nobis hæc do-
cumenta porrexit, *Bibe aquam de ciſterna tuâ, & fluenta putei tui.* Septuaginta

legunt, *de puteorum ſuorum fontibus*: quando hæc præſtiteris, tunc *diuidantur*
fontes ſui foras: hoc enim ad boni regiminis leges, Diuo Gregorio docente, facien- A
ibid dum eſt, *Rectum quippe eſt, vt ipſe prius bibat, & tunc prædicando alijs influat.* Im-
moderata & imprudens charitas ea eſt, quæ potiori curâ alijs, quàm ſibimet per-
ficiendæ deſudat: imprudens dixi, cùm difficilius ſit opere docere quàm verbo;
præcepta ſtatuere facilè admodum eſt, cùm econtrâ ſit ſatis arduum, ea in ſe ipſo
exercere, quæ ad alios perficiendos tanquam neceſſaria poſtulantur, *Noli nimium*
in 2. Co- *eſſe iuſtus, ſufficit, vt diligas proximum ſicut te ipſum*, ait Diuus Bernardus; alio-
rinth. 8. rum ſaluti ſeruire, nec ſe ipſum ſeruare, monſtrum eſt.

§. II.

VT ergo noſtræ progreſſionis finem aſſequamur, eius neceſſitatem compre-
hendamus oportet, eamque magni æſtimare, vt eius cupiditate noſter ani- B
mus incaleſcat; nam vt Philoſophi docent in rebus omnibus, & ijs potiſſimùm
quæ ad mores inſtruendos referuntur, finis deſiderium prima ratio eſt, cuius vi
tanquam primi mouentis, alia inferiora ad operandum impelluntur, ita vt quò
ardentius deſiderium finis erit, eò maior fuerit ad eum aſſequendum labor, &
cura.

Validiſſima ratio hæc eſt; ſed nec illa minor, quam a Diuo Gregorio Magno
ſacrarum litterarum Interprete haurimus: hæc autem maximè eſt, vt frequentiſ-
ſimè Antiſtitum vitas veluti exemplaria ſacra verſemus; fieri enim numquam po-
terit, vt in eis velut in viuentibus ſimulacris eorum virtutes, & heroica pro fidei am-
plicandæ ardore facinora comprehendentes, ad eorum imitanda veſtigia non ali-
quatenus erigamur; illud ſaltem præſtabit, vt ad tantorum Gigantem procerita-
tem, homunculos nos & puſillos eſſe puduerit.

Ad Conſtantinopolitanum Antiſtitem ſcribens memorauit hæc omnia idem
Gregorius ex Aaronis indumento, quod Rationale dicebatur allegoriam aſſumens.
ep. 4. ad E- *Ideò Rationale iudicij præcipitur Aaron geſtare, quia cor Epiſcopale non fluxa cogita-* C
piſc. Con- *tiones, ſed ſola ratio conſtringere debet, in quo nomina duodecim Patriarcharum erant*
ſtantin. *ſcripta, quià vitas Sanctorum Epiſcoporum ſemper in corde gerere debet, & iuxta eas*
viuere.

Ipſemet Diuinus ſpiritus Ieremiæ Vatis ore ſignificauit hæc nobis & Diuus Hye-
Hieron. 6. ronimus explicat. *State ſuper vias veſtras, & videte & interrogate de ſemitis anti-*
ibid. 4. c. 6. *quis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis in ea refrigerium.*

Hac pariter ratione nos excitat Seneca, vt excuſſo deſidiæ ſomno, ea poſte-
ris amandemus, quæ noſtrum elucubrauit ingenium: tot enim excellentium viro-
rum monumenta peruoluentes, quibus illi, laboribus pretioſis exerciti, virtutis
viam illuſtrarunt, habebimus de quo erubeſcemus, cum tàm inutiles nos alijs vi-
ep. 34. deamur, *Tene in manus Indicem Philoſophorum; hæc ipſa res expergiſci te coget, ſi vi-*
deris, quàm multi tibi laborauerint, concupiſces & ex ipſis vnus eſſe.

Ad hanc rem habeo, quod cùm olim ſanctus Macharius Monachos aliquos in- D
uiſiſſet, eorumque eximiam integritatem fuerit admiratus, reuerſus ad ſuos affluen-
D. Hieron. ter illacrymatus pronunciabat, *Vidi Monachos, non ſum ego Monachus*. Quoties
in vit. Paul. ego veritatis vi compulſus hæc protuli, quæ ſolùm è piæ humilitatis ſtudio ſan-
Erem. ctiſſimus hic Cœnobiarcha vſurpauit, ſanctorum Epiſcoporum vitas perlegens, &
imagines inſpectans, veros Epiſcopos vidi, coram quibus ſcœnicum me Epiſcopum
agnoſco. Quàm clarè ad eorum lumen mihi innoteſcit, multam mihi operam
meæ virtuti dandam, vt leui ſaltem ex parte vel ſeptendecim Epiſcopos, quos hæc
Eugubina ſedes Sanctorum numero cooptauit, imitarer, vel alios ſaltem viros,
qui clariſſimis virtutum exemplis eam illuſtrarunt.

Ad hoc autem faciendum Diuus Hyeronimus nos adhortatur; eius autem verba
concinna adeò elegantiaque ſunt, vt licet aliquanto prolixiora ſint, ea tamen
omittere fuerit nefas. Scribenti igitur Paulino ipſe reſpondit, cùm hic ab eo po-
ſtulaſſet, vt aliqua inſinuaret, quibus ad Diuinum in ſe accendendum amorem

viam

A viam ſterneret, præ alijs hæc habet. Habet vnumquodque propoſitum Principes ſuos: *Romani Duces imitentur Camillos, Fabritios, Regulos, Scipiones. Philoſophi preponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem; Poeta æmulentur Virgilium, Homerum, Menandrum, Terentium; Hiſtorici Thucididem, Saluſtium, Herodotum, Liuium. Oratores Lyſiam, Gracchos, Demoſthenem, Tullium, & vt ad noſtra veniamus, Epiſcopi & Presbyteri habeant in exemplum Apoſtolos & Apoſtolicos viros, quorum honorem poſſidentes habere nitantur & meritum.* Ad Paulin. de inſtit. Monach.

Coronidem imponamus huic capiti eâ narratione, quam Cantipratenſis intexit: lib. p. Apiũ cap. 2. ad recentem Antiſtitem eligendum non leuiter inter ſe eiuſdem Collegij Canonici diſcrepabant; vt autem conuenirent, eum eligendum ſtatuerunt, in quem tùm Præpoſiti tùm Decani ſuffragia conuenirent, hi autem ſedulâ deliberatione peractâ, vnum è Canonicis elegerunt, ingenioſum quidem & maximè perſpicacem, ſed moribus inquinatum, & qui eodem propè temporis articulo inter comeſſationes & talos dies traducebat. Porrò hic, vt ſe Epiſcopali Sacerdotio donatum accepit, adeò
B ſibi quodammodò redditus eſt, & ad meliorem frugem reſipuit tanti miniſterij culmen contemplatus, vt à præteritis huius ſæculi illecebris, tritaque olim voluptatum viâ fortiter abhorrens, priſtinos adeó mores exuit, vt alter propè homo videretur. Hinc collige, quod ſi Diuinæ Gratiæ noſtram pariter operam dare voluerimus, Gigantæis propè greſſibus virtutum omnium ſtadium feliciter perficiemus.

Vitam ſuo ſtatui parem traducendam Epiſcopo eſſe. Cap. III.

CVicumque, qui vulgaris animi conditionem ſui pectoris nobilitate præcellens, ad excelſa attingenda vi quadam ſpiritus ingenti erigitur, contendendum
C eſt, vt in eam, cui ſe deuouit, diſciplinam, totus aſſurgat; abiecti demiſſique animi eſt, vt quis in eius mediocritate acquieſcat. Qui ſe Palladijs artibus conſecrarunt, ſuique ingenij vires in libris elucubrandis intendunt, ſudore magis quàm atramento paginas inſcribentes, primas in litterariâ paleſtrâ ſedes occupare contendunt. Qui verò ſe in bellicâ ſpartâ excolendâ tradiderunt, gladiorum vulnera, ſcloporum ictus aliaque ſexcenta mortis ſimul & Martis inſtrumenta perpetiuntur, vt impoſitum ſibi Ducis officium pro dignitate ſuſtineant. Quapropter qui huius Epiſcopalis militiæ Sacramento ſe obſtrinxit, quam maximè decet, vt tanti Magiſtratus honore venerandis operibus ſe dignum exhibeat, ne notam ſibi illam inurat, quam Caſſianus in ipſiſmet mæchanicis diſciplinis, ne dum in tam excelſo Sacerdotio fœdiſſimam æſtimauit, *Miſerum eſt cuiuslibet artis & ſtudij diſciplinam* collat. 10. cap 5. *quampiam profiteri, & ad perfectionem eius minimè peruenire.*

Vt in hac militiæ ſuſcepta metaphora ſiſtamus, egregium illud eſt, quod ad nos
D admonendos Diuus Hyeronimus affert, vt explicet, coronam nobis imponendam, non ab Antiſtitis nomine, ſed à præclaris operibus tanto muneri conſonantibus: ſicut autem, ſi gregarius miles illuſtriora ſuæ fortitudinis exempla quàm Dux ipſe dederit, clariora ſuſcipiet à Rege ornamenta victoriæ, ſic prorſus, ſi minores myſtæ in hac ſacrâ militiâ nos virtute præſtiterint, illuſtriori diademate coronandi frontes ſuas attollent; ſed accipe Hyeronimi verba, *Cernis quod Epiſcopus Presbyter &* l. p aduerſ Iouin. *Diaconus non ideò ſunt beati, quia Epiſcopi, &c. Sed ſi virtutes habuerint nominum ſuorum & officiorum; neque enim Stephanus Diaconus minor futurus eſt in regno Cælorum multis Epiſcopis; & ſicut in legionibus & in exercitu ſunt Duces, Tribuni, Centuriones, ſed commiſſà pugnà vacant nomina dignitatum, & ſola fortitudo quæritur, ita in hoc campo & prælio, quò contrà Dæmones dimicamus, non quæruntur nomina, ſed opera, & glorioſior ille ſub vero Imperante Chriſto, eſt, non qui nobilior, ſed qui fortior.*

Quid aliud hæc orbis vniuerſitas eſt, quam ſcœna quædam, vbi ſpecioſi quidem, ſed inanes vanique proſpectus noſtris oculis blandiuntur. *Præterit figura* p. Cho

huius

ep. 3. *huius Mundi*; ait Apoſtolus; Chryſoſtomus, Theodoretus, Ecumenius legunt *Praterit ſcæna huius Mundi*: humanæ vitæ hic partes aguntur: *humana vita mimus* hic A agitur, ait Seneca: qui ergo ſibi partem à Chorago adſcriptam abſolutâ quadam perfectione compleuerit, commendandus maximè erit; cum econtrà ſuſpiciendus riſu ſit, qui ſuâ neglectâ, illam recitandam ſuſciperet, quæ ſibi diſſonaret. Quàm egregiè ſignificauit hoc Auguſtus, qui iam, Suetonio narrante, proximè moriturus, primarios Vrbis Senatores ſibi adſtantes alloquens eos interrogauit, an in huius vitæ ſcænâ, ſuas ipſe partes ritè expleuerit. *Amicos admiſſos percontatur, ec quid his videretur, mimum vitæ commodum tranſegiſſe*.

in Aug. c. 87.

E maximis, quibus homines laborant vitijs illud eſt, quòd aliqui è rebus ſibi omninò diſſentaneis decus & famam ſibi amplificare moliantur, nec recogitent, quæcumque alia ornamenta, ſi proprio ſtatui non accommodentur, licet illuſtria, & præclariſſima fuerint, obſcura illis potius eſſe & maculoſa. Quid eſt, vt inclytum auorum ſtemma mihi oſtentet in atrio, ſi ab illis opere ſimul & animo degeneret; ex auorum ſplendore obſcurior turpiori nocte nigreſcet. Diuitias præferat B indoctus; eandem illi ſpeciem afferent, quam iumento gemmatæ bacchatæque phaleræ? omnia ſimul tùm naturæ tùm fortunę bona in Epiſcopo confluant, ſi probitate ſuo nomini debitâ ſpolietur, non decus at dedecus illi afferent, non famam parient at infamiam: nonnulla de hoc exempla admirando ſtylo nobis exhibet Seneca. Cleopatræ nauim vides? argenteis hęc remis pollet, aureis aulęis induitur, ebore, ebeno, auro ipſo texellatum opus apparet: ſi tamen in ea componendâ rudes adeò Magiſtri fuerint, vt rimis vndique fatiſcens vndas excipiat, an non cùm tota illâ diuitiarum ſuperbiâ naufragio peribit? gemmatum baltheum Miles habeat auroque radiantem vaginam, ſi peracutus non fuerit enſis, eaque ferri ſpecie ſolidatus, quæ Damaſci reperitur, inutilis imo pernicioſus erit Duci tractanti? aurea ſit Architecti menſura, ſed obliqua; probus ne cùm illâ dimenſor extiterit? nunquam igitur ea laudam officia is conſequetur, qui multo quidem ſplendidus ornamento, ea tamen morum ſtudia negligit, quæ ſuæ vitæ conditione exiguntur. iam ipſum audi Philoſophum: *Quæ conditio rerum, eadem & hominum eſt: nauis bona dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum aut aureum roſtrum eſt,* C *nec cuius tutela ebore calata eſt, nec qua fiſci ac regijs opibus preſſa eſt, ſed ſtabilis & firma, ac iuncturis aquam excludentibus ſpiſſa, ad ferendum maris incurſum, ſolida, gubernaculo parens, velox & conſentiens vento. Gladium bonum dices, non cui deauratus eſt baltheus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur, ſed vi & ad ſecundum ſubtilis acies & mucro munimentum omne rupturus, &c. Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet, quantum faeneret, & quam multis ſalutetur, quam pretioſo incumbat lecto, quam pellucido poculo bibat, ſed quàm bonus ſit.*

ep. 76.

epiſt. 76.

Hùc etiam, ni fallor, collimat Platonis mens, tunc quando terrarum hunc orbem armonico concentui comparauit, vt enim hic ad aurium oblectamentum perſonet, vnicuique fidei ſua lex danda eſt, vnicuique ſua vox temperanda: certos quiſque numeros ad Moderatoris arbitrium ſeruare debet, vno dixerim verbo, quiſque ſuæ vitæ partes componere ita debet, vt diſcorde nihil, nihil diſſonum audiatur. *Abſurdum enim eſt, concentui vniuerſo vel diſſonare numero, & his ſingulis non idonea reddere.* Chriſtus idem Cœleſtis Magiſter, licet Deus eſſet, quià D tamen vna eademque Hypoſtaſi Verbum Diuinum humanæ naturę coniunxerat, hominis perſonam quam induerat, ſupplicijs, ieiunijs, iiſque omnibus perferendis quibus homines ſubijciuntur (peccatum ab his excipe cuius omninò incapax erat) obnoxiam fecit: ſua quidem voluntate, tanquam ſuarum actionum lege vti poterat, ſed humanę imbecillitati poteſtatem ſuam attemperans, ea precibus à ſuo Genitore impetrare ſtudebat, quę ipſimet vt Deo facillima factu erant. *Erat ergo Dominus, non vt pro ſe obſecret, ſed vt pro me impetret; nam etſi omnia poſuerit Pater in poteſtate filij, filium tamen vt formam hominis impleret, obſecrandum Patrem putat eſſe pro nobis*; ſic de eo Ambroſius. Increatâ quidem præſtabat ille ſapientiâ vt Deus, infuſa vt Vates, & beatificâ vt comprehenſor, ſed vt naturæ, quam ſuſceperat, legibus obediret, ſcientiâ, quam experientiâ didicerat, proſpicere ſibi voluit, vt nos ſuo exemplo erudiret, ſtatui quem ſuſcepimus, mores eſſe noſtros conforman-

lib. 7. de legib.

lib. 5. comment. in Luc.

Quàm igitur accommodatè ad nos conuerſus Magnus Gregorius nos
't animo ad cæleſtia erecto nugas haſce ſæculares negligentes,noſtræ
ıctitati reſpondeamus. *Timeamus vehementer fratres Cariſſimi & cu-* hom. 17. in
-ueniat actioni noſtra ipſum miniſterium noſtrum: de noſtrâ quotidiè re- Euang.
'temus; conſideremus ſine ceſſatione quid ſumus, nempè Sacerdotes; pen-
m noſtrum, penſemus pondus quod ſuſcepimus, faciamus quotidie nobiſ-
, quas cùm Iudice noſtro habebimus.

mnium hæc expendir ethnicus vir Caius Flaccus: flagitioſiſſimus hic
'e criminum ſordibus inuolutus; Romæ offendiculum dixeris: huma-
rionibus & ſtudijs, (ſiquidem in more etiam tunc temporis erar, vt in
imperriendis non muneri, ſed perſonæ conſulatur) ad Dialis flaminis,
ſacerdotis culmen euectus fuerat: iam verò traditæ dignitatis ſancti-
ıdens, vt ei ſua eriam ſanctitas conſonaret, veterem viuendi licentiam
ı conuerſione compoſuir, vt omnium exemplo daretur inſpectandus,
recenti bonitate omnium ſibi laudes conciliaret,quò magis anteà pu-
rionibus vapulabat. Quid ad hæc facturi ſint ſupremi verique Iouis
Orthodoxæ Religionis Magiſtri, nullus non videt.

npli pinnaculum collocamur, quia, vt Diuus ait Iſidorus Peluſiota,
numan... inter diuinamque naturam intermedij ſumus, vt hanc obſequamur, il- lib. 3. ep. 2.
lam perficiamus: ad hoc præſtandum conditi a Deo ſumus, ait Diuus Bernardus,
vt Cælo noſtris laboribus voluptatem pariamus, & terris noſtrâ morum integrita- ſerm. 30.
te ſimus exemplo. Demùm,vt cum Diuo Dyoniſio loquar, cùm cæterorum ordi-
num primatum nos ſortiamur, quacumque virtutum ſpecie Deo aſſimilemur
oportet.

§. I.

HAEC tamen, quæ diſcutienda verſamus, ad tria Capita Diuus Ambroſius
reuocauir, hoc eſt. *Sobriam à turbis grauitatem, ſeueram uitam, ſingulare* ep. 6. ad
pondus, dignitas ſibi uindicat Sacerdotalis. Sobriam a turbis grauitatem, requirit E- Iren.
piſcopus,faſtu illo ſuperbiaque, qua Phariſæi intumeſcebant alienam: profanas
conſuetudines, ludos, iocos, ſales aulicos, molles vrbanitates, & præſtita fœmi-
nis obſequia à ſe prorſus excludit. *Seueram uitam.* hic grauis & moderatus morum
tenor ſignificarur,à quo longiſſimè abſint, luxus conuiuia, ſpectacula, venationes,
arma: *ſingulare pondus* hoc eſt, riſus compoſitos effugiat, effrænes obtutus, incon-
ditum inceſſum, liberam membrorum omnium licentiam; ad omnem igitur oris,
manus, inceſſus grauitatem totum ſe componat Antiſtes, eodemque prorſus mo-
do ſe circumferat, quo ſibi æſtimationem & amorem aſpectantium ſibi conciliet,
Deumque ipſum, cuius eſt adminiſter, repræſentet.

Egregiè pronunciabat Saluianus, quem meritò Epiſcoporum Magiſtrum Gen-
nadius apellat, nihil deformius obijci noſtris oculis poſſe, quàm tanti Sacerdotij
dignitatem vitioſis labibus maculari. *Nihil eſt turpius, quàm excellentem quemlibet* lib. ad Ec-
eſſe culmine & deſpicabilem uilitate. cleſ.

Epiſcopum Thiara non facit,ſed ſanctitas quæ Thiara ſit digna, non dignitas at
vita, non ſedes et infulæ, ſed honeſtas, & virtus alios inter Epiſcopos illum ad- c. non om-
ſciſcunt; ſed accipe Hieronymum: *Non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi; Attendis Pe-* nes 26. 2. 9.
trum? & Iudam conſidera; Stephanum ſuſpicias? ſed et Nicolaum reſpice. Non facit 7.
Eccleſiaſtica dignitas Chriſtianos.

Toto quidem cælo aberrat, qui ex ornamentorum pompâ videri cupit Antiſtes;
niſi nomini vita reſponderit, vocabitur Antiſtes, non erit: commentitius velut
Epiſcopus in ſcœnâ ſpectabitur; quàm bene è veterum Magiſterio hæc Diuus Au- in q. 65.
guſtinus expreſſit. *Quidam Patrum eleganter expreſſit dicens: ſciat ſe non eſſe Epiſ-* tom. 4.
copum, qui præeſſe cupit non prodeſſe.

Cùm de Eliâ conqueſtus Achab eſt, eò quod tanta cum populorum clade, aerem
nubeſque ſuo præcepto obſtrinxerit, ne imbres exoptatiſſimos eriuarent, eum ſic
allo-

Digitized by Google

aſſequatur, quis dicere prohibeat, hanc bonorum copiam ex Antiſtitis ſanctitate in eum deriuari? verùm ſi voluptatibus, otio, & languore ad omne nefas corrumpendum ſe tradat, Epiſcopi deſidiæ tribuendum iure meritò eſt, eò quod nullo labore illum excolat, & diſciplinis vtilibus inſtruat, *Si Sacerdotium integrum fuerit, tota Eccleſia floret: ſi autem corruptum fuerit, omnium fides marcida eſt.* Proh quanta florum vbertate ſedes hæc mea Eugubina vernaret, ò quas fructuum delicias ferret, ò quos odorum theſauros funderet, ſi eius in ramos vegetos ego ſpiritus, & alimenta vitalia inſinuarem. A

§. II.

VRbibus etiam, quæ montium faſtigijs impoſitæ fuerint, nos diuina Sapientia confert, vt nos edoceat, quod ſicut omnium oculi ad nos intenduntur, ſic populorum mores ad noſtram viuendi formam conſtruuntur: cum enim aſſiduis obtutibus ad nos inſpectandos adhereant, fieri non poteſt, ne mores noſtros imitentur: hæc Diuus Hieronymus obſeruans, ſapienter Heliodorum B

D. Hiero. ep ad Heliod. in epitaph. Nepotian.

Antiſtitem admonuit hac forma dicendi. *In te omnium oculi diriguntur; domus tua, & conuerſatio tua, quaſi in ſpecula conſtituta, magiſtra eſt publicæ diſciplinæ; quidquid feceris, id ſibi omnes faciendum putant: caue nè committas, quod aut qui reprehendere volunt dignè lacerâſſe videantur; aut qui imitari, cogantur delinquere.* Dignitatum omnium potiſſimum hoc eſt, vt nos ad omnium aſpectum collocent, & gentium cenſuræ ſubijciant, vt preſulum errores, & tenues qualcumque labeculas ſibi vſurpare poſſint, & ex eis, eos imitandi ſibi facere facultatem.

Io. 10. 4. Rup. Abb. lib. 1. in 25. Math. 1. Petr. 5. 5.

Singulare tamen nomen, quo nos tùm Apoſtoli, tùm Apoſtolorum conditor Chriſtus donauit, illud maximè eſt, quo nos Paſtores appellauit: ad nos enim ſpectat gregem preire, & Ducis loco viam pietatis ouibus aperire, vt ipſæ veſtigia noſtra pari pietate ſequantur: verus Paſtor ſic Chriſtus ait, *Cum proprias oues emiſerit, ante illas vadit, & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius.* Quæ verba Rupertus Abbas hoc planè ſenſu explicat, vt ſcilicet oues preire nil aliud ſit, C quàm viam nouæ vitæ integritate & noſtris operibus, veluti quibuſdam paſſibus oſtendere, quam poſteà illæ iucundiùs & faciliùs premant. Hoc idem è ſententiâ Principis Apoſtolorum fuit, docentis, vt nos ſimus *forma facti gregis*, & ritè viuendi modum, tanquam ab Idæa & exemplari quodam pijſſimo, ſequaces oues addiſcant.

Plut. quod Plebs deb. cum Princ. erm

Ad hoc illuſtrandum egregium quid affert è naturæ penu Plutarchus: Herbæ enim ſpeciem quandam, quæ *Eryngion* vocatur, è ſolo germinare teſtatur, in quâ comedendâ, ſi fortè capra vna immoretur, ſtatim illa, & cùm illâ totus grex immobilis ſiſtere cogitur, nec vlteriùs procedere poteſt, quoadusque illam ex eius ore Paſtor eduxerit. *Sic ſi quis effundat virtutem magiſtratui, multis profut urum per vnum, & ab incepto curſu reuocaturum.*

ep. 16. l. 3.

Quàm benè deperditos & profligatos Cleri Veliternenſis mores ſanctitas & ardor Petri Domini compoſuerit, ſcribens ad familiarem Archiepiſcopum Damianus D ipſe teſtatur, & recenti hac ætate in Mediolanenſi Clero quantâ cùm vtilitate Carolus Boromeus laborauerit, quis ignorat?

epiſt. 20. Anni. 148.

Profectò quantâ venuſtate, quantoque fulgore conſpicua eſſet Chriſtiana Religio, ſi Præſulibus omnibus mens eſſet, vt ſtatum totius anteactæ vitæ corrigerent, & ad priſtinos mores Chriſtianam pietatem reuocarent, vt leuiſſimas quaſcunque labeculas abſtergerent, earumque omnium virtutum ſtudio flagrarent, quæ Paſtoris nomen populis venerandum efficiunt. O ſi nobis omnibus Thomæ Cantuarienſis Antiſtitis animus religioſus ineſſet, de quo ait Petrus Bleſenſis, quod eſſet *Vita ſpeculum, pænitentiæ forma & ſanctitatis exemplum*, & quod *tota eius conuerſatio erat regula honeſtatis, morum ædificatio, & ſtatera ſalutis.* Vtinam eo pietatis ardore flagraremus, quo Metenſis Epiſcopus Theodoricus ſanctè æſtuabat: hic enim, cum, vt Sigebertus narrat, primo eius ſedis Antiſtiti Clementi à cæleſti ſpiritu liberdaretur, vt quo futurorum Antiſtitum nomine primis eorum charactetibus

A ctoribus inſcripta ſignabatur, cùm alia aureò, argenteo alia, nonnulla plumbeo,
æneo aliqua charactere ſcriberentur, ſuum Theodoricus nomen inſpectans non au-
ro ſed argento deſignari, minorem ſuæ ſanctitati ſpeciem dedignatus, conſtantiſ-
mè decreuit, tanto ſe labore virtutibus deſudaturum, vt ex argenteo in aureum
ſuum nomen immutaret.

Sic pariter nobis toto animo contendendum eſt, ne ſancti noſtri præceſſores E-
piſcopi, qui greges nobis commiſſos, tam opimis & ſalutaribus paſcuis ſaginarunt,
in nos aſſurgant irati, ſuarumque ſedium poſſeſſores indignos quærimonia iuſtà re-
darguant. hoc ſanè Pappulo Lingonienſi Præſuli euenit, de quo Diuus Gregorius
Turonenſis refert, quod ſuam Diœceſim inuiſenti, ſpectandum ei per nocturnam hiſt.Francic.l.5.c.5
quietem ſe dedit Diuus Tetricus eius præceſſor & & ſupercilio minax verboque
intonans, ſic eum interpellauit. Quid hic tu Pappule! ità ne meum maculare
ſolium audes! ità ne in meas oues tuâ inertia es iniurioſus! Apage, cede loco,
ſedem hanc deſere; hæc ille pronuncians, virgâ, quàm manu tractabat, eum pectore
B verberauit. Expergefactus ad hæc Antiſtes, dolore non leui præ verbere crucia-
batur: cùm autem magis in dies dolor ingraueſceret, & dolorem maxima ciborum
nauſea ſequeretur, tertiâ die ſanguinem per os affluenter eructans, euomuit cum
ſanguine vitam. Tanto nos exemplo erudiamur, & ad effuſum Pappuli ſangui-
nem eruditi, pericula noſtra euitemus: illud æternùm noſtris animis inſculptum
inhæreat, quo ſapientiſſimè ſanctus Cæſarius Arelatenſis Antiſtes, Antiſtites om-
nes admonuit; *ſicut ille valdè admirandus eſt, atque laudandus, cuius curſus bonus* hom 3:
*multorum profectus eſt, ità meritò ille lugendus eſt, cuius vita mala multorum ruina
eſt: ideoque fratres Chariſſimi, quæ ad ædificationem pertinent, ea in medio poſiti age-
re ſtudeamus, nec vita noſtra aliorum virtutibus noceat, ne aliorum feruorem torpor
noſter debilitet*. Vt futuris ætatibus conſulam, hæc ego ſubſcribo

C Epiſcopum ſuæ potiſsimùm in virtutum ſtudio perfectioni vacaturum. Cap. II.

IN aureo *De Conſideratione* libello, quem Diuus Bernardus ad Eugenium Pon-
tificem ſuum olim in virtutis paleſtrâ diſcipulum inſcripſit, cùm in eo Patris &
Magiſtri munus exercens, & filij ſimul & ſubditi reuerentiam exhibens, ad abſo-
lutiſſimæ virtutis metam attingendam adducere eum totâ mente tendat, ne Pon-
tificij Sacerdotij iubar beatæ lumen æternitatis ei raperet, è quatuor potiſſimis
quibus pertractandis ſuum ſtylum exercet, primo loco ſtatuit, vt ſibimet primùm
perficiendo deſudet, *A te tua conſideratio inchoet, ne fruſtrà exudes in alios, te ne-* lib.2.c.3.
glecto: aliorum enim comparare ſalutem, ſuamque negligere, idem propè eſt, ac
molem abſque fundamento iacto ſuſtollere, quæ non ædificio, ſed ruinæ inſeruiat:
atenas congerere eſt, ventorum flamine diſſipandas, & chatitatis ordinem ſuſde-
D que inuertere: hæc enim primùm exigit, vt noſtræ prius quàm alienæ ſaluti con-
ſulamus: hoc demùm ab ſanctiſſimo Magiſtro ſtatuitur, vt vni huic operi ſemper
intentis oculis adhærentes, veluti primum & vltimum illud habeamus, *Tu primus
tibi, tu vltimus*.

Cætera profectò omnia inaniſſima ſunt, nullumque aliud mentem debet no-
ſtram occupare; cæteris hoc præponatur oportet, omniaque ſemper alia comite-
tur: recti Antiſtitis partes numquam obibit, qui mediocriter ſe gerens in exerci-
tatione virtutum, in ſe ipſo vel nullam, vel leuiſſimam operam impendit; quod ſi
de Politico Principe ſermonem Cato habens pronunciauit, *Peſſimus eſt Princeps, qui
regere ſeipſum nequit*, quid vnquam de Principe ſacro dicendum, qui cum prouin-
cias & gentes pro ſui muneris dignitate ducturus ad cœlum ſit, ſui ipſius curam
omittens, ſe relinquat in terris?

Ad Epiſcopatus culmen Antiſtes quidam nomine Ardutio euectus fuerat, qui
prauis captus cupidinibus, ſolutiore vita primos adoleſcentiæ annos egerat: vali-
diſſimè igitur bis ad eum Diuus Bernardus ſcripſit, vt eum ad illam morum diſ- ep.27.&28.

ſolutionem coercendam admoneret, vitijſque relictis virtuti ſe adſcribendum, vt harmonico quodam concentu, mores ſimul & dignitas ſibi ſanctiſſimè conſonarent. *Vita ſanctitas non præceſſit, ſequatur ſaltem*: quod ſi ſecus fecerit, è faſtigio dignitatis maiori diſcrimine ruet in præceps, *Alioquin ſi altiorem, quàm meliorem eſſe delectat, non præmium ſed præcipitium expectemus*. A

Profectò qui alienum ſolum virtutibus excolens, ſui negligentiſſimus laboris aratro relicto permiſerit, vt ſterilibus totum vepribus obruatur, populis ſibi commiſſis non acquiſitus, ſe ipſum deperdet; nec enim vtilis alijs erit, qui ſibi inutilis
Eccl. 14.5. eſt; *Qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit?* Solon quoque apud Laertium pronunciauit, fieri non poſſe, vt populorum mores corrigat Princeps, qui ſuos primùm non compoſuerit, eo prorſus pacto, quo quis curuæ virgæ ductu vmbram rectam facere non valet, ni prius virgam ipſam ſuæ rectitudini donauerit. Addit Seneca, quòd ſi nauis Præfectus ad maris aſpectum palleat, clauoque è manibus excuſſo congeſtos cibos nauſeabundis faucibus euomat, quonam vnquam modo animum nautis excitare valeat, eoſque ad maris agglomerata diſcrimina impauidos reddere; do eius B
Eph. 109. verba, *Quid me poteſt iuuare rector nauigij attonitus, & vomitans; non eſt loquendum, ſed gubernandum*.

Quapropter ſacros Præſules Apoſtolus inſtruens ſic eos alloquitur. *Attendite*
Act. 20.28. *vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo*. Naturæ ſimul & gratiæ ordo hic eſt; tam exaggerato loquendi ſtylo nobis ſignificauit Apoſtolus, quanto pretio depoſitum Deus habeat, quod noſtræ cuſtodiæ commendauit; quanti momenti opus illud ſit ad quod nos Deus euocauit, & quantæ integitatis & virtutis vim, vt ritè à nobis exerceatur, illud efflagitet; animarum ſalus, quas maximo ſui ſanguinis pretio Deus ipſe redemit, penes nos eſt; ad hoc autem, vt acriori ſtimulo ad id peragendum ſocordiam noſtram impellat, haud quidem Apoſtolus dicendi formâ pronunciauit, Chriſtum Dominum ſanguinem ad eas redimendas perſoluiſſe, ne in humanâ tantùm Chriſti naturâ inhærentes vlterùs non progrederemur, ſed *Dei* dixit, quâ ſermonis formulâ inſtructus Beda nefariam Neſtorij protectuiam confodit & iugula-
ibid. uit; vides, inquit, vt Apoſtolus, *Non dubitat ſanguinem Dei dicere propter vnionem perſonæ in duabus naturis Ieſu Chriſti, pro quâ eſt in Cælo. Ceſſet igitur Neſtorius filium hominis à filio Dei ſeparare, & duos facere Chriſtos*: Ad eum igitur po- C
l. 4. in Iſai. cap. 45. pulorum nobis commiſſæ animæ ſpectant, qui ad eas redimendas ſui ſanguinis pretium perſoluit, ait Diuus Cyrillus. hinc quis haud colligat, quàm ſollicitâ diligentiâ ad tantùm benè munus explendum, noſtram ſimus operam daturi? hoc autem quis ab eo faciendum ſperauerit, qui rerum cæleſtium indiligens à recto ſtudio virtutis abſcedat? Hoc autem ex Apoſtoli mente fuiſſe arbitror, quod vt Epheſini Antiſtitis ſui diſcipuli animo validius inſinuaret, ait *Attende tibi & doctri-*
1. Tim. 4. *næ; inſta in illis; hoc enim faciens, & ſe ipſum ſaluum facies & eos qui te audiunt*. quot verba tot acutiſſima calcaria dixeris, quibus ad Antiſtitum latera appoſitis cogit eos ad virtutis ſemitam in ſe ipſis perficiendis deuorare, & Diogenis lampade apprehenſa ad verba, opera, cogitationes ipſas expendendas & accuratâ operâ expoliendas: ſi namque labor iſte defuerit, & ſibi & alijs ſalus ipſa deerit, quàm enim irritus eorum labor eſt, vt alios ſalute donent, qui maximâ ſui incuria, mentem ſuam virtutum radijs illuſtrare detrectant. D

Si autem repetito ſermone, ſtyloque tam valido, hac in re ſomnum omnem à Timotheo Paulus conatur excutere, quem vitâ, famâque ſpectatiſſimum adeò, nouerat, vt miraculis patrandis clarus mortuos ipſos è tumulo reuocans recenti ſpiritu donauerit, quàm aptiùs vſurpare nobis illa eadem valemus, quorum adeò mentes hebeſcunt, & à ſuſcepta religione tantâ ſocordiâ declinant! in Timotheo nos
hom. 13. in 2. ad Tim. certè Paulus inſtruxit, vt docet Chryſoſtomus; *Ita profectò dum Timotheo loquitur, omnes ſalubriter admonet: quod ſi ei qui mortuos excitabat, hæc monita dedit, quid nam nos miſeri dicturi ſumus?* vt Regem Saulem inungeret, Samuelli Vati præce-
1. Reg 9. pit Deus, ea mente vt populi incolumitati conſuleret: verùm Rex ille miſerrimus alios ſeruans, ſe ipſum præcipitem dedit: Saulem Præſules illi imitantur, qui populorum ſalutem diuino ardore præferuidè anhelantes, nullam ſibi ipſis perficiendis

Digitized by Google

Vos eſtis lux mundi. Sed aquis potius conferre iſti ſe volunt, quæ lanarum ſor-
A dcs & maculas abſtergentes eaſque recenti candore donantes, ſordes illas ſibi ſer-
uant turpes & maculoſæ: cum econtrâ luculentis & cœnoſis in ſedibus immoratus
Sol, ipſaſque putridas cloacas radijs ſuis occupans, ſordes eas abſumit, mephitim
exhalantem diſpergit ſemper nitidus, vbique aureus, nullaque prorſus vllius la-
bis amicitiâ denigratus. habes hæc è Diuo Bernardo. *Quid enim erubeſceret, qui* hom. 17. in
itâ nos lauit à peccatis; non quidem vt aqua diluens & retinens ſordes, ſed veluti ra- Euang.
dius Solis deſiccans & retinens puritatem?

Quin huiuſmodi Præſules à Magno Gregorio ſacris ijs aquis comparantur, qua-
rum ablutione corpore aſperſo purgatur animus: his enim noſtra peccata diluun-
tur, & cæli aditus ablutis reſeratur, cùm tamen è conceptis ſordibus in cloacam
ipſæ proijciantur; audiantur eius verba immanem nobis formidinem incuſſura.
Ingrediuntur electi Sacerdotum manibus expiati cæleſtem patriam, & Sacerdotes ipſi
per vitam reprobam ad inferni ſupplicia feſtinant; cui ergo rei ſimiles dixerim Sacer-
B *dotes tales, niſi aquæ batiſmatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum*
cæleſte mittit, & ipſa poſteà in cloacas deſcendit?

§. I.

HAVD tantùm nobis Paſtorum munus Deus impoſuit; cultores etiam ſuæ vi-
neæ à Chriſto præficimur, vt ſedulam ad eius cultum nauantes operam vbe-
res ei fructus referamus. quam tamen potiori nobis titulo commendauit, vi-
nea noſtra eſt, quæ vel prorſus infæcunda fuerit, vel in fructibus reddendis
auara, non habet Deus, quo de illis gaudeat, quibus aliæ populorum vineæ one-
rantur. Quàpropter ſi otio ſocordiaque laborans permiſerit, vt vrticis & vepri-
bus dominantibus, hoc eſt prauis affectionibus horridi nemoris inſtar occupetur,
ingentem lacrymarum materiem habebit, quibus vnà cum ſacri Epithalamij ſpon-
C ſâ conqueratur. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.* Cant. p. 6.
Quàm ſanè erubeſcere deberent huiuſmodi viri ait Diuus Bernardus, & quàm di-
gnè eſſent à ſacris ſedibus amouendi, tanquam iniqui rerum ſacrarum vſurpatores,
qui ſuæ deſidiæ vitio, cultu omni neglecto inter vepres & dumos miſerrimâ condi-
tione ſquallent. *Miror audaciam plurimorum, quos videmus de ſuis vineis non* Serm. 30. in
colligere niſi ſpinas & tribulos; vineis tamen dominicis etiam ſe ingerere non vereri. Cant.
Sic ille. Ex aduerſo autem, qui ſuæ tantùm vineæ deditus, reliquas alias à Deo
ſibi commiſſas omittens, ſpinis & vepribus vbique enaſcentibus, ab earum labo-
re diſcederet, deturbandus à tanto Sacerdotio eſſet, vtpotè illi exercendo non
aptus. *Idoneus verò & dignus, qui ponatur cuſtos in vineis, quem propria cura*
vineæ à commiſſarum diligentià & ſollicitudine non impedit aut retardat, non quæ-
rit quæ ſua ſunt, neque quod ſibi vtile eſt, ſed quod multis; rurſus audiſti Ber-
nardum.

D Quàm ſanè erubeſcerent vlmi, ſi huiuſmodi eis ſenſus ineſſet, cum racemis onu-
ſtas & recuruas vites fulcientes, ſe ſteriles cognoſcerent, nulloque fructu præno-
biles! optimè illi Antiſtites vlmis exprimuntur, qui fructuoſi cæteris, inutiles ſi-
bimetipſis exiſtunt, viteſque populorum fructibus onuſtas geſtantes, ſuis meritis
ſterileſcunt.

Totus ipſe horrore perſudor, quoties tropologicum ſermonem de tribubus Ru-
ben, Gad & Manaſſes ab Abulenſi Magiſtro conſcriptum, mecum ipſe perpendo:
cùm enim cæteras tribus ad promiſſam regionem acquirendam ipſæ adiuuarent,
trans Iordanem immorari ſibi elegerunt, eò quod ad greges pinguibus paſcuis nu-
triendos regio illa accomodatiſſima eſſet. Tres iſtæ tribus tres Eccleſię ſtatus ex- Num. 32.
primunt. à Ruben enim, quæ Hebræo idiomate *filius viſionis* ſonat, Antiſtites &
Præſules, qui filij viſionis ſpeculatores ſunt, deſcribuntur: Gad omnium fortiſ-
ſimus Principes deſignat, Manaſſes verò, qui iuxtà Hebræum ſtylum *obliuio* ſigni-
ficat, Monachos adumbrat, qui terrenis cupiditatibus calcatis, earum obliuione
capiuntur. Tres hi, quis credat, trans Iordanem immorari cupiunt! quàmplures,

qui ſæculi huius amore ſuccenſi, ſedem in eo ſibi ſtatuunt, vt eius paſcuis & opibus delectentur: licet autem hi reliquis gentibus auxilium aliquod adhortationibus, legibus, documentis afferant, vt Iordane transfretato promiſſam æternæ beatitatis regionem poſſideant, ipſi nihilominus eiuſdem beatitatis immemores, citrà Iordanem ſiſtunt, nec vlterius progredi conantur. Hinc autem eſt, vt ſupremum Hyerarcham Aaron Deus admonuerit, vt prius ad expianda ſua quàm populi crimina victimas immolaret, ſuæque priùs quàm alienæ ſaluti ſtuderet; *Immola pro peccato tuo, offer holocauſtum & deprecare pro te & pro populo*. Quid aliud ſexaginta illi milites, qui lectum Salomonis obuelabant, *& erat vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum* ſignificant, quàm ſacros Hyerophantas, qui corporeas affectiones in ſe priùs, in alijs poſteà mactare debent. *Prælati ſanctæ Eccleſiæ ſuper femur ſuum enſes tenent, quia prius in ſe, & tum in ſubiectis vitia carnis debent reſecare*. ſic Bernardus. A

Leuit. 9.
Cant. 3.
tract. de bene viu. ſer. 19 de obed.

Hoc idem eâ Salomonis ſententiâ inſinuatur *miſererè animæ tuæ placens Deo*. ac ſi Deo acceptus eſſe non queat, qui pro alijs elaborans in ſe ipſo excolendo otiatur: inordinata charitas hæc eſt; vt alios æquè ac nos diligamus præcipit Deus, nunquam autem, vt noſtrâ ſalute neglectâ, alienæ tantum beatitati conſulamus. B

Eccleſ. 30.

Ea etiam parœmia, quam ipſemet cæleſtis Magiſter vſurpabat, Diuus Antonius ad hanc rem vtebatur *Medice cura te ipſum*: veteres enim illi vitæ Monaſticæ ſectatores potiſſimam in ſuis reſecandis vitijs operam dabant, vt proficui poſteâ alijs eſſe poſſent: qui ergo diuersâ viuendi formâ ſe componunt, perenni morbo laborent oportet, illudque ipſis meritò obiectabitur, quod olim Græci apud Plutarchum, alijs medetur, ipſe vlceribus ſcatet.

Luc 4.
vit. SS. PP. l. 7. c. 3.
de dign. adul. ab amicis.

Virtutibus igitur vt floribus ornetur, vt ſtellis effulgeat Antiſtitis animus, cùm in eâ vitæ conditione verſetur, quâ ſe virtutum omnium exemplar abſolutiſſimum ſe cunctis exhibere tenetur; quapropter ad hanc mentem verba illa Apoſtoli Sanctus Hieronymus explicans, *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*, hæc habet, *quod in maiori ordine conſtitutus poſſit, ſi velit exercendarum occaſionem habere virtutum*. Eo ſanè modo ſuos inſtituere mores debet Antiſtes, vt illi accommodari valeat, quod de Elia dixit Elyſæus *Currus & Auriga*. currus ſibi futurus eſt, qui Diuino Aurigæ per cæli vias ducendum ſe tradat; alijs verò gentibus aurigæ vices debet explere, vt eas ad cæleſtem beatitatem adducat; nec enim alios ducere feliciter poteſt, qui ſui ipſius habenas tractare negligens ignoret. Lyrano hæc debes ſic loquenti, *Currus qui ducitur, hic ponitur primò, & auriga qui ducit ſecundò ad oſtendendum, quod ille benè ducit regendo, qui fuit primò ductilis in obediendo*. Si tamen aliquis idoneus tantùm auriga eſſe contenderit, licet in ſui Sacerdotij munere exercendo vires omnes impenderit, ſibique commiſſas gentes ad iter cæli capeſſendum hortetur, numquam tamen ea conſequetur præmia, quæ lumine felicitatis illuſtria pijs Deus parauit Epiſcopis. Triumphantibus alijs miſerrimus ipſe corruet, ipſique labores, quibus ad cœli coronam populis imponendam deſudauit, ipſius vitio vertentur; eò quòd alienæ ſaluti laborioſus, ſuæ prorſus fuerit otioſus: quàm benè Cardinalis Hugo. *Prælatus licet in multis ſit vtilis Eccleſiæ, abijcitur tamen à Deo propter malam vitam, quia quem perdit vita, non poteſt ſaluare doctrina*. C D

1. p. aduerſ. Ioan.
4. Reg. 2.
in Comēt. moral. ibid.
In cap. 22. Ierem.

Ipſemet Paulus, vir terrarum ſaluti à Deo datus, hac de re, ingenti formidine tenebatur; licet enim ad diſſeminandam vbique terrarum Chriſti legem, totus vacaret, ſibi tamen ſemper euigilans ſuam conſcientiam frequentiſſimis pietatis officijs excolebat; ipſummet hæc audi narrantem Corynthijs *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar*. adhæc verba Antiſtites alloquens Diuus Auguſtinus ait: *ſuo timore nos terruit, quid enim faciet Agnus, vbi aries tremit?* ſed enuclearius illa eadem à Diuo Chryſoſtomo expenduntur, qui etiam eò magis nobis timendum eſſe pronunciat, quò magis nos ab Apoſtoli pietate diſcedimus. *Si Paulus hoc timuit, cum alijs eſſet præceptor, & poſt prædicationem & orbis terrarum ſuſceptum patrimonium formidauit, quid iam nos dicemus? Nolite enim putare, inquit, ſolam fidem ad ſalutem veſtram ſatis eſſe, nam ſi prædicare, docere, innumeros ad ſalutem ducere, mihi non ſufficit ad ſalutem, niſi me irreprehenſibilem exhibeam, longè minus nobis*.

ad Corint. 19.
ſerm. 19. de verb. Dom.
hom. 23. in p. ad Cor.

San-

Sanctus verò Gregorius Nazianzenus cuncta ea ſibicommemorans, quibus ad
A Chriſtianam Religionem ſtatuendam, confirmandamque Chriſtus Dominus deſudauit, vix ſpiritum continebat, vt ſe in partem tanti muneris aduocandum accepit, curaſque omnes in ſui ipſius cultum intendebat, vt ſe parem tanto muneri faceret; Arguta adeò validaque eius oratio eſt; vt eam præterire ſilentio iniurioſum videri poſſit. *In his ergo cogitationibus dies, noctesque verſor; hae medullas etiam meas eliquant, & carnes conficiunt, nec me audacem eſſe ſinunt: hae animum meum deyciunt, & lingua vinculum conyciunt, faciuntque, vt non de præfectura, non de corrigendis & gubernandis alijs cogitem, id quod exuberantis cuiuſiam facultatis eſt; ſed quemodo ipſe venientem iram effugere, atque à vitiorum rubigine non nihil me ipſum abradere, purgarique prius, deinde purgare; ſapientiâ inſtrui, atque ità alios ſapientiâ inſtruere, ſanctificari, & poſteà ſanctificare, ac cum manibus ducere, cùm prudentiâ conſilium dare.* In Apol.

Oratione hac ea ipſe omnia confirmauit, quibus aliàs Antiſtites docuit, ne quieſ-
B cerent, ſi vitijs tantum immunes in virtutum ſtadio percurrendo non excellerent, illudque præſtarent, vt earum magis lumine, quam dignitatis culmine populis emicarent; illud animo ſibi ſtatuant, vt quæ ſanctitatis ornamenta non acquirunt, deperdant, & vt numquam in virtute aliquâ acquiſitâ ſiſtentes, ad aliam acquirendam felici conatu progrediantur. *Præſul non vitioſas animi notas duntaxat expurget, verum meliores inſcribat, ita vt magis virtute antecellat, quàm honore ac dignitate ſuperet; verùm quod præ pedibus eſt, gradum ad id, quod deinceps ſequitur, eſſe arbitretur, nec virtute vulgus anteire, magnoperè amplum & illuſtre iudicet, verùm detrimento ducat, ſi à ſuſcepti muneris dignitate abſit.* Orat. p.

Vt ab Hipponenſi Epiſcopo Valerio ſuus Coadiutor inauguratus fuit Diuus Auguſtinus, ardenter ab eo per epiſtolam poſtulauit, vt quocumque alio opere neglecto, ſibi tantùm ſuæque virtuti vacare ſine vllo interpellatore liceret, vt ea cum Deo precibus communicaret, & è ſacris paginis addiſceret, quæ tùm alijs moderandis, tùm ſuo muneri explendo conducerent; quam pariter ad rem, illud ei in-
C more erat, vt ſingulis annis, anniuerſariâ ſuæ electionis die, animum ad ſtudia virtutis recenti ardore erigeret, habitaque perfectionis deſideria, votis maioribus renouaret; perlege, ſi placet, hac de re duas ab eo habitas conciones. Illud admirandum etiam eſt, quod de ſancto Hugone Gratianopolitano Præſule habetur: hic enim in Carthuſianam Eremum, quam Diuo Brunoni, eiuſque ſocijs adſcripſerat, vltro ſecedens, vnà cum illis non tantùm in pietatis & contemplationis ſtudio verſabatur, ſed ad obſcuriſſima totius Aſceterij munera ſe adducebat, vt ſuam humilitatem in ſe ipſo perficeret, adeò vt non ſemel Diuus Bruno eum coegerit, vt ſolitudine omiſſa ſuam Vrbem rediret, eâ loquendi formâ, *Ite ad oues veſtras, eiſque quod debetis exoluite.* Quis autem ignoret, quantis ille virtutum theſauris opulentus, ad alios ditandos ex Eremo illa prodiret? hom. 10. & 25. tom. 10. Sur. in vit. S Hugon. 1. April.

Quàmplurimos hic mibi omittere licet Antiſtites, qui quò magis Epiſcopalis vitæ diſcrimina & moleſtias animo perueluebant, eò diligentiori ſolertiâ ſibi ipſis conſulebant, è quibus omnium inſtar ſit hac noſtra ætate ſpectatiſſimus Diuus Ca-
D rolus Borromeus. Mainardum etiam Eugubinum Epiſcopum hac de re grauiter etiam admonuit Beatus Petrus Damianus. Diuus etiam Gregorius, Epiſcopos de munere ſuo inſtruens, hoc illis ſignificat, quod ſicuti qui ſibi ipſis tantùm perficiendis vacant, populorum curâ neglectâ, non leui labe ſe commaculant, ſic ingenti ſe piaculo implicant, qui ſui cultus obliti, quidquid egerint, ad populorum referunt vtilitatem. In eius vit. 14. ep 8. 12. Paſt. c. 7

Sed omnium optimè hac in re pijſſimus Bernardus admonuit, haud quidem inſtar canalis nos eſſe futuros; hic enim è tota quam recipit aquâ, nihil ſibi ſeruat, ſed protinus eam in alios eriuat, cùm econtra fontibus eſſe ſimiles debeamus, qui receptas vndas non effundunt in alios, donec ſe ipſos vberrimâ menſurâ compleuerint; do eius verba. *Quamobrem ſi ſapis, concham te exhibebis non canalem; hic ſiquidem penè ſimul recipit & effundit, illa verò donec impleatur expectat, ſicque quod ſuperabundat, ſine damno ſuo communicat.* Deus ipſe Salomonis ore nobis hæc documenta porrexit, *Bibe aquam de ciſterna tuâ, & fluenta putei tui*, Septuaginta legunt,

legunt, *de puteorum ſuorum fontibus*: quando hæc præſtiteris, tunc *diuidantur fontes ſui foras*: hoc enim ad boni regiminis leges, Diuo Gregorio docente, faciendum eſt, *Rectum quippe eſt, vt ipſe prius bibat, & tunc prædicando alijs influat.* Immoderata & imprudens charitas ea eſt, quæ potiori curâ alijs, quàm ſibimet perficiendæ deſudat: imprudens dixi, cùm difficilius ſit opere docere quàm verbo: præcepta ſtatuere facilè admodum eſt, cùm econtrâ ſit ſatis arduum, ea in ſe ipſo exercere, quæ ad alios perficiendos tanquam neceſſaria poſtulantur, *Noli nimium eſſe iuſtus, ſufficit, vt diligas proximum ſicut te ipſum*, ait Diuus Bernardus: aliorum ſaluti ſeruire, nec ſe ipſum ſeruare, monſtrum eſt. A

ibid

in 1. Corinth. 8.

§. II.

VT ergo noſtræ progreſſionis finem aſſequamur, eius neceſſitatem comprehendamus oportet, eamque magni æſtimare, vt eius cupiditate noſter animus incaleſcat; nam vt Philoſophi docent in rebus omnibus, & ijs potiſſimùm quæ ad mores inſtruendos referuntur, finis deſiderium prima ratio eſt, cuius vi tanquam primi mouentis, alia inferiora ad operandum impelluntur, ita vt quò ardentius deſiderium finis erit, eò maior fuerit ad eum aſſequendum labor, & cura. B

Validiſſima ratio hæc eſt; ſed nec illa minor, quam a Diuo Gregorio Magno ſacrarum litterarum Interprete haurimus: hæc autem maximè eſt, vt frequentiſſimè Antiſtitum vitas veluti exemplaria ſacra verſemus; fieri enim numquam poterit, vt in eis velut in viuentibus ſimulacris eorum virtutes, & heroica pro fidei amplicandæ ardore facinora comprehendentes, ad eorum imitanda veſtigia non aliquatenus erigamur; illud ſaltem præſtabit, vt ad tantorum Gigantem proceritatem, homunculos nos & puſillos eſſe puduerit.

Ad Conſtantinopolitanum Antiſtitem ſcribens memorauit hæc omnia idem Gregorius ex Aaronis indumento, quod Rationale dicebatur allegoriam aſſumens. *Ideò Rationale iudicij præcipitur Aaron geſtare, quia cor Epiſcopale non fluxa cogitationes, ſed ſola ratio conſtringere debet, in quo nomina duodecim Patriarcharum erant ſcripta, quià vitas Sanctorum Epiſcoporum ſemper in corde gerere debet, & iuxta eas viuere.* C

ep. 4. ad Epiſc. Conſtantin.

Ipſemet Diuinus ſpiritus Ieremię Vatis ore ſignificauit hæc nobis & Diuus Hyeronimus explicat. *State ſuper vias veſtras, & videte & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis in ea refrigerium.*

Hieron. 6. ibid. 4. c. 6.

Hac pariter ratione nos excitat Seneca, vt excuſſo deſidiæ ſomno, ea poſteris amandemus, quæ noſtrum elucubrauit ingenium: tot enim excellentium virorum monumenta peruoluentes, qnibus illi, laboribus pretioſis exerciti, virtutis viam illuſtrarunt, habebimus de quo erubeſcemus, cum tàm inutiles nos alijs videamur, *Tene in manus Indicem Philoſophorum: hæc ipſa res expergiſci te coget, ſi videris, quàm multi tibi laborauerint, concupiſces & ex ipſis vnus eſſe.*

ep. 34.

Ad hanc rem habeo, quod cùm olim ſanctus Macharius Monachos aliquos inuiſiſſet, eorumque eximiam integritatem fuerit admiratus, reuerſus ad ſuos affluenter illacrymatus pronunciabat, *Vidi Monachos, non ſum ego Monachus.* Quoties ego veritatis vi compulſus hæc protuli, quæ ſolùm è piæ humilitatis ſtudio ſanctiſſimus hic Cœnobiarcha vſurpauit, ſanctorum Epiſcoporum vitas perlegens, & imagines inſpectans, veros Epiſcooos vidi, coram quibus ſcœnicum me Epiſcopum agnoſco. Quàm clarè ad eorum lumen mihi innoteſcit, multam mihi operam meæ virtuti dandam, vt leui ſaltem ex parte vel ſeptendecim Epiſcopos, quos hęc Eugubina ſedes Sanctorum numero cooptauit, imitarer, vel alios ſaltem viros, qui clariſſimis virtutum exemplis eam illuſtrarunt. D

D. Hieron. in vit. Paul. Erem.

Ad hoc autem faciendum Diuus Hyeronimus nos adhortatur; eius autem verba concinna adeò elegantiaque ſunt, vt licet aliquanto prolixiora ſint, ea tamen omittere fuerit nefas. Scribenti igitur Paulino ipſe reſpondit, cùm hic ab eo poſtulaſſet, vt aliqua inſinuaret, quibus ad Diuinum in ſe accendendum amorem

viam

A viam ſterneret, præ alijs hæc habet. Habet vnumquodque propoſitum Principes ſuos: *Romani Duces imitentur Camillos, Fabritios, Regulos, Scipiones. Philoſophi preponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem; Poetæ æmulentur Virgilium, Homerum, Menandrum, Terentium; Hiſtorici Thucididem, Saluſtium, Herodotum, Liuium, Oratores Lyſiam, Gracchos, Demoſthenem, Tullium, & vt ad noſtra veniamus, Epiſcopi & Presbyteri habeant in exemplum Apoſtolos & Apoſtolicos viros, quorum honorem poſſidentes habere nitantur & meritum.* Ad Paulin. de inſtit. Monach.

Coronidem imponamus huic capiti eâ narratione, quam Cantipratenſis intexit; ad recentem Antiſtitem eligendum non leuiter inter ſe eiuſdem Collegij Canonici diſcrepabant; vt autem conuenirent, eum eligendum ſtatuerunt, in quem tùm Præpoſiti tùm Decani ſuffragia conuenirent, hi autem ſedulâ deliberatione peractâ, vnum è Canonicis elegerunt, ingenioſum quidem & maximè perſpicacem, ſed moribus inquinatum, & qui eodem propè temporis articulo inter comeſſationes & talos dies traducebat. Porrò hic, vt ſe Epiſcopali Sacerdotio donatum accepit, adeò ſibi quodammodò redditus eſt, & ad meliorem frugem reſipuit tanti miniſterij culmen contemplatus, vt à præteritis huius ſæculi illecebris, tritaque olim voluptatum viâ fortiter abhorrens, priſtinos adeò mores exuit, vt alter propè homo videretur. Hinc collige, quod ſi Diuinæ Gratiæ noſtram pariter operam dare voluerimus, Gigantæis propè greſſibus virtutum omnium ſtadium feliciter perficiemus. lib. p. Apiû cap. 2.

Vitam ſuo ſtatui parem traducendam Epiſcopo eſſe. Cap. III.

Cvicumque, qui vulgaris animi conditionem ſui pectoris nobilitate præcellens, ad excelſa attingenda vi quadam ſpiritus ingenti erigitur, contendendum eſt, vt in eam, cui ſe deuouit, diſciplinam, totus aſſurgat; abiecti demiſſique animi eſt, vt quis in eius mediocritate acquieſcat. Qui ſe Palladijs artibus conſecrarunt, ſuique ingenij vires in libris elucubrandis intendunt, ſudore magis quàm atramento paginas inſcribentes, primas in litterariâ paleſtrâ ſedes occupare contendunt. Qui verò ſe in bellicâ ſpartâ excolendâ tradiderunt, gladiorum vulnenera, ſcloporum ictus aliaque ſexcenta mortis ſimul & Martis inſtrumenta perpetiuntur, vt impoſitum ſibi Ducis officium pro dignitate ſuſtineant. Quapropter qui huius Epiſcopalis militiæ Sacramento ſe obſtrinxit, quam maximè decet, vt tanti Magiſtratus honore venerandis operibus ſe dignum exhibeat, ne notam ſibi illam inurat, quam Caſſianus in ipſiſmet mæchanicis diſciplinis, ne dum in tam excelſo Sacerdotio fœdiſſimam æſtimauit, *Miſerum eſt cuiuslibet artis & ſtudij diſciplinam quampiam profiteri, & ad perfectionem eius minimè peruenire.* collat. 10. cap 5.

Vt in hac militiæ ſuſcepta metaphora ſiſtamus, egregium illud eſt, quod ad nos admonendos Diuus Hyeronimus affert, vt explicet, coronam nobis imponendam, non ab Antiſtitis nomine, ſed à præclaris operibus tanto muneri conſonantibus: ſicut autem, ſi gregarius miles illuſtriora ſuæ fortitudinis exempla quàm Dux ipſe dederit, clariora ſuſcipiet à Rege ornamenta victoriæ, ſic prorſus, ſi minores myſtæ in hac ſacrâ militiâ nos virtute præſtiterint, illuſtriori diademate coronandi frontes ſuas attollent; ſed accipe Hyeronimi verba, *Ceruis quod Epiſcopus Presbyter & Diaconus non ideò ſunt beati, quia Epiſcopi, &c. Sed ſi virtutes habuerint nominum ſuorum & officiorum; neque enim Stephanus Diaconus minor futurus eſt in regno Cælorum multis Epiſcopis; & ſicut in legionibus & in exercitu ſunt Duces, Tribuni, Centuriones, ſed commiſſâ pugnâ vacant nomina dignitatum, & ſola fortitudo quæritur, ita in hoc campo & prælio, quò contra Dæmones dimicamus, non quæruntur nomina, ſed opera, & glorioſior ille ſub vero Imperante Chriſto, eſt, non qui nobilior, ſed qui fortior.* l. p aduerſ Iouin.

Quid aliud hæc orbis vniuerſitas eſt, quam ſcœna quædam, vbi ſpecioſi quidem, ſed inanes vanique proſpectus noſtris oculis blandiuntur. *Præterit figura* p. Cho

huius

Digitized by Google

ep. 37. *huius Mundi*, ait Apoſtolus; Chryſoſtomus, Theodoretus, Ecumenius legunt *Præ-*
terit ſcæna huius Mundi: humanæ vitæ hic partes aguntur: *humana vita mimus* hìc A
agitur, ait Seneca: qui ergo ſibi partem à Chorago adſcriptam abſolutâ quadam
perfectione compleueri, commendandus maximè erit; cum econtrâ ſuſpiciendus
riſu ſit, qui ſuâ neglectâ, illam recitandam ſuſciperet, quæ ſibi diſſonaret. Quàm
in Aug. c. 97. egregiè ſignificauit hoc Auguſtus, qui iam, Suetonio narrante, proximè moriturus,
primarios Vrbis Senatores ſibi adſtantes alloquens eos interrogauit, an in huius
vitæ ſcænâ, ſuas ipſe partes ritè expleuerit. *Amicos admiſſos percontatur, eo quid his*
videretur, mimum vitæ commodum tranſegiſſe.

E maximis, quibus homines laborant vitijs illud eſt, quòd aliqui è rebus ſibi
omninò diſſentaneis decus & famam ſibi amplificare moliantur, nec recogitent,
quæcumque alia ornamenta, ſi proprio ſtatui non accommodentur, licet illuſtria,
& præclariſſima fuerint, obſcura illis potius eſſe & maculoſa. Quid eſt, vt incly-
tum auorum ſtemma mihi oſtentet in atrio, ſi ab illis opere ſimul & animo dege-
neret; ex auorum ſplendore obſcurior turpiori nocte nigreſcet. Diuitias præferat B
indoctus; eandem illi ſpeciem afferent, quam iumento gemmatæ bacchatæque pha-
leræ? omnia ſimul tùm naturæ tùm fortunę bona in Epiſcopo confluant, ſi probita-
te ſuo nomini debitâ ſpolietur, non decus at dedecus illi afferent, non famam pa-
rient at infamiam: nonnulla de hoc exempla admirando ſtylo nobis exhibet Sene-
ep. 76. ca. Cleopatræ nauim vides! argenteis hęc remis pollet, aureis aulęis induitur,
ebore, ebeno, auro ipſo texellatum opus apparet: ſi tamen in ea componendâ ru-
des adeò Magiſtri fuerint, vt rimis vndique fatiſcens vndas excipiat, an non cùm
tota illâ diuitiarum ſuperbiâ naufragio peribit? gemmatum baltheum Miles ha-
beat auroque radiantem vaginam, ſi peracutus non fuerit enſis, eaque ferri ſpecie
ſolidatus, quæ Damaſci reperitur, inutilis imo pernicioſus erit Duci tractanti? au-
rea ſit Architecti menſura, ſed obliqua; probus ne cùm illâ dimenſor exiſtet? nun-
quam igitur ea laudam officia is conſequetur, qui multo quidem ſplendidus or-
namento, ea tamen morum ſtudia negligit, quæ ſuæ vitæ conditione exiguntur. iam
epiſt. 76. ipſum audi Philoſophum: *Quæ conditio rerum, eadem & hominum eſt: nauis bona*
dicitur, non quæ pretioſis coloribus picta eſt, nec cui argenteum aut aureum roſtrum eſt, C
nec cuius tutela ebore calata eſt, nec quæ finis ac regijs opibus preſſa eſt, ſed ſtabilis &
firma, ac iuncturis aquam excludentibus ſpiſſi, ad ferendum maris incurſum, ſolida,
gubernaculo parens, velox & conſentiens vento. Gladium bonum dices, non cui de-
auratus eſt baltheus, nec cui vagina gemmis diſtinguitur, ſed vi & ad ſecundum ſub-
tilis acies & mucro munimentum omne rapturus, &c. Ergo in homine quoque nihil ad
rem pertinet, quantum fæneret, & quam multis ſalutetur, quam pretioſo incumbat lecto,
quam pellucido poculo bibat, ſed quàm bonus ſit.

Hic etiam, ni fallor, collimat Platonis mens, tunc quando terrarum hunc or-
bem armonico concentui comparauit, vt enim hic ad aurium oblectamentum per-
ſonet, vnicuique fidei ſua lex danda eſt, vnicuique ſua vox temperanda: certos
quiſque numeros ad Moderatoris arbitrium ſeruare debet, vno dixerim verbo,
quiſque ſuæ vitæ partes componere ita debet, vt diſcorde nihil, nihil diſſonum
audiatur. *Abſurdum enim eſt, concentui vniuerſo vel diſſonare numero, & his ſin-*
lib. 7. de legib. *gulis non idonea reddere.* Chriſtus idem Cœleſtis Magiſter, licet Deus eſſet, quià D
tamen vna eademque Hypoſtaſi Verbum Diuinum humanæ naturę coniunxerat,
hominis perſonam quam induerat, ſupplicijs, ieiunijs, ijſque omnibus perferendis
quibus homines ſubijciuntur (peccatum ab his excipe cuius omninò incapax erat)
obnoxiam fecit: ſua quidem voluntate, tanquam ſuarum actionum lege vti pote-
rat, ſed humanę imbecillitati poteſtatem ſuam attemperans, ea precibus à ſuo Ge-
nitore impetrare ſtudebat, quę ipſimet vt Deo facillima factu erant. *Erat ergo*
lib. 5. comment. in Luc. *Dominus, non vt pro ſe obſecret, ſed vt pro me impetret; nam etſi omnia poſuerit*
Pater in poteſtate filij, filium tamen vt formam hominis impleret, obſecrandum Patrem
putas eſſe pro nobis; ſic de eo Ambroſius. Increatâ quidem præſtabat ille ſapientiâ
vt Deus, infuſa vt Vates, & beatificâ vt comprehenſor, ſed vt naturæ, quam ſuſ-
ceperat, legibus obediret, ſcientiâ, quam experientiâ didicerat, proſpicere ſibi vo-
luit, vt nos ſuo exemplo erudiret, ſtatui quem ſuſcepimus, mores eſſe noſtros con-
forman-

Digitized by Google

A ſormandos. Quàm igitur accommodatè ad nos conuerſus Magnus Gregorius nos adhortatur, vt animo ad cæleſtia erecto nugas haſce ſæculares negligentes, noſtræ dignitatis ſanctitati reſpondeamus. *Timeamus vehementer fratres Cariſſimi & curemus, vt conueniat actioni noſtra ipſum miniſterium noſtrum: de noſtrà quotidiè relaxatione cogitemus; conſideremus ſine ceſſatione quid ſumus, nempè Sacerdotes; penſemus negotium noſtrum, penſemus pondus quod ſuſcepimus, faciamus quotidie nobiſcum rationes, quas cùm Iudice noſtro habebimus.* hom. 17. in Euang.

Optimè omnium hæc expendit ethnicus vir Caius Flaccus: flagitioſiſſimus hic erat cunctiſque criminum ſordibus inuolutus: Romæ offendiculum dixeris: humanis tamen rationibus & ſtudijs, (ſiquidem in more etiam tunc temporis erat, vt in dignitatibus impertiendis non muneri, ſed perſonæ conſulatur) ad Dialis flaminis, hoc eſt Iouis ſacerdotis culmen euectus fuerat: iam verò traditæ dignitatis ſanctitatem expendens, vt ei ſua etiam ſanctitas conſonaret, veterem viuendi licentiam tantà morum conuerſione compoſuit, vt omnium exemplo daretur inſpectandus,
B eòque magis recenti bonitate omnium ſibi laudes conciliaret, quò magis anteà publicis obiurgationibus vapulabat. Quid ad hæc facturi ſint ſupremi verique Iouis Sacerdotes & Orthodoxæ Religionis Magiſtri, nullus non videt.

Suprâ Templi pinnaculum collocamur, quia, vt Diuus ait Iſidorus Peluſiota, humanam inter diuinamque naturam intermedij ſumus, vt hanc obſequamur, illam perficiamus; ad hoc præſtandum conditi a Deo ſumus, ait Diuus Bernardus, vt Cælo noſtris laboribus voluptatem pariamus, & terris noſtrâ morum integritate ſimus exemplo. Demùm, vt cum Diuo Dyoniſio loquar, cùm cæterorum ordinum primatum nos ſortiamur, quacumque virtutum ſpecie Deo aſſimilemur oportet. lib. 3. ep. 1. ſerm. 30.

§. I.

C HAEC tamen, quæ diſcutienda verſamus, ad tria Capita Diuus Ambroſius reuocauit, hoc eſt. *Sobriam à turbis grauitatem, ſeueram vitam, ſingulare pondus, dignitas ſibi uindicat Sacerdotalis. Sobriam a turbis grauitatem*, requirit Epiſcopus, faſtu illo ſuperbiaque, qua Phariſæi intumeſcebant alienam: profanas conſuetudines, ludos, iocos, ſales aulicos, molles vrbanitates, & præſtita fœminis obſequia à ſe protſus excludit. *Seueram uitam.* hìc grauis & moderatus morum tenor ſignificatur, à quo longiſſimè abſint, luxus conuiuia, ſpectacula, venationes, arma: *ſingulare pondus* hoc eſt, riſus compoſitos effugiat, effrænes obtutus, inconditum inceſſum, liberam membrorum omnium licentiam; ad omnem igitur oris, manus, inceſſus grauitatem totum ſe componat Antiſtes, eodemque protſus modo ſe circumferat, quo ſibi æſtimationem & amorem aſpectantium ſibi conciliet, Deumque ipſum, cuius eſt adminiſter, repræſentet. ep: 6. ad Iren.

Egregiè pronunciabat Saluianus, quem meritò Epiſcoporum Magiſtrum Gen-
D nadius apellat, nihil deformius obijci noſtris oculis poſſe, quàm tanti Sacerdotij dignitatem vitioſis labibus maculari. *Nihil eſt turpius, quàm excellentem quemlibet eſſe culmine & deſpicabilem uilitate.* lib. ad Eccleſ.

Epiſcopum Thiara non facit, ſed ſanctitas quæ Thiara ſit digna, non dignitas at vita, non ſedes et infulæ, ſed honeſtas, & virtus alios inter Epiſcopos illum adſciſcunt; ſed accipe Hieronymum: *Non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi; Attendis Petrum? & Iudam conſidera; Stephanum ſuſpicias? ſed et Nicolaum reſpice. Non facit Eccleſiaſtica dignitas Chriſtianos.* c. non omnes 26. 2. 9. 7.

Toto quidem cælo aberrat, qui ex ornamentorum pompâ videri cupit Antiſtes; niſi nomini vita reſponderit, vocabitur Antiſtes, non erit: commentitius velut Epiſcopus in ſcœnâ ſpectabitur; quàm bene è veterum Magiſterio hæc Diuus Auguſtinus expreſſit. *Quidam Patrum eleganter expreſſit dicens: ſciat ſe non eſſe Epiſcopum, qui praeeſſe cupit non prodeſſe.* in q. 65. tom. 4.

Cùm de Eliâ conqueſtus Achab eſt, eò quod tanta cum populorum clade, aerem nubeſque ſuo præcepto obſtrinxerit, ne imbres exoptatiſſimos eriuarent, eum ſic

allo-

Digitized by Google

3.Reg.18. alloquens ait, *Tu ne es ille,qui conturbas Iſrael?* Ratio hic ſanè poſtulabat,vt Elias
eo quo decebat tantum Regem obſequio, ſe expurgaret, Regemque Dei Vicarium A
obſecutus, modeſtè ſuam cauſam ageret. Quid tamen? ſubitatus ad illa Vates
audacter Regi interroganti reſpondit, *Non ego turbaui Iſrael, ſed tu & domus Pa-
tris tui, qui dereliquiſti mandata Domini, & ſecutis eſtis Baal:* Diuini Vatis liber-
tatem propugnat hic Diuus Chryſoſtomus, aſſeritque excuſandum eum meritò
eſſe, eò quod obſequij debiti immemor aduerſus Regem inſurgeret, *Etenim tan-*
ho.ad pop. Antioch. *quam in ſcæna, & non in veritate ſibi Regem cernere uidebatur.* Scœnicus ille &
aduentitius Rex videbatur,eumque velut hiſtrionem Regali ornatu fulgentem allo-
quitur.

Qui ergo ab Epiſcopali integritate diſcedit, quantò iuſtiùs ſimulatus & ſcœ-
nicus Antiſtes dicendus eſt? quorſum Sacroſanctum Chriſti nomen oſtentare, ſi
profana ſit vita, quid lucem tanti honoris effundere, ſi tetris illa moribus obſcu-
retur? quid ridiculoſius fuerit, quàm nomen ſortiri cælitibus venerandum, formi-
dandum inferis,mores verò vulgares abiectoſque præferre? B

Ingenioſum quid è Tertulliano viro vbiq; magno hic proferã Chamaleontis no-
menti quis obſeruet,quid eò magis formidoloſum magis horrendumq; poſſit auri-
bus noſtris illabi? ſi alicui dixeris,proximus tibi Chamæleon eſt,cum hoc nomen è
Camelo & Leone componatur, quarum belluarum prima procera maximè eſt, al-
tera ferociſſima, immaniſſimum quid & maximè formidandum eam eſſe credide-
lb de pall. ris, *Chamaleontem qui audieris,haud ante gnarus, iam timebis aliquid cùm Leone:*
ſi verò eam inſpecturus propius acceſſeris, animalculum adeò paruulum, imbe-
cillem exuceum abiectumque videris, vt ad iocum tantùm & ludibrium, ingens
illud induere nomen videatur; vnica,quis credat,folij latitudo ſatis eſt, vt ea tota
tota quanta eſt beſtiola,operiatur. *At cùm offenderis apud uineam,fermè ſub pampino
totum, illicò ridebis audaciam & Gratiam nominis.* Hoc idem adamuſſim in eis re-
præſentatur Epiſcopis, quorum mores difformes ſunt à muneris dignitate,quorum
infulæ viuendi honeſtati non conſonant. ad eius nomen,quod Inferos ipſos excute-
ret, iocantur & ludunt Dœmones, & ad Sacerdotalia ornamenta quibus illuſtran-
tur, obiurgantur potiùs á populis, quàm honorentur. aptè illis conueniret, quod C
Herodes Atticus Reipublicæ Athenienſis vir Conſularis dixiſſe ei fertur, qui Phi-
Aul.Gell. li.2.nact.2. loſophico pallio tumidus, mores Philoſopho dignos non habebat. *Video barbam,
uideo pallium,Philoſophum autem non uideo: pallium enim & barba ſublonga Philoſo-
phum non efficiunt ſed uita & mores.* Vtinam hæc ego ſcribens obiurgari ab ali-
quo non poſſim,ita vt de me verè pronunciet, Thiaram video, lituum video, Pon-
tificium paludamentum, Cydarin gemmatam video, ſed Epiſcopum non video:
Apoc. 3. mores enim & opera Epiſcopum non exprimunt. *Nomen habes quod uiuas,& mor-
tuus es.*

Sedulà hæc cogitatione perpendens Diuus Ambroſius in perbreui opellâ, quam
de Epiſcoporum dignitate elucubrauit, Hyerarchicum gradum aſſeruit maximum
omnium eſſe,quos tellus habeat, imò diuinum quid redolere: ſi tamen excelſis
operibus non eam illuſtrauerimus, ſi armonica quadam dulcedine ſibi alternis
lj. de dign. ſacerd c.2. veluti modulis conſonauerint titulus & ſanctitas; *Nihil in hoc ſeculo excellentiùs* D
*Sacerdotibus, ſi quid ſumus profeſſione, actione potius quàm nomine demonſtremus, ut
nomen congruat rationi, actio reſpondeat nomini; ne ſit nomen inane; & crimen
immane, ne ſit honor ſublimis, & uita deformis, ne ſit deifica profeſſio, actio il-
licita.*

Hoc prorſus illud idem eſt,quo Eugenium Tertium Pontificem ſuum olim diſci-
pulum admonere non dubitauit D. Bernardus; quid monſtruoſius ipſe, ait, quàm
ſimul in Orthodoxâ Religione videre ſummam honoris maieſtatem,cum abiectiſſi-
mâ formâ viuendi; idem Antiſtes videtur ac Centaurus, quem ſimul componunt
l 3.de conſi.l c.7. honores adeò excelſi & belluini mores. *Monſtruoſa res: Gradus ſummus & animus
infimus,ſedes prima & uita ima.* Sic Magnus Abbas. Non adeò acerbum viſu eſſet,
ſi montis in vertice conſternata deletaque ciuitas videretur, vel è candelabro pro
lumine fumus euaporans, vel in ſupremâ ædium parte ſimia aſſideret. *Nunquid
poteſt abſcondi Ciuitatis ſupra montem poſita deſolatio,aut latere fumus lucerna extin-
cta*

Digitized by Google

cta ſuper Candelabrum, Simia in tecto, Rex fatuus in ſolio ſedens. Sanè Diuæ Bri- 13.reuel.
A gittæ pro quodam Epiſcopo enixè precanri ſpectandum ſe dedit Diuus Ioannes cap. 11.
Baptiſta, eique ſignificauit, ex incompoſitis motibus profanaque luxus licentiâ An-
tiſtitem illum ne quidem hominem eſſe, at Simiam ſuâ tantnm deformitate ridicu-
lam. Ad ea tamen verba, quibus Diuus Bernardus non pium Epiſcopum lumen
extinctum appellauit, ea menti occurrunt, quæ primo Regum libro Sacer Chry-
ſologus de Maximo Sacerdote Heli commemorat; hic enim cum per ſummam
ſocordiam in coercendâ filiorum licentiâ non vacaret, dicitur, quod *In die quadam*
Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucerna Dei,
antequam extingueretur. Grammaticis legibus hìc adhærens in ſolecismum ſe im-
pegiſſe pronunciaret, dicendum enim potiùs videtur, *quod Heli non poterat videre*
lucernam Dei, non verò lucerna: totus tamen error, ſi quis eſt, non In Grammaticâ, D.Greg. in
ſed in ipſius Heli vitâ verſatur: Sancti namq; Iſidorus & Gregorius docent nullum p.Re. 3.
ibi de Templi Candelabro haberi ſermonem, ſed ipſummet Heli vocari lucernam Iſid. in ep.
B Dei è ſuo miniſterio, quo populos caligantes illuſtrare tenebatur: Cum autem hoc ad Meſſan. de lapſ. Sacerd.
ipſe non exequeretur, optimè dicitur, non tantùm oculorum luce ſpoliatus, ſed ip-
ſemet veluti lucerna legis extincta & tàm illuſtri titulo per ludibrium ei impoſito Ruper. in 3. Reg. c. 11.
magis eius obſcuritas innoteſcit; do verba Gregorij: *Nam qui lucerna Dei appella-*
tione fungitur, & videre non poſſe perhibetur, deridetur potius tanto nomine quo
cenſetur. Epiſcopi igitur nomine eos ſalutare, qui profanitate morum à ſui ſtatus
pietate diſcedunt, ad deriſionem potius eorum eſt; lucernæ quidem ſed extinctæ
appellantur, quarum vi fit, vt ſubiectarum gentium oculi, non lumine virtutum re-
creentur, ſed fumo vitiorum inficiantur.

Quàpropter ſicuti cum Præſulum vita integerrima eſt, non populi tantùm & gen-
tes, at Principes & Cæſares ad eius venerationem certatim accurrunt, regalia ſce-
ptra eorum lituis ſubijcientes, vt Baronius expendit & Machabeorum hiſtoria
ſignificat, vbi habetur, *quod propter Onia Pontificis pietatem & animos odio haben-* ann 159: 2. Mach. 3.
C *tes mala, fiebat, vt & ipſi Reges & Principes locum ſummo honore dignum ducerent,*
& Templum maximis muneribus illuſtrarent; ſic ex oppoſito deſpicatiſſimi omni-
bus ſunt, cùm moribus immorigeris notam vitij nomini ſanctitatis inurunt: licet
enim, vt ſæpiùs docuimus, vel in indignis Præſulibus omnium veneratione exci-
pienda ſit maieſtas dignitatis, adhuc tamen eorum vitijs impelluntur populi, vt eos
deſpiciant & irrideant.

Meritò igitur Diui Clementis Pontificis ſeu totius Apoſtolici Conuentus ore
nobis inſonat, *Quo circà ſtude Epiſcope, vt mundus puruſque ſis, locum tuum, di-* Clem. in
gnitatemque tuam actionibus declara, vt potè qui Dei exemplar apud homines repræ- Conſtit. Apoſtol. l. 2.
ſentas. Si Dei ſumus imagines, quà nam ſolertiâ curandum nobis eſt, vt imago c. 11.
Ideæ reſpondeat! Chriſti perſonam gerimus, quid ní ergo Chriſtum noſtris mori-
bus exprimamus? *Agnoſce igitur Epiſcope dignitatem tuam. Noſce te ipſum, & ſic te*
in vita gere, vt tuo loco dignum eſt, quippe qui ſcias maiorem à te repoſcendam eſſe
rationem; cui enim plus commendauerunt, plus ab eo exigent.

D Rectè igitur Diuus Petrus Damiani Auximanum Hyerarcham ſuo ſtylo caſti-
gans, eò quod à rectâ ſuæ dignitatis viâ deſciſceret, inſinnare eius animo conten- ep. 4. & 5. l. 4.
dit, quàm fluxa incèrtaque vita eius eſſet, quàm certa nulliſque artibus euitabi- 2. Petr.
lis eius mors, quàm ſeuera aſperaque ratio, quam formidandus Diuinus Iudex ab
eo repoſceret, *Qua propter* (nobis potius quàm alijs hæc inſinuaſſe verba videtur
Apoſtolus) *magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electio-*
nem faciatis: validiſſimę voces illæ ſunt *magis ſatagite*; illud enim indicant, vt totis
animi viribus id opere compleamus, quod nomine tituloque geſtamus, & noſtra
electio non ſacto tantùm titulo, ſed ſanctiſſimis rebus comprobetur.

Epiſcopum quibuſcumque ſuis commodis poſthabitis ſoli populorum vtilitati proſpecturum. Cap. IV. A

SPartanorum fortiſſimus Dux Pelopidas, qui ad hoſtes tantùm exarmandos ſe obarmauit, & victrici ſemper manu bellica vexilla explicauit, in Thebanos infenſiſſimos patriæ hoſtes profecturus, ſuâ domo diſcedens coniugem amantiſſimis eum fletibus proſequentem, enixè precantem audijt, vt ſollicitè ſibi caueret, illiſque à vitæ periculis ſe prudens abduceret, quibus bellicus vndique furor obſidetur: intrepidè ad hæc vir clariſſimus reſpondiſſe fertur, *Priuati o mulier de hoc monendi ſunt, Magiſtratum verò gerens, vt ſuos ſubditos incolumes præſtet.* Suæ magis quàm alienæ vitæ conſulere inertium eſt; Ducum eſt, ſalute ſuâ neglectâ alijs tantùm proſpicere; fortitèr agat, qui bellica munera vt præmia virtutis exercet. B

Plutar. in Pelopid.

Egregiè his docetur Epiſcopus, qui à ſupremo exercituum Duce in Legiones inferorum Ducis nomen & munus accepit: totum ſe ad ſacram hanc expeditionem Epiſcopus porrigat, vires ſuas omnes ſui ipſius oblitus ad populos ſeruandos explicet, & ſi opus fuerit, totum ſe pro ſuorum vtilitate populorum impendat.

Si in ſuâ ſanctitate amplificandâ profecerit Antiſtes, omnium vtilitati erit, vt omnium detrimento eſt, ſi tantùm in ſæcularium rerum profecerit incremento: facilè in alios effunditur bonitas, & quò ditior aliquis eâ eſt, eò etiam in ea alijs impertiendâ extat vtilior: priuata res tenax ſui eſt, rapitque alijs quod ſuum effecit: vel igitur commune bonum vel ſingulare negligatur oportet: ſimul hæc ſibi duo aſſociari non poſſunt, ne alterum extinguatur ab alio. Sicur autem qui ſummam abſolutamque virtutem aſſequitur, omnium vtilitati inſeruit, eo planè modo quo dux quò fortior eſt, eò pariter eſt Reipublicæ vtilior, ſic qui terrenis inquirendis rebus rotum ſe committit, vniuerſale bonum impedit, cùm longè diuerſi generis ſint: ad ſuum vſum trahi vnda non poteſt, quin publico commodo rapiatur: Sacri Magiſtratus ad hæc terrena acquirenda non dantur, nec enim ad ſui vel ſuæ domus incrementa, ſed ad populorum ſalutem vtilitatemque deferuntur: Quàm abiectus, quàm demiſſus animo eſſet, qui ſui tantùm ſuæq; familię ſtudioſus tàm arduum & graue pondus exantlandum ſuſciperet: non fidei tantùm ſed ipſius naturæ ordinem ipſe vitiaret, vt enim benè Nazianzenus: *Hic ſpiritualis imperij finis eſt, vbique priuata vtilitate neglecta commodis alterum conſulere.* C

Apolog. p.

Hoc porrò Diuinus Spiritus indicare illius Apologi narratione viſus eſt: ficus, olea, vitis in reliqua germina imperium detrectaſſe ſcribitur, eo quod ſuâ nollent fructuum dulcedine ſpoliari. quid enim aliud hic docetur, quàm factis à Magiſtratibus amouendos eos eſſe, qui ſuis commodis propenſi populorum vtilitati non vacant. impensè, vt moris eſt, Eugenium Pontificem & in eo reliquos omnes Antiſtites de hoc inſtruit Diuus Bernardus cuius do verba, *Nunquid vt de ſubditis creſcas? nequaquam; ſed vt ipſi de te. Parui abiectique animi eſt, de ſubditis non profectum quærere ſubditorum, ſed quæſtum proprium, in ſummo præſertim omnium nihil turpius.* D

Iudic. 7. 8.

De conſid. lib. 1.

Aequitati & rationi aduerſatur quidquid à recto fine diſcedit; irridendus meritò ſagittarius ille videtur, qui procul à ſcopo ſpicula ſua iaculatur: priuatum virum ſuæ domus incrementa non dedecent, dũmodó debitam in ijs congerendis ſeruet æquitatem: Ex quo ſe Deo vouit Antiſtes, ſuus amplius dici non poteſt; omnium homo eſt, & omnium vtilitati natus & deſtinatus. Publicum ipſe bonum, ſuum veluti finem, ſuum veluti ſcopum ſuis ſemper oculis debet præhabere, operibus cogitationibus collimare ad ipſum debet; ſi quis in regimine publico priuatum augmentũ intenderit, non diuinis tantùm legibus at humanis aduerſatur. *Non debu iſſe cum Prætor eſſet, ſuprà negotium agere.* expoſtulatus ita fuit Lucius Flaccus Tullij ciens. profanus vir Flaccus erat ſuperſtitioibus addictus, domus ſplendori, filiorum famæ amplifi-

candæ

Digitized by Google

A candæ ſtudebat, demùm ciuilem tantùm & humanam geſſerat Præfecturam: hæc omnia nihilominus haud prohibuere, quin grauiter in eum iudices aſſurgerent, & maximè omnium ad eius cauſam agendam tota Reſpublica conueniret, eò quòd ſui muneris vi publicus homo priuatis ſuis rebus ſtuduiſſe viſus fuerit. An ergo ad cæli tribunal non fuerint illi aduocandi ab Inferni accuſatoribus, qui Flacco ſimiles ſuis tantùm rebus in publico munere vacauerunt? quàm acerbè de hoc expoſtulandus Epiſcopus eſt, Chriſti diſcipulus, Apoſtolorum ſucceſſor, præco Religionis, populorum Paſtor & parens? à reliquâ mortalium turbâ ſingulari Dei beneuolentiâ ſegregatus & ijs cuſtodiendis adſcriptus, quos ſui pretio ſanguinis Chriſtus ſibi ſeruauit; annon opus hoc eſt, quod cuncta alia ſupergrediens omnes adeò humani ingenij vires abſumit, vt ne leui quidem cogitatione priuatas res Epiſcopus attingere debeat? Ad tres Epiſcopos hac de re ſcribens Diuus Bernardus genuinè profitetur, tantam de hoc crimine Chriſtum Dominum indignationem in eos effuſurum, vt dignitatem ſimul & vitam vltrici ſit eis dexterâ ablaturus. *Ad hoc vos* ep. 119.

B *Deus in ſublimitate poſuit, vt tantò maiori Eccleſia ſua vtilitate viuatis, quantò in eâ eminentiori authoritate praeſtis: alioquin deponit ille pater familias potentes de ſede, qui pro acceptâ poteſtate inuenti fuerint ſuis vtilitatibus deficiſſe.* Diuinæ gloriæ, Religionis maieſtati, publicæ vtilitati lucra noſtra deſeruiunt, cum commoda noſtra deſerimus: vnicum noſtrum opus hoc eſt; ad hoc veluti ad centrum votorum omnium lineæ noſtræ conſpirant; maiori tunc lumine Thyaræ noſtræ ſcintillant, cum populorum vtilitati ſeruimus, cum priuatas res noſtras publico bono poſthabemus. *Hac de cauſa Principes Eccleſiæ fiunt, vt ſeruiant minoribus ſuis, & miniſtrent eis quæcumque acceperunt à Chriſto, vt ſuas vtilitates negligant & illorum procurent. Quin etiam ſi opus fuerit, neque mori recuſent pro ſalute inferiorum ſuorum, ſicut Apoſtolus dixit, Ego autem impendar & ſuper impendar pro animabus veſtris.* Imperf. in Matt. hom. 2. Cor. 12.

Sedulò ea conſideranda hic ſunt, quibus Chriſtus Dominus, cùm ſui pecoris regimini Petrum præfecit, eum interrogauit: præcipiens enim Ipſi vt agnos paſceret, bis eum de amore poſtulauit, *Petre amas me plus his? paſce agnos meos: Petre amas me, paſce agnos meos*; Cum verò ad ouium ei curam imponendam deuenit, ſemel tantùm de eodem amore eum interrogauit, *Petre amas me? paſce oues meas*: an non maiori amore excipiendæ præ agnis oues erant, cum illi nullius vtilitatis propè homini ſint, & ex aduerſo oues, lanam lac agnorumque prolem vberi fœtu reddentes quæſtuoſiſſimæ ſint: in hoc ipſo rationem optatam attingis; cum enim vel nullius vel exiguæ admodum vtilitatis agni ſint, ne Paſtor eos deſerat, ſingulari notâ & nomine illos iteratò exprimens Petri amori commendat, *Et vt tenuia redditus primordia, non cogeret poteſtate, ſed pietate portaret, repetit, Petre amas me? paſce agnos meos*: ſic Chryſologus, rectè ſignificans hac in re non vtilitati proſpiciendum, ſed charitati. dum ergò Præſules animaduertunt in Chriſti amore potiſſimum Agnos eſſe, è quorum cuſtodiâ vtilitatem nullam licet aſſumere, intelligant oportet, non eos ad ſua lucra congerenda, ſed ad alienam ſalutem comparandam aduocari; ſed Epiſcopos admonentem audi Magnum Epiſcopum Auguſtinum. *Cauendum eis, qui paſcunt oues Chriſti, ne ſua quærant, ſed quæ Ieſu Chriſti, & in vſus cupiditatum ſuarum conferant, pro quibus fuſus eſt ſanguis Chriſti.* Ioa. 21. 15. ſerm 6. tract. 123. in Ioan.

C

D

Non rarò diutinâ conſideratione perpendi diſcrimen illud, quo è Chriſti magiſterio Paſtor & mercenarius dixtincti fuerunt, illud omnino ipſum eſſe, quo verus Rex à Tyranno ſecernitur: hic enim quæ ſua ſunt, tantùm exquirit, cum ille publicæ tantum fœlicitati ſtudeat; ſuis hic lucris omnia metitur, cum ille pro aliena tantum quiete laboret; ſibi tantum iſte inſeruit, Idolum de ſe ipſo ſibi componens, ad regni hoc eſt ad fidei decus & gloriam amplificandam totus ille deſudat. Ad hoc, vt Xenophonte teſte Socrates docuit, Reges eliguntur. *Nam rex eligitur, non vt ſeſe molliter curet, ſed vt per ipſum ij qui elegerunt, benè beatèque agant.* Quingentos vltrà annos Spartanorum Reſpublica ſtetit; illud enim Lychurgi ritè ſanctèque ſeruabat, vt ſcilicet, *Toti patriæ eſſent, propèmodum ſui ipſorum obliti.* Nec alijs artibus totam terrarum vniuerſitatem Romani occuparunt, li 3. de vit. Socr. Plutar. in Lycurg. l. 4. c. 4.

Digitized by Google

nam teſte Valetio Maximo priuatas res negligentes, patriæ tantùm gloriam in-
tendebant. Quieuit altè ſoporata in Capitolio Romana fęlicitas, quoadusque duas A
ijb. p. offic. Platonis leges à Tullio relaras animo operàque retinuit, *Qui Republica praſunt,*
Platonis pracepta teneant; Vtilitatem Ciuium ſic tueantur, vi quidquid agant, in
eam referant obliti commodorum ſuorum. Cum tamen inuerſo rerum ordine publi-
cæ gloriæ priuata ſe pręfecit vtilitas, cum Reipublicæ famâ neglectâ, ſuæ tantùm
incremento domus Conſules & Patritij vacabant, ingens ille coloſſus corruit, &
maximus regnorum omnium Gigas elanguit, & veluti veneno confectus emarcuit:
quod enim virulentius & validius vnquam venenum Principatui dari poteſt, quam
Tacit. l. p. hiſtor. priuata ſui vtilitas? *Peſſimum veri affectus venenum, ſua cuique vtilitas.*
Eodem planè modo Religionis Orthodoxæ ſtatus ſe habebit: quoadusque enim
populorum Hyerarchæ non ſua quæſierint, non ſuo nomini & gloriæ amplificandæ
ſtuduerint, ſed fidi amantesque Paſtores ad gregis commodum ſtudia ſua impen-
derint, eiuſque ſalutem suorum laborum pretio coemerint, nouis ſemper irradia-
ta ſplendoribus eluceſcet Religio: at ſi (quod auertat Deus) priuatis rebus publi- B
cæ poſtponantur, quæ monſtra, quæ portenta è tàm fœdo fonte pullulauerint? vt
enim ad Senonenſem Præſulem ſcribit Diuus Bernardus, *Nec valet proximi quære-*
epiſt. 42. *re lucra, qui propria non contempſerit.*

§. I.

DVAE ſunt in homine formæ, quibus ipſe in ordine morali componitur; Cæ-
lum altera ex his spectat, quæ ratio dicitur, terris altera inhæret, quæ ap-
petitus ſenſitiuus appellatur; illa nos cæleſtibus ſpiritibus immiſcet, hæc nos bel-
luis ipſis reddit adſimiles. *Forma autem ſuis actibus innoteſcunt.* Facilè igitur pate-
bit, an Epiſcopus ſuæ Diœceseos Angelus ſit, vt in Apocalypſi vocatur, cæleſti-
bus tantùm operibus vacans, an verò mercenarius terrenis rebus & corporeis tan-
tùm illecebris irretitus; egregiè patebit, an ipſe benefici ſyderis inſtar effulgeat, C
non ſibi ſed humanæ ſaluti, non ſuo nomini, ſed Diuinæ gloriæ totum iubar effun-
dens: his enim coloribus verum Antiſtitem Diuus Bernardus exprimit, *In omni-*
epiſt. 42. *bus actibus ſuis, vel dictis nil ſuum quærat Epiſcopus, ſed tantùm aut Dei honorem,*
aut ſalutem proximorum, aut vtrumque.
Sapientiſſimè Cyrenenſis Præſul affirmabat, Principem, qui de populorum ſa-
lute benemereri totâ ſolertiâ vigilantiâque contendit, Paſtorem verum eſſe, opti-
mumque Regem dicendum. *Hic in genere quidem ouium Paſtor eſt, in hominum verò*
Synesius li. de regno. *genere Rex eſt.* Si verò populi fœlicitatem oblitus, ſibi tantùm ſuoque commodo
ſtuduerit, *Et vt vno verbo dicam, qui gregem non ſaginare, ſed à grege ſaginari vult,*
eum inter pecora coquum appello, eum tyrannum eſſe cenſeo, ſi quod ſubditum eſt, po-
pulus ſit ratione præditus. Accommodatiſſimè hæc de Epiſcopis vſurpanda viden-
tur: ingenti mihi ſemper admirationi fuit, & humanæ caducitatis vices exprimere
mihi apprimè videtur, quòd vel inter primordia Chriſtianæ Reipublicæ, cùm re-
centèr effuso Chriſti Domini ſanguine lapidea ipsa pectora incaleſcerent, cùm D
Apoſtolorum ore, veluti Diuini Spiritus tubâ validiſſimæ voluntatis humanæ ar-
ces veluti arietis impetu ſternerentur, adhuc tamen plures è ſacris viris deſidera-
rentur, qui priuatas res obliti ſibi ſuiſque tantum rebus proſpicerent. Quà pro-
pter cùm ad Philippenſem Eccleſiam cognoſcendam viros aliquos mittere ſtatuiſ-
ſet Apoſtolus, vt tepeſcentes Chriſti fidelium mentes, & à ſacri religione officij de-
clinantes virtutum ſtudijs excitarent, & ad priſtinæ diſciplinam legis erigerent,
omnibus perquàm diligentiſſimè inquiſitis, vnus fuit, quem ſingulariter à ſe dele-
ctum ad eius Magiſtratus exercitium pro dignitate præficeret, nempe Timotheum.
Quà propter non ſine lacrymis hæc ad eos ſcribens pronunciauit, *Spero autem in*
Domino Ieſu Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo ſim, cognitis
Philipp. 2. *quæ circà vos ſunt. Neminem enim habeo tàm vnanimem, qui ſincera affectione pro*
vobis ſollicitus ſit; omnes enim quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Sic
Paulus.

Videa

Digitized by Google

A Vides hîc meritò ingemiſcere Apoſtolum, cùm ſibi ſolùm vacantes, non Chriſti vineam colerent at ſuam. *Sunt quidam Eccleſiæ Præpoſiti non Chriſtum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda ſectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes.* Quid aliud porrò hoc eſt, quam margaritis vitra, paleas auro, terræ ſordes cœli adamantibus præhabere? Quînam fieri poteſt, vt abijcere ad huiuſmodi quiſquilias ſe poſſit Epiſcopi mens, quæ ad tàm excelſa, tàm pretioſa, tàm Diuina vocatur, hoc eſt ad Dei gloriam, ad gentium beatitatem? Sacros Præſules alloquens de his conqueritur Diuus Gregorius. *Nulla animarum lucra quærimus, ad noſtra quotidiè ſtudia vacamus, terrena concupiſcimus, humanam gloriam intentâ mente captamus.* tract.16. in Ioan. hom. 17. in Luc.

Hine factum, vt idem Magnus Pontifex ad Ioannem Epiſcopum ſcribens, enixè eum hortetur, vt ſuo gregi cuſtodiendo totus euigilet, nec priuatæ vtilitatis amore teneatur, ſed animarum tantùm ſaluti deſudet, quam etiam ad rem Chalcedonenſis Concilij Patres optimè ſtatuerunt, vt Epiſcopi totâ animi contentione po- l.2. ep.25. Can. 26.
B pulorum ſaluti vacaturi, terrenas res alijs adminiſtrandas omittant, *ne Prælati ijs adminiſtrandis occupentur.*

Cùm in Montis Thabor vertice gloriam, quâ Chriſti Domini veſtes & vultus coruſcabat, Petrus deperiret, & ille præ amore repeteret, *Bonum eſt nos hic eſſe* arguendus maximè fuit; nec enim qui populis gubernandis præficitur, ſiſtere in ſuâ quiete debet, illiſque prætermiſſis, tantùm ſibi vacare. Quod ſi Orator, qui Traiani nomen tam ſublimi ſtylo, vel palpauit, vel commendauit, illud de eo tanquam digniſſimum celebrabat, quòd ſcilicet numquam ille ſuis ſe Caſtris redderet, quin priùs ſuorum militum caſtra reuiſiſſet, nec vnquam quieti ſoporique ſe dabat, quin reliquos omnes altè quieſcentes inſpiceret, quantò æquius à ſacris Principibus exigendum, vt animarum ſaluti euigilantes, earum bono ſua ipſa bona poſthabeant. Marc. 9.6. Plin. in Paneg.

Colores omnes oculus videt & diſtinguit, nullo tamen ipſe colore depingitur,
C ſonitus omnes auris excipit à quocumque ſonitu aliena; quin ſi colore aliquo oculus pingeretur, vel ſi ſuomet ſonitu auris inſtreperet, nec colores ab oculo, nec ſonitus ab aure attingerentur: hac planè ratione ad animarum lucra expeditus eſſe debet Antiſtes, quin tamen nulla alia ſibi lucra perquirat, & vt ſuæ dignitatis decus venuſtatemque conſeruet, videre omnia, omnia debet audire, quæ populorum fœlicitati non ſuæ vtilitati conducunt. Affabrè hæc omnia ſignificabat ea ſacri Epithalamij ſponſa illis verbis, *Poſuerunt me Cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui.* Vt mihi Diuina voluntate commiſſam vineam excolerem, corporis mei, mearumque rerum vineam excolendam neglexi; vtramque ſimul excolere non valens, iſtam illi poſthabui aliena præferens meis; nec enim vineæ Dominus ipſe ſum, ſed Colonus. Ita ſanè ait Bernardus. *Idoneus planè & dignus qui ponatur cuſtos in vineis, quem propria cura vineà à commiſſarum diligentiâ ſolicitudine non impedit, aut retardat.* Cant 1. ſerm.29. in Cant.

Hoc idem, Theodoreto explicante, celeberrimus ductor Ioſue nobis indicauit;
D hic enim cùm in optatas & promiſſas regiones Iudæam gentem introduxiſſet, ſuaſque ſingulis tribubus prouincias adſcripſiſſet, nullam ſibi omninò ſeruauit, ſed tantùm Vrbem Thanaaſachar muneris loco à populo excepit. Diſce hinc quàm a ſuis inquirendis commodis abſtinere debeant, qui aliorum regimini proponuntur. q° 17. in Ioſue.

Sed à Ioſue ad Ieſum accedamus, qui validiori lumine hoc idem nobis illuſtrat; cùm enim ipſe ad Samaritanos ab animi prauitate reuocandos totâ mentis induſtriâ incumberet, ſuis à diſcipulis exoratus, vt elanguescentis corporis vires exhibitis dapibus recrearet, expeditè reſpondit, vnicum ſibi eſſe cibum, quo recrearetur, animarum nempe ſalutem & lucra populorum, *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei qui miſit me, vt perficiam opus eius.* Breuiſſimè his verbis tota Antiſtitis vita deſcribitur; in hoc Sacerdotij noſtri labor verſetur oportet, vt nos noſtraque omnia obliti munus nobis impoſitum ſanctè ritèque perficiamus. Io.4. 34.

A Diuo Cyrillo hæc habes; *Cùm Dominus ſuauiſſimum ſibi cibum dicit eſſe, voluntatem Patris facere, & opus eius perficere, quod eſt hominum ſalus* in 4. Io.34

Digitized by Google

lus, Apoſtolici miniſterÿ conditionem deſcribit, & quia orbis futuri erant Magiſtri,
exemplo ſuo illos docet, multò maiorem ſalutis aliorum, quàm ſui curam eſſe gerendam. A
Hæc via eſt, quam Apoſtoli, innumerique eorum ſucceſſores Antiſtites perenni la-
bore detriuerunt. ab illis ego recenſendis abſtineo, cum eos ſuperabundè tibi ſacra-
rum litterarum monumenta ſuppeditent: à ſanctiſſimis tamen Mediolanenſis Anti-
ſtitis Ambroſij laudibus ſtylum temperare non poſſum: hic enim, cum ex obitu fra-
tris ſui Satyri ſæuiſſimis tempeſtatibus, quibus agebatur Reſpublica tranquillatis,
omnia pacatiſſimè verſarentur, non tantùm de germani ſibi perchari morte non
orat. de exceſſ. Sat. doluit, ſed veluti de collaro beneficio gratias ingentes Deo rependit. *Nil habeo,*
do eius verba, *quod querar, ſed habeo in quo gratias Deo agam: optaui, vt ſi quæ per-*
turbationes vel Eccleſiam vel me manerent, in me potius ac in meam reciderent do-
mum. lacturæ inde ſuæ magnitudinem exprimens ſubdit, *Nihil quidem habui in re-*
bus humanis tanto fratre pretioſius, nihil amabilius, nihil charius, ſed præſtant pri-
uatis publica. O Chriſtianæ Religionis Heroem! O inuictum Dei Pugilem! Vti-
nam tuo ſacri ardoris incendio, te deprecante, ſcintilla in meum pectus illabatur, B
vt extrema ſaltem huius vitæ periodo ſacram hanc ſedem, cui præficior, dignè me-
ritòque poſſideam.

Quàm neceſſariò Prudentia in Epiſcopo requiratur. Cap. V.

TANTI prudentiæ virtutem celebre Lycæum habuit, vt quò magis virtutes
cœteras communes omnibus fecit, eò magis hanc potiſſimùm illis adſcri-
pſerit, quos ſuo regimini populi præfecerunt, ac ſi cum Regibus tantùm & Principi-
Ariſ. 3 Pol. cap. 3. bus in palatijs & aulis, Regalis hæc virtus velit immorari. *Prudentia verò propria*
virtus eſt præſidentis; huius enim virtutis eſt leges & præcepta ad populorum regi-
men imperriri; qnod ad eos tantùm ſpectat à quibus populi gubernantur. *Nam cæ-*
tera virtutes communes tam eorum qui præſunt, quàm eorum qui ſubſunt; at pruden- C
2. 2. q. p. ar. 12. ad p. *tia non eſt virtus eius, qui ſubſit:* hoc tamen iuxtà Aquinatis mentem intelligendum
eſt *per ſe loquendo*, & quatenus homines ei ſubijciuntur: ſi namque vt ratione præ-
diti ſpectentur, iuxtà rationis legem ipſi etiam conſortes eſſe poſſunt imperij. Quin
aliàs Philoſophus idem docuit, qnod cum in animæ operationibus fęlicitas homi-
nis verſetur, *ſecundum virtutem perfectam*, cùm virtutis perfectio in cognitione &
p. Ethic. & qu. Eth. 9. prudentiâ conſiſtat, aptè colligitur, quod fœlix ille, ſpeculatiuè vt dicitur, dicen-
dus ſit, qui ad res philoſophicas ingenio indagandas valet, & politicè beatus il-
le vocandus, qni iuxtâ leges prudentiæ aſſumptam præfecturam exercet. Non
hæc tamen ad mentem Chriſtianæ Religionis ſimplicitèr accipienda ſunt, ſed ità vt
ea prudentia charitatem ſimul habeat, cuius eſt nos Deo connectere, ſolidamque
nobis fœlicitatem impertire.

Hinc autem colligi facilè poteſt, quàm commendabilis & pretioſa, quàm neceſ-
ſaria in Principibus & Præſulibus hæc virtus exiſtat audiatur: in re politicâ præſtan- D
l. Hipparc. tiſſimus Magiſter Xenophon, *Principem quidem decet maximè prudentia*.
Cic. l. 5. de finib. Viuendi normam Romanus Orator eam ſublimi elogio dixit, rerum omnium
Soph. in Antig. dominam, Męnander, humanæ fœlicitatis faſtigium Sophocles, cum ex aduerſo
orat. ad Cæſ. Cęſarem obteſtatus Saluſtius fuerit, quòd imprudentia, *pleraque & ſe præci-*
pitat.

Quis ergo temeritatis eum non expoſtulet, qui nullâ prudentiæ diſciplinâ inſti-
tutus Præfecturas & Magiſtratus ſuſcipiendos inuadit; idem enim propè hoc eſſet,
ac artem aliquam exercendam capeſſere, quin prius eius leges ac prima veluti ru-
dimenta poſſideas: annon ſpectantium cachinnis eſſet excipiendus, qui pulſare
cytharam in theatro vellet, omni planè eam tangendi, digitoſque vibrandi ſcien-
tiâ deſtitutus? vel qui venditare ſe ad panegyrim Oratorem dicendi facultatis pror-
ſus ignarus, vel qui tractare equos numquam aſſuetus, magnanimum equum ad
ſaltus & curſum excitaret? verùm multò iuſtiùs corripiendus ille eſſet, qui nullâ
pru-

Digitized by Google

A prudentiæ manu ductus populorum habenas tractandas manu ſuſciperet; audi iam Plutarchum hęc mihi omnia exhibentem. *Perinde ac ſi muſica ignarum canere fiſtula, aut recitare indoctum, aut equitare equi gubernandi ignarum vetaret, ità eum hortare, ne magiſtratum gerat, cum imprudens ſit.* l. de fort.

Integerrimus olim & piiſſimus Antiſtes olim mihi fuit in delicijs: verùm quia prudentiæ legibus non ſe pro ſuo munere conformabat, ſe ipſum, populum, Clerum tàm inquietus & acerbus vexauit, vt ſic nominis famâ omninò deperditâ omnibus in contemptu fuerit. illud Regij Vatis menti meæ tunc occurrit, *Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant*: imprudentiæ tenebris inuoluti procedunt, quid ergo hinc? audi; *Turbabuntur omnia fundamenta terræ*: vrbes, populi, ſuſdeque perturbantur: nec enim caligantis oculi eſt populos moderari, ſed oculatiſſimi. Chriſtianæ Religionis oculos Antiſtites eſſe, Zoſimus olim Pontifex, poſteaque Nazianzenus Magiſter pronunciauit; qui ergò ad tàm excelſum dignitatis culmen efferretur, ſed prudentiæ pupillâ deſtituatur, ſacra in ſede vt Poliphemus olim in antro aſſidebit, & turpiter ad ſingulos greſſus impinget. Quàm egregiè Diuus hæc Ignatius Loyola, omnium quotquot recenti hac ętate cęlo Eccleſia dederit prudentiſſimus, aptiſſimum ad regimen habendum eum tantùm pronunciabat, qui maiori prudentiâ quàm ſanctitate ornaretur: non rarò hinc fit, vt ineptus ad gentes moderandas ille cenſeatur, qui maiori quidem ſanctitate, ſed minori prudentiâ exornatur. pſal. 81. inter epiſt. D. Baſil. ep 3.

B

Certè hoc idem Aegyptia ſapientia arcanis ſuis emblematis indicabat; quid enim aliud oculus ſceptri faſtigio incubans ſignificat, quàm ſine prudentiæ oculo ſceptrum regiminis non eſſe tractandum, cùm Principis prudentia ſit oculus Reipublicæ; quapropter Sophocles docuit hoc animo præſtari a prudentiâ, quod corpori præſtatur ab oculo: Dion verò è ſeptem Greciæ ſapientibus vnus, eâ menſurâ cæteris virtutibus præcellere prudentiam aſſerebat, qua cęteris membris oculus antecellit; Annon igitur pretioſiſſima gemma prudentia eſt, qua Dominantium ſceptra ſint exornanda. Laert. in Dion. l. 4. cap. 7.

C Hinc Chriſtus Seruator in Epiſcopis tanquam in fortiſſimis Religionis ſuæ columnis molem conditurus, fidos eos ſimul ſtatuit & prudentes, ac ſi non eius ſatis amori faciat, qui fidelis quidem, ſed imprudens fuerit, *Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam?* quapropter virtutes, quibus ſtellarum inſtar illuſtrandus Antiſtes eſt, longâ ſerie Apoſtolus enumerans, inter alias veluti ſolem prudentiam collocauit, *Prudentem*. Quartum autem Concilium Carthaginenſe, cui præter alios ſanctitate doctrinâque illuſtres Antiſtites ipſemet illuſtriſſimus Auguſtinus adfuit, ſanctè ſtatuit, nullum ſacris eſſe exornandum inſignibus, qui prius ſuæ prudentiæ ſpecimen breui examine præbuiſſet, *Qui Epiſcopus ordinandus eſt, antea examinetur, ſi natura ſit prudens, ſi docibilis, ſi moribus temperatus, ſi vita caſtus, ſi ſobrius, ſi ſuper ſuis negotijs cautus, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi litteratus, ſi in omni lege inſtructus, ſi ſcripturarum, &c.* Luc. 12. 42. 1 Tim. 3 Conc. 4. Carthag. c. p. c. qui Epiſc. 2. 23. dixt.

D Nullus ergò admirationi locus ſit, ſi conſtantiſſimus Magnus Pontifex Gregorius fuerit in amouendo à Neapolitanâ ſede Petro quodam, quem validiſſimè Neapolitani Ciues & Clerus in ſuum Antiſtitem poſtulabant; cùm enim ſimplex admodum eſſet, prudentiæ expers ineptus ad tantæ regimen Vrbis videbatur. l. 8. ep. 4. c p. 39. dixt.

Ipſimet Ariſtoteli fuit hoc exploratum: Sacerdotum enim Præfectos eos eligendos aſſeruit, qui tùm ætatis vſu, tum longâ rerum experientiâ prudentiæ legibus eruditi eſſent, ac ſi, vt Aquinas interpretatur, prudentia in adoleſcentibus eſſe non poſſit, quæ potiſſimùm, tùm experientiâ, tùm ætate perficitur. egregiè igitur vt aſſolet Tullius, *Prudentiâ nihil dulcius, quam vt cætera aufert, affert certè ſenectus*. Quid ſanè aliud vt Philo docet, Moyſes exprimere viſus eſt, cum Dei arcam auro foris & intus obuelari mandauit, niſi ſupremo Sacerdoti, tùm exteriorem, tùm interiorem prudentiam requiri; *Intima in anima & externis actionibus ornati prudentia, qua pretio & honore omni auro longè antecellit.* 2. 2. q 47. art. 14 ad 3. in p. Tuſc. l de Templ.

Tribus

Digitized by Google

§. I. A

TRibus autem de rationibus hoc potiſſimùm exigitur. Iſtarum prima ex ingentibus difficultatibus egerminat, quibus populorum moderatores laborant: Superari autem iſtæ non valent abſque prudentiâ,quę ſit numeris omnibus
in Apol. Greg. Pap. abſoluta; populos enim moderari ait Nazianzenus, ars artium eſt, ſcientiarum ſcientia & difficillimum omnium opus; omnia enim inter animantia nullum homi-
in Paſt.c.p. p. p. ne datur, quod ſit ſuis moribus inſtabilius, ſuiſque magis in votis delicatum & mol-
lib. 1. de Clem. le; è Seneca id ille fortè hauſit hęc aſſerente, *Cum nullum animal moroſius ſit homine vel maiori arte tractandum.* Quod ſi medica facultas, quę corporis tantùm ſanitatem ſpectat,tot legibus obnoxia eſt, tot periculis obijcitur, & ad tam exiguas puſillaſque circumſtantias refertur, temporis, ętatis, habitudinis, aliaſque tùm è Lunę curſu, tùm è ſyderum aſpectu, morbique ratione enaſcentes, vt pro-
in Aphon. pterea medicę facultatis facilè Princeps Hippocrates affirmauerit, *Ars longa, vita breuis, iudicium difficile, experimentum fallax*, quantò difficilior & periculoſior B
ars iſta erit quæ animarum ſaluti proſpicit? quanta earum mobilitas in ſuę voluntatis libertate? quanta in ſuâ libertate audacia? quantum in audaciâ ſuâimperium? Annon magna ſolertia prudentiaque requiritur, vt earum mores componantur, reſcindantur vitia, prauę affectiones extinguantur, & pro conditione loci & temporis nunc mollia nunc aſpera medicamina adhibeantur, variaque pharmaca grauibus & leuibus morbis temperentur? Quàm arduum nauarcho eſt, licet arte & experientiâ fuerit inſtructus, nauim,quâ Pyratarum inſidijs appetitam, quâ ſcopulorum fraudibus obſeſſam, quâ procellis & turbinibus actam, ducere incolumem ad portum; ſed longè grauiora diſcrimina ſunt, quibus ſuę nauim Eccleſię ad portum ſalutis ducens Epiſcopus proretæ inſtar obſidetur. Hinc ad Leuthe-
epiſt. 17. ricum Archiepiſcopum Fulbertus Carnotenſis ſcribens ait, *Proreta nauis regiæ cautus & circumſpectus eſto; terreni ſpiritus inſolenter exibilant, fluctus huius ſæculi intumeſcunt, promontoria mundanæ potentiæ minantur; & more pyratarum inſidiantur hypocritæ: inter hæc omnia autem ad portum cæleſtis patriæ intendendum, &c.* C
Quàm cautè, quàm lentè, quàm oculatè progrediendum ei eſt, qui ſuſpenſo fune per aerem deambulans, ſalutem ſuam tenui pendulęque viæ committit! quàm oculatus ille eſt, vt æquâ vndequaque menſurâ æquilibrium quod manu tractat, trahat in partes! quàm dexter & diligens in porrigendis greſſibus eſt, cùm tantillo ex errore præceps ruat, oporteat. hoc planè modo ſe habet Antiſtes; ſi namque in ſedis ſuę faſtigio vel leuiſſima vertigine laborauerit, niſi rectus inceſſerit neutri parti propenſior, ſi ſuis in agendis operibus vel leuiſſimè dormitauerit, facillimè cadat, neceſſe eſt, eiuſque cum lapſu præcipites populi collabantur; audi iam Na-
orat. p. zianzenum. *Quemadmodum ſublimi & pendulo fune gradientibus, hàc vel illàc deflectere minimè tutum eſt, nec quamuis pauca inclinatio modicum periculum affert; verùm eorum ſalus ac ſecuritas in æquilibrio poſita eſt; ad eundem quoque modum vtramuis in partem quiſpiam, ſiue ob vitium, ſiue ob imperitiam propendeat, haud leue periculum tùm ipſi, tùm ſubditis imminet,ne in peccatum prolabantur.* D

Secunda ratio in eo verſatur, quòd in plurimis & varijs operibus exercere ſe debet Epiſcopus: expeditum autem & promptum hæc poſtulant ingenium,eximiam perſpicaciam & viuidam mentis alacritatem, vt ea perficiat, vt circumſtantias hinc inde diſpoſitas metiatur & libret, vt demum contemperet *actiua paſſiuis*. plurimorum ſalutem Epiſcopi diligentiæ cæli amor commendauit, ad quod præſtandum innumera eis negotia definienda traduntur, quæ ſine ſingulari quàdam men-
hom. 15. in epiſt. ad Philipp. tis induſtria abſolui non poſſunt. quam benè Chryſoſtomus: *Nihil ad rerum adminiſtrationem itâ neceſſarium eſt & accommodatum, atque prudentia.* Vetonica ea eſt morbis omnibus ſalutaris, ſed quæ non tàm facilè in quocumque ſolo progerminat; ex aduerſo quid pernicioſius imprudentiâ eſt, quam fruſtrà ſimulato aureę ſimplicitatis colore licet exornare: vir ſimplex ad infulas induendas idoneus eſſe non valet; innocens quidem vir erit, ſed non probus Antiſtes: commendanda in alijs eſſet ſimplicitas, quæ ſtupiditas in Epiſcopo eſt; capite enim vitiato, mem-

bra

A bra omnia vitientur oportet; ad quæ ſignificanda Diuus Cyprianus ait ab Apoſtolo prudentiam potiſſimùm in Epiſcopo poſtulari, *Vt excludantur illi, qui ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiam Sacerdotum; niſi enim cerebrum ſanum fuerit, omnia membra vitioſa erunt.*

Tertia demùm ratio ſit, quia cùm virtutum omnium agmen ſuo in pectore ſit exceptutus Antiſtes; primam prudentiæ ſedem aperiat oportet: omnium enim virtutum, ad Platonis mentem ductrix illa eſt, omnium parens, vt Demoſthenes ait, quin, vt Ariſtoteli inhæream, facem illa, lucemque alijs præfert, ſolis inſtar eas illuſtrat, temoni ſimilis eas dirigit, & inſtar viæ eas ducit, vniuerſales leges ſingularibus operibus adſcribens, vt cùm Angelico loquar. de leg. dialog. 6. Ethic. c. vltim. 2. 2. qu. 47. art. 6. in corp.

§. II.

B PRimam omnium è rebus creatis eductam Dei imperio lucem fuiſſe ſolidè arbitratur Diuus Baſilius: prima quæ Dei ex ore aures vniuerſi perculerit, fœcunda ſimul & ſonora vox fuit *fiat lux.* hoſtilibus hæc tenebris ſuà præſentià diſſipatis mundi oculos ſtatim exhilarauit. prima etiam, quæ in mundo ſacro è cæteris virtutibus enaſcatur, lux prudentiæ eſt, cuius lumine cæteræ virtutes illuſtrentur, amoremque ſibi humanum concilient. Chriſtallinus prudentia fons eſt, qui ſuarum aquarum munere virtutes alias fœcundat ſimul & rigat. *Primus officij fons eſt prudentia, qui tamen fons in virtutes cæteras deriuatur*: quo pretio ipſe prudentiam habeat, è Diuo Chryſoſtomo quæras; expeditiſſimè reſpondebit, prudentiam animæ lucem eſſe, mentis Reginam, omniſque honeſtatis Magiſtram. Regium eius aſpectum tota virturum acies veneratur & ſuſpicit, eiuſque arbitrio viuendi leges & normam operandi metiuntur; regale hoc decus ipſemet Iamblicus in prudentià cognouit, cum ad eius nutum ait virtutes cæteras velut ancillas pendere, eoque modo & ordine, quem ipſa exhibet ad operationes feſtinare. hom. 2. in Exam. l. p. off. c. 27. in pſ. 13.

C Hinc docuit Ariſtoteles, ſimul cum prudentia virtutes omnes adeſſe. *Si prudentia vna adſit, iam continuò vna cum ea omnes aderunt*, eaque de cauſa Socrates aſſeruit prudentiæ ſpeciem quamlibet eſſe virtutem, cum eius auxilio deſtituta nulla decus poſſit habere virtutis: ad prudentiam enim ſpectat, quamcunque ex illis inſtruere quid fugiendum ſit, quid amplectendum, adeò vt virtus dicenda non ſit, quæ prudentià non dirigatur, vt ait Diuus Gregorius. Sedes illa eſt, qua ſapientia aſſidens res humanas temperat legeſque conſtituit: quin ſapientia ipſa eadem eſt, cuius conſilio officia hæc noſtra flectuntur, vt docet Diuus Thomas, vel ſaltem adeò ſapientiæ proxima eſt, vt nulla ſine alia eſſe non poſſit: ſed audi egregiè de hoc philoſophantem Diuum Proſperum, *Hoc idcircò præmiſerim, vt quidquid de prudentia fuerit diſputatum id etiam de ſapientia dictum poſſit intelligi: quia ita ſibi hæ duæ virtutes implicatæ ſunt & vnitæ, vt vna qualibet earum ſine altera non poſſit eſſe, vt nec imprudens ſapientia, nec inſipiens poſſit dici prudentia.* Eth. c. 13. de vit. contem. l. 3. c. 19.

D Porrò quæ Diuina habemus oracula, prudentiam ſimul & ſapientiam arcto ſemper quodam ſimul amore connectunt, & mutuà ſibi charitate deuinciunt. Si namque adoleſcentiam erudiant, hæc habeat *Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam*, veraſque diuitias ex ijs tantùm haberi pronunciant, *Principium ſapientiæ poſſide ſapientiam & in omni poſſeſſione tua require prudentiam*; ſi fœlicitatis humanæ nobis viam referent, regiam prudentiæ & ſapientiæ domum oſtendunt, *Beatus, qui inuenit ſapientiam, qui affluit prudentià*, quæ omnia ipſimet Platoni, Socratique comperta fuere. Prou. 31. 51. Prou. 1. 7. Prou. 3. 13.

Sed maiora Iamblicus de ea pronunciauit, ex ipſa enim ait, Diuinitatis communicationem quandam in nos deriuari. *Quod ſi aliqua nobis cum Dijs communitas intercedit, virtutis huius gratia conſiſtet.* & commoda inde recenſens, quibus eius auſpicio locupletamur, ſtatuit, *Meritò igitur Deo ſimiles poſſeſſores ſuos facit prudentia.* excelſum eam Numen Sophocles appellauit.

Recta prudentia Magnus eſt Deus.

Quo forſan effato, veteres ille vt mendacij reos obiurgauit, qui fortunam venerantes, aduerſa illi & proſpera quæcunque tribuebant; ipſius enim prudentiæ ductu

Digitized by Google

ſit, vt fortuna ipſa & incerti rerum horoſcopi ei ſeruiant, portumque tranquillum
appellent ea, quæ fluctu grandiori agitantur, ad hanc mentem cecinit alter ille, A
Iuuenal. ſatir. 10. *Nullum Numen abeſt, ſit ſit prudentia tecum.*

Demùm qui illuſtriſſimi omnium fuere ſcriptores, nomemque immortalitati
dederunt, certatim ad commendandam prudentiam accurrunt; quæcumque ta-
men ipſi congeſſerint, modica ſunt, ſi eum ijs conferantur, quibus eam Diuinus
Prou. 3. 19. Spiritus exornauit. audi. *Deus ſapientià fundauit terram & ſtabiliuit cælos pruden-
tià*. O quam ſplendidè dictum, conditurus hanc rerum vniuerſitatem Deus, ſyde-
ribus cælum ornaturus, mentes cæleſtem orbium motibus adſcripturus, ſydereos
demùm globos tanta venuſtate & concinnitate compoſiturus, prudentiam ſui ſo-
ciam, ſui adminiſtram, ſibi voluit adeſſe, eiuſque conſilio veluti regulâ quadam
& menſurâ vſus eſt, vt omnia ſibi reſponderent, & conſona proportione concine-
rent: vt ſydera illuſtraret rectaſque eis leges deſignaret, vt Solis currum tantâ lu-
minis dote ditaret, eiuſque conſortem Lunam faceret, prudentiam veluti ſuam
conſultricem adhibuit, cæleſtiumque orbium axes, quibus ingens ea moles im- B
poſita ſtato curſu vices ſuas ſuoſque motus expleret, ſuâ prudentiâ ſtabiliuit. Quid
illuſtrius, quid ſplendidius excogitauerit vnquam humanum ingenium!

Eo igitur modo, quo ſtellis cœlum ſpargitur, floribus ſolum elucet, cùm Anti-
ſtitis animus ſit illuſtrandus, nobilior prudentiæ ſedes tribuatur, vt ea veluti Re-
De Conſt. mon. c. 25. gina virtutes reliquas moderetur & temperet; *In omni, quæ ſuſcipitur ratione, præ-
cedere prudentia debet; nam prudentià remotà, nihil cuiuſuis generis eſt, quod licet
bonum, non ità in vitium recidat, ſi aut alieno tempore, aut non adhibita moderatione
2. 2. q. 47. art. 14. fiat*. Sic Diuus Baſilius, cui conſonat apud Aquinatem Diuus Gregorius. *Cæteræ
virtutes, niſi ea quæ appetunt prudenter agant, virtutes eſſe nequaquam poſſunt.*
Hoc fortè Aegyptij ſignificarunt, cùm ad Templorum fores ſphingis ſimulacrum
apponerent, vt ſcilicet indicarent, rerum ſacrarum Præfectum, hoc eſt in Chriſtia-
na Religione Antiſtitem inuictum & intrepidum fore ſimulque inſigni prudentiâ
decorandum: bruti enim animantis pars quà componebatur, fortitudinem, huma-
na verò ſpecies prudentiam indicabat.

1. de fortitud. Quid ſit prudentia inquirens Plutarchus, ſibi ipſi reſpondet, non aurum non C
argentum, non formam, non vim eſſe, non gloriam *Quid ergò eſt?* id ſanè eſt,
quod omne bonum honeſtum delectabile & vtile confert, & ſine quo quæcunque
oppoſita mala redundant, quà in re excogitandà, Plutarcho ſublimius Chryſoſtomi
l. 3. de Sacerd. ingenium euolauit; do eius verba, *Vſu venit, ut quibus Ciuitatum Principatus con-
creditus eſt, ij niſi valde prudentes pariter ac vigilantes fuerint, tùm Ciuitates ipſas
euertent, tum ſe ipſos perditum eant*.

in p. Reg. 13. 23. Illud etiam non omiſerim è Diuo Gregorio, qui Antiſtitem ait prudentia obar-
mandum veluti lanceà & enſe: vt enim cominùs enſe, lanceà eminùs hoſtem ag-
gredimur, ſic Præſul tùm præſentia, tùm futura debet prudentiâ ſuâ perpendere,
vt mox fuſiùs oſtendetur: Sapientiſſimè etiam tantus Magiſter addit, non poſſiden-
da tantùm hæc arma nobis eſſe, ſed etiam adhibenda vt de Saule & de Ionatha
ſuo filio legimus, de quo ſacra Scriptura teſtatur, quod *Cum veniſſet dies prælij, non
p. Reg. 14. eſt inuentus enſis & lancea in manu totius populi, qui erat cùm Saule & Ionatha, exce- D
pta Saule & Ionatha*.

Potiſsima Prudentiæ munera explicantur, quibus ad operandum vti debet Epiſcopus. Cap. VI.

NEquaquam mea mens eſt, vt omnes prudentiæ actus ſplendidà, ſed moroſà
pompâ recenſeam, quandoquidem, vt ſuperiùs docui, ea prudentiæ vis
eſt, vt ad omnium virtutum actus moderandos ipſa vires ſuas immiſceat: aliud er-
go ſecunda hæc huius operis pars non amplectitur, quàm multiplices actus pru-
dentiæ

A dentiæ tùm illius, quæ ſolitaria, tùm alterius quę Oeconomica appellatur; cum ad alterius actus, quæ Politica dicitur explicandos, tertiam Partem, Deo iuuante ſimus adſcriputi.

Tres igitur potiſſimæ virtutis huius partes hìc mihi conſiderandæ occurrũt, quæ, vt Philoſophus docet, ſunt Conſilium, iudicium, & imperium, è quibus ſuum triplex nomen vſurpãs appellari poteſt Conſultiua deliberatiua & actiua. Conſilium igitur, vt ab hoc ordiamur, rectitudinem & honeſtatem finis ſupponit. Sanctiſſimus hic in Epiſcopis erit, ſi Chriſtianam Religionem conſeruandi & amplificandi pro ſuis viribus mens ei fuerit, eaque omnia adhibendi, quæ opportuna ad hunc aſſequendum finem agnouerit. audiatur Ariſtoteles. *Atque bona quidem conſultatio ea eſt, quà ad eum finem, qui eſt abſolutè finis, pergitur; rectè ad prudentium pertinet rectè ordinare aliquid in finem, quod quidem rectè non fit, niſi & finis bonus ſit, & id quod ordinatur in finem, etiam ſit bonum & fini conueniens.* Sed Ariſtotele ſolidiùs & breuiùs ſapientiſſimus Regum, *Vir prudens dirigit greſſus ſuos*: hoc eſt, actiones 6.Eth.c.9. Prou.15.21
B ſuas veluti greſſus tàm moderatè ſapienterque componit, vt propoſitum ſibi finem Diuinæ voluntati conformem prorſus attingat; alibi autem idem Philoſophus docuit abſque Virtutis & Prudentiæ ſubſidio ineptè à nobis omnia facienda, cùm illa finem pręſcribat, hęc media diſponat, *& ſine prudentià ſineque virtute electionem rectam non fore; altera namque finem, altera ea quæ ſunt ad finem agere facit.* Ad finem ſuas actiones dirigere, hominis eſſe docet Aquinas, cùm econtrà nullum ſibi finem in operando proponere, ſit belluatum; licet autem diſcrepare inter ſe fines videantur, omnes tamen in Deo, velut in Sole radij, coaleſcunt. 6.Eth.c.13. 2.2. qu.49. art.3.& 4.

Intereà aliqua omittens, quæ ingenij perſpicacia, & voluntatis docilitate ad conſultationem rectè hebendam referuntur, illud in præſenti ſtatuo, hanc conſilij probitatem in Præſulum actionibus conſiſtere, vt ſedulò agnoſcant, an res ſibi faciendæ Diuinæ Voluntati, quæ rerum omnium faciendarum ſuprema lex eſt, rectè conformiterque reſpondeant; plerumque enim in rebus humanis fit, & potiſſimùm in ijs quæ ad regimen ſpectant, vt non ſibi amicâ quadam ſocietate conueniant
C vtile & honeſtum; ex quo pariter fit, vt non abſque magnis modis ipſa virtus fœdè corruat & deſciſcat in vitium; nec tamen acquieſcere omnind debemus in ipſius operis honeſtate, ſi circumſtantia aliqua honeſtatem eam vitiaret: quàpropter conſilij probitatem tribus legibus definiuit Diuus Bernardus ad Eugenium Tertium ſcribens, hoc eſt, an illud, de quo conſulitur liceat, an deceat, an expediat; poteſt enim aliquid vi legis tùm humanæ tùm Diuinæ non id prohibentis eſſe licitum, ſed ratione vel temporis, vel perſonæ, vel loci dedecebit: rurſus decere aliquid poterit, ſed poteſt ſimul non expedire. hæc omnia attentè, ſeriòque Epiſcopus expendat oportet. facile enim fieri poteſt, vt ſi ad hęc præ ſua remiſſione caligauerit, multis irretiatur erroribus, & licet honeſtiſſimum ſibi finem objiciat, deceptus in electione mediorum, nec Diuinam nec humanam voluntatem ſatis explebit. *Spiritualis homo, ille qui omnia dijudicat; vt ipſe à nemine iudicetur, omne opus ſuum, trinà quàdam conſideratione præueniet. Primùm quidem, an liceat, de-* l.3. de conſid. c.4.
D *inde an deceat, poſtremò an expediat.* Hæc è Bernardo.

Sed hac de re audiendus etiam Apoſtolus, qui Corynthios corripiens de litibus forenſibus, quibus inter ſe diſſidebant, eos admonuit, quod licet prohibitum Chriſti fidelibus non eſſet, huiuſmodi litibus apud Ethnicos iudices alios vexare, haud tamen ad animarum ſalutem & Chriſtiani nominis decus hoc ipſum expediebat, *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt*: ad quæ verbà Chryſoſtomus docet, eum hic haberi ſermonem de rebus, quæ cum ſint indifferentes, licitę quidem ſunt, ſed vel non decent, vel non expediunt. Quin Tertullianus legit, *ſed non omnia pro ſalute*, ac ſi dicat, nihil prorſus nobis agendum eſſe, quod ad noſtram ſalutem tanquam ad ſuum finem omnimodè referatur, vt infrà dicetur. Præterquam quod ſicut Sagittarius, cuius arcus præ imbecillitate lenteſcat, niſi ſuprâ ſcopum oculi aciem intenderit, infrà illum ſagitta cadat, oportet, ſic etiam nos, qui tantà ad benè operandum infirmitate laboràmus, ſi ad ea tantùm voluntatis noſtræ ſagittam direxerimus quę licita ſunt, frequentiſſimè ab ęquitatis ſcopo aberrabimus, & in illicitos actus corruemus: habes hæc è Diuo Clemente 1 Corinth. ibi. de exhort. Caſt.

1. Pedag. cap. 2. Alexandrino memoratâ Apoſtoli verba explicante, *Etſi omnium mihi licet eſſet particeps, non omnia tamen expediunt; citò enim adducuntur, vt ea faciant quæ non licet, qui faciunt omnia quæ licet.* A

E Diuinæ beneuolentiæ munere ſuam hac in re prudentiam Syneſius Cyrenenſis Antiſtes agnoſcebat, epiſt. 57. *Erat quippe diuinitùs hoc mihi tributum, vt cùm ego auctoritate plurimùm poſſem, tùm honeſtiſſima quæq; vellem.* Quin ipſemet Theodobaldus Rex, vt è Caſſiodoro habetur, rubori ijs omnibus eſſet, qui ab hac debitæ temperantiæ plus æquo diſcederet; hic enim ſponte fatebatur, magis in eius voluntatem dominari virtutem, cuius conſilio ea tantùm ſibi licita æſtimabat, quæ commendanda probis eſſent, quàm ſe in ſubiectos populos dominari; quæ coram Senatu adhanc rem ille pronunciauerit, dabo, l. 10 ep. 16. *Imperioſa nimirum res eſt P. C. pietas noſtra, quando voluntate propriâ vincimur, qui alienis conditionibus non tenemur. Nam cum Deo præſtante poſſimus omnia, ſola nobis licere credimus laudanda.*

Manifeſtum diſcrimen hic habes, quo Diuina prudentia ab eâ ſecernitur humanâ prudentiâ, quam prudentiam filiorum ſæculi cæleſtis Magiſter appellauit; B Luc. 16. *filij huius ſæculi prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.* Hic enim cùm ſæculi prudentibus conferens eos, quos lucis prudentes vocat, clariſſimè ſignificat, adulterinam eorum eſſe prudentiam, bracteatam, imprudentem & tenebroſam, nec eos prudentes aliâ ratione dicendos eſſe, quàm vel ironicâ illuſione, vel quodam loquendi abuſu *in generatione ſua*, hoc eſt in genere ſuo, quod propriè ad vafritiem refertur: noctuarum inſtar veſpertinas inter tenebras iſti iactabundi peruolitant, diemque ſuam tandem ſortiuntur in nocte.

Perſonatam hanc falſamq; prudentiam Stagyrites Philoſophus è Græco idiomate Panurgiam vocauit, hoc eſt calliditatem, & vafritiem: hanc qui poſſident, ex ijs ſanè ſunt, qui ſuo ingenio Dœmoni fraudum Magiſtro adhærent; de hoc enim ſacra refert hiſtoria, quod *ſerpens erat callidior omnibus animantibus* Aquila legit de ſacrif. Abel. *ſerpens erat panurgus*, adeò à rectâ virtute alienam Philo Hebræus hanc prudentiam æſtimauit, vt ab eo vocaretur *morbus animi voluntarius*; ab Apoſtolo autem de eâ dicitur *Prudentia carnis mors eſt, prudentia autem ſpiritus vita & pax.* Reſpuunt hanc prudentiam electi à Deo viri, vt docet Angelicus, & ad improbos C tantùm ea ſpectat, quibus quò maior ea in pretio eſt, eò imprudentiores & ſtultiores æſtimantur; Rom. 8. 6. 2. 2. q. 47. art. 13. Ad Rom. 8. *prudentia enim ideò dicitur, cùm res ſtulta ſit.* vides, inquit Ambroſius, quantùm nomine diſcedat à re; ſtultitia enim mentis eſt, vocaturque prudentia. Virulentam hanc peſtem a cuiuſuis Epiſcopi animo Deus euellat: eam in nobis prudentiam Diuinus Magiſter efflagitat, quæ oculata quidem ſit, ne decipiamur, ſed columbæ inſtar ſimplex etiam ſit, ne decipiamus; vt enim Tertullianus egregie ait, l. 7. ep. 7. *Nocentiſſimi, qui non ſimplices, ſicut ſtultiſſimi qui non ſapientes.* Fraudolentis artibus haud illa nominis ſanctitas deturpanda nobis eſt, quam populi venerantur, Hennodio potius adhærentes pronunciemus. *Habeat ſuas mundus aſtutias, & vrbanitatem fallendi, prudentiam damnandus appellet.*

Pari etiam ſolertiâ cuitanda nobis ea prudentia eſt, quæ licet nulli pernicioſa, nec finem eligens, nec media diſponens a rectitudine & æquitate diſcedat, adhuc tamen terrenis rebus tota inhærens, humanis potiùs quàm diuinis rationibus innixa, non cæleſti, ſed mundano conſilio ſagax potiùs quàm prudens in rebus ſuis D componendis appellari poteſt. adultera pecunia hæc eſt, quæ cæleſti ab ærario excluditur, & eliminata olim ex eo fuit è Baruch Vatis ſententiâ, 3. 23. *filij Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de terrâ eſt: negotiatores terræ & Theman & fabulatores & exquiſitores intelligentiæ, viam autem ſapientiæ neſciunt.* inter Agarenos mercatores, non inter Catholicos Præſules ſtatuenda ſedes his eſt, & frequentiſſimè eorum conſilia miſerrimo euentu deſtituit Deus: nec enim venuſtiſſimam Rachelem ex amore iſti ſibi deſponſant, ſed Liam, quæ lippis & caligantibus oculis tunc maximè cæcutit, cùm ſibi oculata & oculatiſſima eſſe videtur.

an. 877. Id ſanè perſcutè obſeruat Cardinalis Baronius, quod cùm ad habendas in Chriſtianæ fidei hoſtes à Carolo Craſſo & ab Orientis Imperatore ſuppetias, verſutâ huiuſmodi prudentiâ vteretur Ioannes Octauus Pontifex, non tantùm eius irrita vota fuere, arteſque inutiles, ſed acerbis incommodis Chriſtianam Religionem affli-

Digitized by Google

A affliƈauit. Sciat Antiſtes, vt Ambroſius docet ab Apoſtolo ex eo poſtulari, *prudentiam non mundialem, quæ ſtultitia ſit apud Deum, ſed prudentiam ſpiritualem, ideſt, quæ & opere circumſpecta ſit & verbo perita, vt ſit aſtutus ſicut ſerpens & ſimplex ſicut Columba.* Quapropter cum vir Sanctiſſimus Thomas Cantuarienſis Antiſtes animaduerteret, Romano in foro ſuam cum Britannico Rege cauſam non diuinis, ſed humanis rationibus agi, & Alexandrum Tertium Pontificem, vt Regis animo blandiretur, eam ipſi facultatem coarctaſſe, quam vti Sedis Apoſtolicæ Legatus induerat, ad Purpuratorum Patrum Senatum ſcribens, non ſine querimonia ſuam mentem aperuit, plurimaque ad ſui defenſionem congerens, inter alia hæc fortitèr ſimul & ingenuè addidit, *Non ſimulatione, non ingenio regendam eſſe Eccleſiam, ſed iuſtitiâ & veritate, quæ ſe obſeruantem liberat ab omni malo.* l. de dign. Sacerd. apud Bar. an. 1168.

Ex aduerſo vt imprudentem damnauere noſtrâ hac ætate ſcioli quidam Magiſtelli Diuum Carolum Borromeum, eo quòd ad ſupremi Sacerdotij faſtigium Pium Quintum efferre conaretur ſuæ familiæ non ſatis propenſum, & quòd ad lue B infectis ſubſidium exhibendum ſe aperto mortis periculo obiectauerit. Sed ipſo rerum euentu patuit, quàm ſuis in conſilijs defeciſſent ineptiſſimi illi, & quanta ex aduerſo prudentiâ res ſuas Antiſtes Sanctiſſimus temperaret.

§. I.

AD ſecundum iam prudentiæ munus explicandum accedo, quod in conſultatione & deliberatione verſatur; media enim & vias quas ratio exquiſiuit ſpectat ad prudentiam dixtinguere, an recta ſint vel iniqua, an bona, an optima, illiſque ab his dixtinctis proba eligere, improba reſpuere, pretioſa ſecernere à vilibus, & extrema quæcumque declinare: adeò autem ad prudentiam hæc referuntur, vt Diuus Auguſtinus & ipſo prior Tullius in hoc potiſſimùm virtutem C agnoſcat his verbis, *Prudentia eſt cognitio rerum appetendarum & fugiendarum*, vel iuxtà Ariſtotelem à Diuo Auguſtino relatum *eſt recta ratio agibilium*. Cleobuli, imò Sanctuarij lancem ſuis ipſa manibus librat, vt res omnes pertractandas æquâ mente ponderet & dixtinguat, & in deliberando lentâ conſideratione progrediens, rationes omnes vtrinque efferendas excutiens, illi tandem parti adhæret, quæ Diuinæ magis amplificandæ gloriæ proſpicit, animarumque ſaluti comparandæ. eò æſtimabilius hoc eſt quò rarius; nam vt cum Tacito loquar, *Pauci prudentiâ boneſta à deterioribus à noxijs vtilia diſcernunt*; adeoque egregiè, vt aſſolet, Aquinas ait, prudentiæ decus totum ex intellectu deriuari; quò etiam collimaſſe videtur eâ paræmiâ Seneca, *Deliberandum eſt diù, quod faciendum eſt ſemel*. Hoc demùm familiare illud receptaculum eſt, quo ſe ſpiritus ad Philonis Hebræi mentem conuertens, terrenis hiſce ſordibus depuratus, veritatem inquireret, quæſitamque frueretur. l. 83. qu. 31. de offic. & l. 1. de inuent. 2. 2. q. 47. ar. 2. 6. Eth. l. 4. Annal. 2. 1. in Prou.

Ad hoc ipſum roborandum, in ſycomoro prudentiæ ſybolum veteres deſcripſere; D cùm enim arbores aliæ ad primos blandientis auræ murmurillos in feſtinatos flores erumpant, in cuius celeritatis pœnam brumæ aſperitate ventorumque ferociâ miſerrimè poſteà defloreſcunt, longè cautior ſycomorus ab iſtâ florum pompâ parturiendâ abſtinet, donec ab hibernæ tempeſtatis iniuria penitus tuta, vernas illecebras ſentiat ſuis floribus blandituras: eodem planè modo prudentis eſt immaturas deliberationes effugere, maturaque cogitatione cuncta componere, vt ea declinet diſcrimina, quæ poſteà ei pœnitentiam ſiniſtro ab euentu inſinuarent; Hinc de eâ meritò Auguſtinus, *Scire quid debeat facere, ſcire quid poſſit, prudentia eſt in eligendis, prudentia eſt nihil appetere pænitendum, & nihil præter iuſtum velle facere.* de ſpiritu & anim.

Prudens iſta recogitatio alio nomine diſcretio vocatur, quæ virtutum quidam flos eſt; imò ea virtus, cuius ingenio vitium à virtute dixtinguitur, vt enim Diuus Ambroſius docuit, *Quidquid boni cum diſcretione egeris, virtus eſt, virtus verò indiſcreta pro vitio habetur.* ſed hæc de re vberiùs infrà. L. 4. ep. 29.

Sicut autem viuentibus neceſſarius aer eſt, ſic moderatoribus diſcretio eſt; ſal illud

illud hoc eſt, quo Chriſtus Seruator voluit adeò intimè ſuos aſſeclas imbui, vt in ipſum planè commutarentur, *Vos eſtis ſal terræ.* Hanc demùm iuxtà Diui Gregorij mentem pallium illud exprimebat, quo ſupremus veteris Synagogæ Sacerdos ad pectus obtegendum ferebat: in eo namque velut in ſcrinio quodam diſcretionem præferre debet Antiſtes, & rationis magiſterio facienda ſtatuere, *Debet rector ſemper ſubtili examine bona malaque diſcernere, & quæ, vel quibus, vel quandò, vel qualiter congruat, ſtudioſè cogitare.* Sic Pontifex diſertiſſimus. A

2 part. paſt. cap. 2.

Ad hunc animi conuentum faciendum, tres potiſſimùm Conſiliarij aduocantur, quos tùm naturalis tùm Diuinæ ſcientiæ Magiſter, tanquam tres prudentiæ partes acturos appellat Memoriam, ſcilicet, Intellectum, Præſagium. ad præterita refertur memoria, ex quibus experientiam ad futura deducit: præſentia tantùm librat & trutinat intellectus: præſagium verò, quod etiam prouidentia dicitur, futuros euentus expiſcatur, nec inopinatâ aggreſſione patitur ſe illis circumueniri; enucleatum de his ſermonem habet Aquinas Magiſter, & ad hunc ſecundum prudentiæ actum ſimul à Caietano referuntur, quæ omnia breui complexus Seneca fuit docens, *Si prudens fuerit animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur; præterita cogita, præſentia ordina, futura prouide.* Nullam autem admirationem pariat, ſi tam oculata prouidentia in Antiſtite animarum medico à nobis exquiratur, cum in ijs, quibus curanda corpora committuntur, tam accuratam Hippocrates poſtulauerit, eam illo carmine deficiens, *Quæ ſunt, quæ fuerunt, quæ mox ventura trahentur.* Rerum omnium, quæ cogitatione comprehendi poſſunt, theſaurus quidam memoria eſt, vbi innumera collecta documenta & exempla ſeruantur, quibus ingenij vim quiſque poteſt acuere ad bona diligenda, malaque reijcienda; vt enim refert è Philoſopho Aquinas, *Experimentum fit ex pluribus memorijs.* Cum ergo prudentiæ munus ſit ad res ſingulares vniuerſalia præcepta referre, fit, vt rerum præteritarum exemplo ingens memoriæ beneficio campus aperiatur, quo tam præſentia, tum futura poſſit æqua luce perſpicere. *Memorare quæ ante te fuerunt.* ſic è cæli oraculo habetur; & ex aduerſo ingenuè Seneca affirmat, *Qui nil de præterito cogitat, vitam perdidit.* B

2. 2. qu. 49. ar. 1. 2. & 6. ad art. 6. p. de benef.

Ariſtot. p. n et c. p. 2. 2. qu. 49. art. 1. Eccl. 41. 5.

Alciat. embl. 18.

Iani fabellam hinc enatam vides; Nec quidem in illo exprimebatur bifrons & biceps, ſed ad prudentiam ſignificandam accommodatus: è poſteriori enim vultus parte præterita conſiderans, ex iſtis ad præſentia diſcernenda progreditur, vt horum futuros euentus illorum exemplo præſpiceret. C

Quid ergo mirùm ſi tanquam vtiliſſima lege Principes inſtruantur, vt ad optimum inſtituendum regimen, in peruoluendis hiſtorijs aſſueſcant, ad quam remaptè Caſſiodorus ait, *Totius prudentiæ compendium in hiſtoriis contineri.*

Variar. l. 5.

Iam verò Intellectus eſt earum rerum, quæ in dies faciendæ occurrunt aperta cognitio & illuſtris perſpicacia, cuius vi ipſa rerum faciendarum viſcera inuadimus; expolita demùm mentis ſermocinatio eſt, quâ, ſi opera noſtra deſtituantur, fluctuant, incertoque motu vagantur, imò periclitantur; qua de causâ Diuus Bernardus docuit, aliud non eſſe prudentiam, quàm boni & mali cognitionem, ad quam noſtros mores in hoc vitæ curſu componere debemus: adeò igitur ad noſtram ſtatuendam prudentiam intellectus iſte neceſſariò requiritur, vt penè ſi iſte defuerit, nulla prorſus euadat. tanquam Logicæ præceptor intellectus eſt, cuius vi ſyllogiſmos veluti conſtruens, vniuerſalium rerum cognitionem ad ſingularia referens, certam & inconcuſſam concluſionem ad ſe deriuat. Minerua hæc eſt, quam vates è capite Iouis enatam fabulantur, hoc eſt ex humana mente, quam idcircò aſſerebant ingenioſam eſſe noſtrorum actuum Magiſtram, humanæq; fœlicitatis originem. D

Serm. de Villic.

Eximiè hac in re Thucididis & Aemilij Probi laudibus commendatur Summus bellicæ Athenienſis diſciplinæ Præfectus Themiſtocles; *hic enim de inſtantibus veriſſimè iudicabat, & de futuris callidiſſimè conijciebat.*

Prob. in Themiſt.

Tertium iam conuentus huius Conſiliarium adeamus, & audiamus, hoc eſt Prouidentiam. adeò hæc prudentiam ipſam adiuuat & fouet, vt ab eâ ſuum vſurpaſſe nomen Prudentia Tullius exiſtimet, cui tum Diuus Iſidorus, tum Magiſter Aquinas ſuffragantur hanc ethimologiam afferentes *Prudentia quaſi porrò videns*: ſua enim mentis acie incerta ipſa rimatur, & videt, futuroſque rerum exitus è præteritis

de offic.

2. 2. q. 44. ar. p.

Digitized by Google

teritis perſpicaciſſimè comprehendit. ad hanc ſententiam Athenienſium Princeps
A Timotheus è Stobæi narratione aſſerebat, opus eſſe exercituum Præfectis, (quod
de Chriſtianæ militiæ Ducibus tu pariter dixeris, *Quæ ante ipſum, quæque à tergo
ſunt, proſpicere*: nuſquam prudentis laudem, imò imprudentiſſimi notam aſſe-
quetur, qui ſiue publicam, ſiue priuatam, perficiendam rem ſuſceperit, abſque
eo quod prius ea, quæ inde conſequentur, mentis acie peruaſerit; fortuitis enim
potiùs ab euentis quàm è ſuis conſilijs pendebit opus & frequentiſſimè labyrin-
theis ambagibus adeò ſe inueniet irretitum, vt fruſtrâ vulgari illa parœmiâ ſe in-
crepet & ſui cenſor obiurgat, *Turpe eſt dicere, non putaram*. tunc igitur commen-
datiſſimus erit nobis Antiſtes, cùm de eo vſurpare valemus, quod olim de Princi-
pe cœcus illuſtriſſimus affirmauit. *Si à tergo pariter & à fronte ſit oculatus*. Me- Homer.
ritò igitur Seneca, *Qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incedit*;
cùm ex aduerſo futura præcogitans, facilè ac omnia deſtruet, quæ ſuæ ſunt l.6.ep.12.
incommoda voluntati, *facilè prouidit remedium, qui præuidit*. Sic Apollinaris
B Sydonius.

Oculata hæc perſpicacia duo alia ad ſe trahit, quibus prudentia è Macrobij ſen-
tentiâ honeſtatur & perficitur; hæc autem ſunt *Circumſpectio & Cautela*: harum vide D.
primâ circumſtantiæ omnes loci, temporis, perſonæ reſpiciuntur, quæ ſi deſpician- Thom. 2.2.
tur, res cæteroqui commendabiles & optimæ in tranſuerſum ruant, neceſſe eſt; qu.49.art.7
occaſionem oblatam hæc rapit & ſiſtit, dataque opportunitate ad ſui libitum vti- & 8.
tur: illud enim idem ad ſacram militiam accommodare nobis licet, quod Antigo-
nus de re bellica dicere conſueuerat, temporis ideſt magis eſſe bellum quàm ar-
morum, magiſque occaſioni, quàm virtuti tribuendum. Certè Polybij mens ea
fuit, vt diceret, maxima omnia quæ in re bellicâ contigerint, non ferro ſed tem- lib.9.
pore, non robore, ſed occaſione confecta.

Cautela autem ad hoc potiſſimè inſeruit, vt ſcilicet incommoda ea prænoſcan-
tur, quæ nequitiâ alterius è bono cæteroquin conſilio poſſent enaſci. vt enim ad
Maximum Salonenſem Præſulem ſcribens Diuus Gregorius ait, *Tantò cautius de-*
C *bemus ambulare, quantò nos ſcimus inter Dei inimicos viuere*. obijces ipſa præui- l.8.ep.36.
der, quibus præpediri retundique noſtra conſilia poſſunt, eaque repellere antici-
patâ virtute contendit; pulchram virtutis perſonam vitio detrahit, fraudes deſtruit,
eorumque etiam mentes inuadit, qui pietatis obtentu ſpecioſis mendacijs è veri-
tatis ſtudio eum remouere conantur, quæ inſidiæ, vt Romanus Orator ait, eò pe-
riculoſiores ſunt, quò ſpecioſiores: nullæ ſunt oculatiores inſidiæ, quàm hæ quæ
latent in ſimilitudine officij. Hinc veteres, è Pierio, in Prudentiæ ſymbolum Gruem Hyerogl.
vigilantiſſimam omnium auem deſcribebant. 17.

Demùm ſiniſtros inter euentus, ſi alterutri malorum neceſſariò ſubijciatur,
pernicioſius & grauius à ſe auertere ſtudet, iuxta Diui Gregorij monitum, *Qui* in Moral.
*murorum ambitu vndique ne fugiat clauditur, ibi ſe in fugam præcipitat, vbi murus
breuior inuenitur*. Quid vltra? Huius cautelæ magiſterio modus ipſe pruden-
tiæ adſcribitur, quo ſe ſuaque componat, *Prudentia tua pone modum*. Quæ
D Salomonis verba Diuus Ignatius Loyola interpretatus ait, *Neque enim decet
ſine modo eam virtutem eſſe, quæ reliquarum virtutum modus & menſura eſt*. in regul. de prudent.
Quam ad rem ſcitu digniſſimum illud eſt, quod de quodam Galliarum Rege
narratur; hic enim cùm de ſubiectis ſibi populis optimè gubernandis inſtrui à ſa-
pientiſſimo viro poſtularet, hic intactæ paginæ folium arripiens, hanc tantùm in
eo voculam exarauit *Modus*, vt poſtulanti Regi ſignificaret optimi regiminis for-
mam in eo haberi, vt modum in operando haberet, omniaque cum debitâ tem-
perantiæ menſurâ perageret.

§. II. A

EXtremum iam prudentiæ munus inquirendum remanet, quod in imperio & executione verſatur: quorſum enim expendere, examinare, librare, ſtatuere, ni operi poſteâ manus adhibeatur, ſed otioſa tantùm mens in anteactâ conſideratione perſiſteret; prudentia autem ex Angelici ſententiâ non in conſideratione tantùm, ſed in ipſamet actione perficitur; *ad Prudentiam pertinet non ſolum conſi-*
2. 2. qu.47. art.3. *deratio rationis, ſed etiam applicatio ad opus, quod eſt finis practicæ rationis.* Hoc vnum è monitis fuit, quo Principem filium Leo Cæſar inſtituit, *Lentus in deliberando ſis, ſed quò lentiùs deliberaſti, eò deliberata celeriùs exequere*; vt enim Philoſophus docuit, prudentiæ eſt diù facienda cogitare, ſed cogitata citò conficere. *Atque aiunt, celeriter quæ deliberata, eſſe agenda, cùm mora autem conſulendum.*

Quin è Diui Thomæ ſententiâ potiſſimum prudentiæ actum executio ipſa complectitur, B

Lucan. Pharſ. *Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.*

Quàm vulgaris Octauio Cæſari fuit illa paræmia, vt Suetonius refert *feſtina lentè*. Sed iterum in medium proferamus Sycomorum, quâ ad deſcribendam pru-
Suet. in Oct. dentiam fuere veteres vſi, non eâ tantùm de causâ, quia lento fœtu ſua erumpit in germina, ſed etiam quia, vt opportuna tempeſtas acceſſit, celerrima in fructibus educendis eſt, vniuſque interuallo noctis eos maturat, ne proximi ardoris inclementiâ vitientur; ex quo colligas velim, quàm meritò fuerit omnibus com-
In orat. in Catil. mendatiſſimum Saluſtij acroama: antequam incipias conſulito, vbi conſulueris mature facto opus eſt: hùc pariter collimaſſe viſus Apoſtolus fuit illa de Epiſcopis
Rom. 12. 8. Ariſt. 6. Eth. c.9. aſſerens, *Qui præeſt in ſollicitudine*. Quid enim aliud ſollicitudo eſt iuxta Aquinatis & Stagyritæ definitionem, quàm eorum, quæ lentè deliberaueris alacris ex-
D.Thom. 2. 2. qu. 47. art.9. peditaque executio? *Velox executio tardè conſiliatorum.*

Hinc ad prudentiam exprimendam, manum aliqui deſcripſere oculis aſperſam, oculis ſcilicet deliberationem, manu verò executionem ſignificante. Si huiuſmodi prudentia noſtra fuerit, eadem ipſa erit, quâ ad Iſraelitidum moderandam gentem C
Pſal.77.72. Maximus Regum vtebatur, *Et pauit eos in intellectibus manuum ſuarum*: eius in manibus mens immorari videbatur; quæ enim omnia matura deliberatione conceperat animus, paratiſſimis artibus manus exercebat. Quis ex his non agnoſcat, quàm imprudentes ſunt illi dicendi, qui de ſtatuendis rebus fluctuantes inter inanes ratiocinationes tempus abſumunt, lentâque hebeſcentis animi ſegnitie ducti nexibus appoſitis expedire ſe neſciunt, ſuſpenſoque gradu ſemper incedentes, ac ſi vepres inter ac dumos iter haberent, nulli parti firmiter adhærent, & ad manum operi porrigendam adeò moroſi ſunt, vt fœminis illis comparandi videantur, quæ proximi partus doloribus laborantes, numquam in emiſſo fœtu requieſcunt: *Ve-*
Iſa.37. *nerunt filij vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi.* Magnum ſibi prudentiæ decus hi arrogant, cùm bracteatam ſolùm vmbratilemque prudentiam poſſideant; quæ enim prudentiæ laus in illis eſſe valeat, qui in potiſſimo eius munere exercendo deficiunt, populiſque gubernandis impares ſe oſtendunt? illud interim præterire nefas eſt, prudentiæ quidem opus eſſe, ea omnia media adhibere, quæ tanquam idonea inſtrumenta ad noſtrorum operum finem aſſequendum breuiori viâ conducunt; haud tamen dicenda perfecta prudentia eſt, cum ea ſolùm perfecta prudentia dicenda ſit, cuius ductu & auſpicijs ea diſcernere, ſtatuere, & adhibere valeamus, quibus huius humanæ vitæ finis, hoc eſt æterna beatitas nobis vnde- D
2. 2. q.47. art.13. cumque donetur. Sic docet Aquinas. *Prudentia vera & perfecta eſt, quæ ad bonum totius vitæ finem rectè conſiliatur, iudicat & præcipit.* Sed Aquinati Macrobius ipſe præiuit, Prudentia eſt ad rationis normam, quæ quis cogitat, quæ quis agit vniuerſa dirigere, & nihil præter rectum & laudabile facere.

Doci-

A Docilitatem in Epiſcopo requiri, quà ſuam opinionem exuens ſententias aliorum libens excipiat. Cap. VII.

INTER primarios actus prudentiæ tertium ſibi locum docilitas poſcit ex Aqui- ibid.
natis doctrinâ: huius autem munus eſt, ità operantis animum flectere, vt ſuæ
opinioni nequaquam adhærens, vbi ardua & grauia ſunt peragenda, alios conſulat,
eorumque ſuffragia requirat; Neceſſaria hæc omnibus eſt, ſed quàm maximè Præ-
ſulibus & Principibus, eò quod tenues nunquam dici poſſint horum errores; ijs e-
nim ſubiecti etiam populi maculantur, & principalis dignitas obſoleſcit. Quàpro- ep. 42.
pter ad Senonenſem Antiſtitem ſcribens Diuus Bernardus, egregijs cum laudibus
B efferet, eo quod ad ſuam prouinciam optimè adminiſtrandam duos ſibi conſiliarios
delegerit, quorum operâ in rebus deliberandis vteretur, *Prudenter igitur cogitaſti
Sacerdotale onus Epiſcopale opus; curamque Paſtoralem non dignè adminiſtrari poſſe
ſine conſilio.* Quid? ipſamet Cæleſtis ſapientia locum ſibi inter Conſilia poſuit,
Ego Sapientia habito in Conſilio: illudque commendatiſſimum Ioannes Sarisberien- Prou. 8.
ſis pronunciauit, fieri ſcilicet numquam poſſe, vt recti regiminis partes opportu- l. 5. Pol c. 1
nè & vtilitèr expleat, qui ſapientum conſilia audire detrectat.

Hac de re Salomon apprimè inſtructus; cùm liberaliſſimè Deus eius quæcum-
que munera votis offerret, cor docile poſtulauit; quo nihil vtilius & validius æſti-
mauit ad ſubiectos populos grato regimine temperandos, *Dabis ergo ſeruo tuo cor* 3 Reg. 3.
docile, vel vt ex Hebræo fonte habetur, *Cor audiens, vt populum tuum iudicare
poſſit & diſcernere inter bonum & malum; quis enim poterit iudicare populum iſtum,
populum tuum multum?* Dei ſolius eſt, nullius egere conſilio; fons ille lucis inex-
C hauſtæ mutuatam lucem non quærit: verùm homo, cum è primæui veneno flagitij
facultates eius fuerint vitiatæ noctuarum inſtar lucem adeò fugit, vt tenebras
ament, & in ipſa meridie caligantes fœdis implicentur erroribus, docentem hæc
audi Gregorium. *In peccati pœna in mundi peregrinatione & exilio, tanta cæcitate* 2. Moral.
percuſſi ſumus, vt nobis ipſis ignoti ſimus. Moleſtius etiam illud eſt, quod ſcilicet c. 21.
in noſtris magis quam in alienis operibus caligamus: frequentiſſimè enim volun-
tas vel ignorantiæ tenebris obuoluta, vel prauæ affectionis æſtu turbata, & ſimu-
latis rationibus decepta veram rationem oppugnat, exhibitis ſibi obiectis fallitur,
& mentis conſilia præueniens inſidias in ſe ipſam molitur, peiora eligens dum
credit eligere meliora. quis voluntati non ea accommodet, quæ de fœmina Cæſa-
res Theodoſius & Honorius olim protulere? *Cum plerumque & ipſius fœmina aduer-* l. ſi pater 4.
ſus propria commoda inueniatur laborare conſilium. c. de ſponſ.

Apriſſimè igitur Interamnenſis Antiſtes Campanus aſſerit eos, quorum tanta
ſui fiducia eſt, vt alijs inconſultis ſibi ſolùm aliorum regimen fulciendum tribuunt; l. de Mag.
D alterutrum ex his neceſſarium eſſe, vel vt inter mortales Deus, vel vt inter homi-
nes bellua ſit; cùm autem fieri poſſit vt Diuinitatis apicem nunquam homo aſſe-
quatur, bellua ſit oportet, eò ſtolidior alijs, quò ſibi prudentior: Diuini ſpiritus
oraculo quàm benè hi auguuntur, *Via ſtulti recta in oculis eius, qui autem ſapiens* Prou. 12.
eſt, audiet conſilia. Quis credat! imprudentiſſimum ſe præſtat, qui ſe prudentem
opinatur; *Valdè ſtulto homini placet, qui ſibi placet*, ſic olim Hypponenſis Antiſtes.
qui conſilia aliena deſpicit, ſic cum Heſiodo Ariſtoteles, deſpicabilis vir eſt, & hom. de ouib.
imprudentiæ magiſtram docet eſſe Caietanus, vel ſocordiam, vel deſpicientiam
in conſilijs alienis audiendis. Indoctiſſimum omnium te probas, quia nullo te ia-
ctas egere conſilio.

Opportunè Menedemi effatum ad hoc roborandum Diuus Maximus refert; A-
thenas quàmplurimi pergunt, ſic ille, olim ſapientiæ, breui ſapientiæ amatores
fiunt, inde Oratores, demum Idiotæ. vides, vt quò magis Palladijs artibus, ſtudijs,
ætate, experientiâ ſapientior quis euaſerit, eò ſibi inſipientior ſit.

Sapientiſſimum Regum ad hoc idem nos excitantem audi. *Ne ſis ſapiens*, vel

Prou. 37. vt ſeptuaginta legunt, *Ne ſis prudens apud temetipſum*: hoc ipſum accipe ex Apo- A
Rom.12.16 ſtolo *Nolite prudentes eſſe apud vos metipſos*, hoc eſt ad Diui Chryſoſtomi & Theo-
ibid. doreti mentem, ne vobis perſuaſum animo ſit, quod alieno lumine non
egeatis.

§. I.

PLurimæ adhuc ſuppetunt rationes, quibus tùm alieni conſilij neceſſitas, tùm
vtilitas clariſſimè innoteſcit; primus ex his locus detur, quod perdifficile
alicui ſit, vt in rebus obſcuris & arduis omnia vnuſquiſque mentis acie aſſequatur,
cùm econtrà alterius auxilio ea ſcrutari & tenere facile ſit, ad quæ ſolus perueni-
re non valebas; *Conſiliatores aſſumimus in magna diſcredentes nobis ipſis velut non*
3. Ethic. *ſufficientibus dignoſcere*. ſic Ariſtoteles.

in Acticis. Libeat hic adſcribere quæ Pauſanias de quodam Erynno refert. Nobiliſſimus B
hic è Megarenſibus erat, & Delphicum Oraculum ſupplex poſtulauit, vt viam
aperiret, quâ proſperos rerum ſuarum euentus ſua patria ſortiretur; poſtulanti E-
rynno reſpondit Oraculum, tunc proſperrimè cuncta proceſſura, cum plures Con-
ſiliarios ad ſui regimen patria aduocaſſet, Quorſum tamen hùc Delphica oracu-
Prou. 11. la accerſire, cùm cæli oraculum præſto ſit. *Salus autem vbi multa conſilia*.

De Rege Conſiliarios ad ſui auxilium frequenter adhibente ſermonem habens
Syneſius ait, hoc modo caducitatem humanam ab eo compenſari, ſeque ex vno
multiplicem reddere, plurium oculis videntem plurium auribus audientem.
Hunc igitur naturæ defectum ſupplens, amicos in eiuſdem naturæ communionem
Orat. de *adſciſcit, vim quodammodo ſuam multiplicans; ità enim fiet, vt & omnium oculis*
videat, & omnium auribus audiat, omniumque animis in vnum conſentientibus con-
ſilium capiat.

Altera ratio eſt, cuius experimento quotidiè erudimur: inter enim tot incom-
moda, quibus humana natura per primæuam labem vitiata conficitur, non poſtre-
mum illud eſt, quod vnuſquiſque ſapientior & perſpicacior in alienis quàm in C
proprijs rebus euigilat; vbi namque de rebus noſtris agitur, offuſcantur noſtra
conſilia; & vel ex effæni aliquâ cupiditate, vel è cæco noſtrûm amore, vel è tur-
bulento animi fluctuantis motu diuersâ longè ſpecie noſtro obijciûtur aſpectui eo
prorſus modo quo iucundum Neroni ſpectaculum erat, Romam videre ſuiſmet
flammis æſtuantem, eo quod illuſtri ſmaragdo ad eas inſpectandas vteretur. Bar-
apud Curt. barum virum audi hac de re barbarè ſermocinantem. *Natura mortalium hoc quo-*
lib 7. *que nomine praua & ſiniſtra dici poteſt, quod in ſuo quiſque negotio hebetior ſit quàm*
in alieno. Turbida ſunt eorum conſilia qui ſibi ſuadent; obſtat alijs metus, alijs cupi-
ditas, nonnumquam naturalis eorum quæ cogitauerit amor.

De Iulio Cæſare narrat Seneca, quod vbi corruptos, profligatoſque mores qui-
bus ſuum nomen impurauerat Iulia filia ab alijs accepetit, dolore impotens exu-
lem eam abeg e, ſæuijt in adulteros, ſuaque opprobria incautus aperuit; at vbi
furor reſedit, ſuaſque erubuit explicare ignominias, pœnitentiâ tactus de tàm fæ- D
Senec.l.6. dâ notâ ſuo nomini ſuæque familiæ inuſtà, frequentiſſimè in illa erupit, *Horum*
de benef. *nihil mihi accidiſſet, ſi Mecænas aut Agrippa vixiſſet*. Aequiori enim conſilio eius
c.32. animum Mœcenas & Agrippa flexiſſent, & in re tàm graui perferuidos eius mo-
tus ſalubriori conſilio temperaſſent. Quis iam prudentiorem ſe Cæſare fecerit,
quem ad terrarum orbis dominium ſua prudentia euexit. Naaman etiam Syrum
4. Reg.5. hic libens omiſerim, cuius ſapientia ea fuit, vt Syriæ Regis amorem occuparet;
hic tamen inter Elephantiaſis ſordes adhuc ſqualeret, niſi conſilij ſui compreſsâ
ſuperbiâ, famulorum monitis adhæſiſſet.

Ad tertiam iam rationem efferendam accedo; cùm enim ſuperbis teſiſtere di-
catur Deus & humilibus fauere, non raro accidit, vt aurâ propitiâ eorum nego-
tia in amicum portum vehantur, qui ſibi nimiùm confidentes aliorum conſilia in-
hom. 12. in ſolenti faſtidientis animi arrogantiâ reijciunt, eòque ſuperbiæ deuenerunt, vt Del-
prouerb. phicum ipſi ſe eſſe oraculum credant, in promptu Baſilius eſt. *Superbia magna ha-*
betur

betur exiſtimare, ſe nullius egere conſilio, ac ſibi ipſi penitùs acquieſcere, quaſi vel hom. 12. in
A *ſolus ſapiat, vel quia optima in medium conſulere valeat.* prouerb.

Chriſtianam demiſſionem hac in re ſapientiſſimis etiam à viris exigit Deus; quis enim eâ ætate Moyſe ſapientior, cùm Aegyptia in aulâ ſapientiſſimos habuerit in re Politicâ præceptores, eumque Diuino calculo Deus ipſe tanquam ſui adminiſtrum elegerit? hic tamen annon Iethri conſilio ſe accommodauit, eiuſque monita licet barbariem redoleret, & Idola coleret, paratiſſimus excepit & ſeruauit. Exod. 12.

Quicunque igitur ſibi ſoli regiminis moderandi vim tribuerit, ſuperbus quidem audiet non ſapiens, audax dicetur non prudens: in hac olim ſententiâ Liuius fuit, *Qui de ſuâ vnius ſententiâ omnia gerit, ſuperbum hunc magis iudicabo quàm ſapientem.* lib. 44.

Quarta etiam ea ratio ſit, nempè vt maiori quadam honeſtate faciendum opus effulgeat, tum quià, eum populi non ſubito quodam violenti animi motu, ſed maturâ grauique conſultatione prius adhibitâ deliberationem aliquam deriuatam à
B Principe animaduertunt, facilius illi adhærent eamque alacriùs proſequuntur, *Principes meliores æſtimantur, ſi non omnia ſoli præſumant*; ſic è Caſſiodoro Athalaricus. tum etiam quia ſi res peragenda, ſpe omnium eluſâ, malè ceſſerit, quis eum de ſiniſtro euentu damnauerit? eum tot ſapientum virorum conſilium adhibuerit, ſibique eorum mentes ſubſidiarias adiunxerit; eorum dicteria ille declinabit, qui res non ratione ſed euentu ſæpe fortuito metiuntur: vſitatum nempè hoc crimen eſt apud homines ait Plinius, *Eſt omnium vſu receptum, quod honeſta conſilia vel turpia, prout malè vel proſperè cedunt, ità laudantur vel reprehenduntur*, in hos ſubirata Phillis Ouidij voce ſic intonuit. l. 8. ep 9. epiſt. 5 ad Ruffum.

Exitus actâ probat, careat ſucceſſibus, opto,
Quiſquis ab euentu facta notanda putat. ep.

Poſtremum claudat agmen quinta ratio, numero quidem vltima non dignitate; hæc autem ea eſt, ne ſi infelici ex euentu fine fruſtrentur ſuo, ſerâ poſtea & inuti-
C li pœnitentiâ crucientur. Si Epiſcopus, qui erecti animi ſit, & conſcientiâ benefactorum ſuum nomen ſuſtentare contendat, opus arduum & lubricum, ſuo tantùm conſilio fretus, agendum ſuſceperit, difficultatibus implicetur, & plura ſortiatur, quæ illud faciendum oppugnent, quantùm nam, Deus immortalis, animo cruciabitur, & quænam eum ſubibit ſui operis pœnitentia ſed inutilis! cùm econtrà ſi prius litteris & experientiâ illuſtres viros, & ad difficilia quæque inueſtiganda idoneos in ſui conſilium accerſierit, nullâ triſtitiâ laborabit, magnoque illi ſolatio erit ſuæ menſura prudentiæ, quâ omnia temperauit. Non ipſe vnus errauit, ſuorumque oculorum lumine non contentus alios etiam clariſſimos adhibuit, vt rerum humanarum ambages agnoſcerent, Deoque demùm rerum omnium authori operis exitum commendans, ex eius arbitrio quæcunque licet improſpera & triſtia hilari manu complecteretur; è Dei voce hoc audias. *fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pænitebis*: Magna ei de ſecuritate conſcientiæ tranquillitas erit Eccl. 32.
D iuxtà Hugonis Cardinalis explicationem, *Et poſt factum non pœnitebit, ideſt pro facto tuo non tenebis pænam.* Eorum hæc magis animum exhilarant recte antque, qui ſuis in operibus infelicem plerumque exitum naneiſcuntur, cùm frequentiſſimè, vt Sanctus Pater Chryſologus docet, in vſu ſit, ad fæliciter explicanda negotia imprudentiam quàm prudentiam maiori eſſe adiumento. *Quidam omnia imprudenter agunt, & ipſis pro voto ſuccedunt, quidam omnia conſilio diſponunt, & ſemper in contrarium eis cedunt.* ſerm 9.

§. II.

Explicatis iàm rationibus, hoc idem congeſtis exemplis roboretur, quæ tot tantaque ſunt clariſſimis è viris excerpta, vt ruborem cuicunque inferre valeant, qui aliorum conſilijs acquieſcere detrectant. duo notatu perdigna memorantur à Diuo Ambroſio, primumque hotum in Regum Magno Dauide verſetur. p. de off. 32.

quis ignoret, quàm compoſitus ad Dei voluntatem hic fuerit, & quàm prompto A Dei ſuffragio ad Dei populum gubernandum fuerit approbatus? tantus tamen hic vir Ionathæ adhuc adoleſcentis ſententiam requirit, excipit, eique ſubſcribit, *Dauid cum eſſet prudentior, Ionathę tamen iunioris conſilijs acquieſcebat.* Iam Paulus Apoſtolus prodeat; annon hic ad diſſeminandam Chriſti fidem, aureâ veluti tubâ perſonuit? annon ſapientię cęleſtis ærarium pius animus erat, Deo locupletante ditiſſimum! hic tamen Oneſimum ſibi adeſſe cupiens, Philemoni profeſſus eſt, non abſque eius conſilio aliquid præſtiturum. *Sine conſilio autem tuo nihil* Ad Philem. c. vnic. *volui facere.* Aduerte, ait Ambroſius, *Quàm ſedulus perſuaſor, qui cùm eſſet vas Electionis, conſortium conſilij non dedignabatur alieni.*

De Maximo litterarum omnium Magiſtro quid nobis dicendum? grandi iam hic ætate confectus, cùm Antiſtitem quendam ægrè aliorum conſilio acquieſcere epiſt. 75. ad Aux Epiſc. animaduerteret, ad eum ſcribens ei ſignificauit, *Ego ſenex a iuniore, & Epiſcopus tot annorum à collega nedum anniculo, paratus ſum doceri.* Diuum Arſenium, virum vtporè in aulâ Cæſarum, Honorij, & Arcadij educatum, tùm mentis acu- B in eius vit. mine, tùm rerum peritiâ inſignem, Metaphraſtes refert, non tantùm expertos Anachoretas ad ſui conſilium aduocaſſe; ſed ipſoſmet illiteratos & rudes: aptè hic conſonat vetus illa parœmia,

Et quandoque olitor fuit opportuna locutus.

Diuus Bernardus, cuius ingenio perfectiſſimi Pontificis Idęa in libris de Conſideratione admirabili fuit ſtylo deſcripta, hoc breui moriturus ſibi tribuit, nunquam ſcilicet ſuo iudicio ſe adhæſiſſe, ſed aliena ſemper ſuffragia proſecutum, *ſemper minus meo ſenſui, quàm alterius credidi.*

Sed præ omnibus ad ſacros Antiſtites inſtruendos ſufficiat Diuus Hugo Lincol- Surius 17. nou. nienſis Antiſtes, de quo ſic apud Surium eius vitæ ſcriptor habet, *Suſcepto itaque Præſulatu, prima cura & ſollicitudo ei fuit, vt viros ſapientiâ & ſcientiâ inſtructos atque in timore Dei probatiſſimos ſuo lateri adhiberet. Horum conſilio & auxilio fretus paſtorale munus perquàm ſtrenuè executus eſt.* Nullâ quidem aliâ in re tam vtilitèr ſuum opus opeſque ſuas Antiſtes impendit, quàm in probis Conſiliarijs ſibi adſciſcendis. verùm vt innumeros propè Sanctos Antiſtites hac in re præ- C tercam, ſuperiori ſæculo Diuus Carolus Borromeus tanquam piiſſimorum Anti- Giuſſan. in eius vit. ſtitum abſolutiſſima imago nobis illuxit. quantâ hic in rebus agendis dexteritate, & perpendendarum rationum prudentiâ excelleret, ex Eccleſię Mediolanenſis actis poſteritati relictis colligi ſatis facilè poteſt. Quis tamen tanti viri pietatem & modeſtiam abſque admiratione non memoret, cùm in quacumque re alienum conſilium poſtularet, adeò vt plures ipſe conuentus inſtitueret, quibus ipſe præſens de rebus agendis inſtrueretur.

Sed & illud de Paulo Tertio Pontifice memorandum mihi paritèr occurrit: hic Annib. Scot. in Tacit. enim magnanimos ſemper viros adſtare ſibi voluit, vt eorum conſilio in rebus arduis pertractandis vteretur. hinc poſteà factum eſt, vt ambo hi Præſules, non tantùm illuſtri prudentiæ & fœlicitatis famâ, Supremo totius Eccleſiæ Regimini Paulus, Mediolanenſis Carolus præeſſet, ſed etiam vt ex eorum Collegijs tanquam ex equo Troiano illuſtriſſimi viri prodirent, quorum operâ plures populi corum D patrocinio commendati fœliciſſima ætate fruerentur.

Vides igitur tùm rationibus, tùm exemplis abundè ſatis probari, veram eam eſſe prudentiam, quæ imprudens ſibi æſtimetur; quicunque igitur facilem alienis conſilijs animum non habuerit, magno cum diſcrimine tùm ſuo, tùm alieno, populorum adminiſtrationi præficitur: quapropter ſapientiſſimo Gręci illius effato Diuus Hieronymus adhæſit, qui fęliciſſimum eum ex hominibus primùm dicebat, qui verâ prudentiâ excelleret, tùm eos qui prudentium virorum conſilijs acquieſcerent; econtrà verò tùm ſibi, tùm alijs eos futuros inutiles, qui neutrâ ex his ani- in c. 3. Iſai. mi dote præſtarent. *Græci Poetæ laudabilis illa & admiranda ſententia eſt, Primùm eſſe beatum, qui per ſe ſapiat; ſecundùm qui ſapientem audiat: qui autem vtroque careat, hunc inutilem eſſe tàm ſibi quàm omnibus.* Et ſanè quid hoc verius dici potuit? vt enim temperati & prudentis animi eſt ſuæ nimis non affigi ſententiæ, ſic palmari mentis arrogantiæ tribuendum eſt, quod non tantùm ſuam opinio-

A nionem nimio Præſul amore depereat, ſed obdurato animo velit eam tueri: nequiſſimâ, vt ità loquar, ianitrix hæc præſumptio eſt, cuius prauitate ſalutaria conſilia excluduntur, abſque eo quod ne vni quidem aditus pateat, illud è flagitioſæ politicæ latebris eruens *Diminutio maieſtatis, feciſſe mutanda*; è quo quanta pernicies quantaque incommoda deuoluantur in populos, quis vnquam orati one aſſequi valeat? Senec.ep.6.

Quatuor mihi Antiſtites innoteſcunt magni cæteroquin nominis, & eximiâ famâ conſpicui, qui ſui conſilij ſuperbo quodam rigore nimis tenaces, eò quod ad ſaniora conſilia ſuam flectere ſententiam nollent, tantis perturbationibus & incommodis ſe alioſque immiſcuerunt, vt à ſua Diœceſi diù cogerentur abeſſe, inhonori penitus & inglorij: Deus ipſe, cuius voluntas immutari non poteſt, ſuâque mentis acie, à primo cæli apice ad extremum inferorum marginem nullo obice eluctante percurrit, non ſemel ad nos erudiendos oſtendit ſuam immutare ſententiam, Moyſis aliorumque deſiderijs adhærens; an ergo nos homunculi ab opi-
B nione noſtrâ diſcedere erubeſcemus, ne minores eo, quem conſulentem ſequimur videamur? Diuina ipſa ſapientia totiuſque prudentię fons ad humanam infringendam arrogantiam, ſuæ Matris, fabrique lignarij conſilijs acquieuit, cùm poſtquam eis ſignificauerit, ſe cæleſtibus legibus inhærentem quærendum ab eis non eſſe, animum tamen ad eorum arbitrium flexit, dimiſſoque inchoato opere paſſus fuit ad patrias ædes adduci, vbi triginta annorum ſpatio ad eorum ſignum & nutum mandata omnia exequebatur, *Et erat ſubditus illis* audi adhęc Diuum Bernardum, Luc. 2.
Quis iam non erubeſcat eſſe obſtinatus in ſuo conſilio, quando ſuum ſapientia ipſa deſeruit? Sic mutauit conſilium ſuum, vt quod iam tunccaperat, ex tunc vſque ad trigeſimum ætatis annum prorſus dimiſerit. Nos igitur qui dubijs ſemper irretimur ambagibus & incerto rationum hinc inde feruentium motu fluctuamus, qui perturbationibus ęſtuamus, adeò nobis arrogamus, vt ne videamur erraſſe, tueri velimus errores, & conſilia noſtra fulcire? Sapientis hoc ſanè non eſt, ſed amentis, ſerm. 3. de Reſur.
C nec ſuum decus hac ratione ſeruatur at vitiatur, populos non regere, ſed perdere eſt: egregiè iterùm Bernardus. *Sola, quæ ex Deo ſapientia ſalutaris eſt & pacifica; non abundans in ſenſu ſuo, ſed alieno magis acquieſcens conſilio vel iudicio.* ſerm. p. de nat. Dom.

Licet autem æquè vituperanda in moderatoribus ſit nimia in ſuâ fulciendâ deliberatione imbecillitas, ac pertinacia, cùm tamen è re noſtrâ vel è populi vtilitate arbitramur indutam opinionem exuere, tunc leuitati non eſt tribuendum at virtuti, non vitio at laudi, ſi ab incepta ſententiâ recedatur; fidem tibi de hoc dantem accipe Diuum Ambroſium. *In melius mutare propoſitum, non leuitas ſed gratia eſt, non culpa ſed virtus.* Superbiam intolerandam faſtumque moleſtiſſimum redolet ſtoica illa ſententia, *Nunquam ſapientem facti ſui pœnitere, nec vnquam emendare quid fecerit, nec mutare conſilium.* ipſe idem Stoicorum Princeps Seneca pronunciare non dubitat, incerta hac de re Stoæ ſtudia fluctuare; nec mutari dicendus eſt ſapiens, ſi rerum circumſtantijs immutatis, ipſe illis inſeruiat. *Non eſt leuitas à cognito & damnato errore diſcedere, & ingenuè fatendum eſt, aliud putaui,* in pſal.118. l. 4. de beneſ.c.24. idem c. 28.
D *deceptus ſum; non eſt turpe cum re mutare conſilium.* commendandus ſanè omnibus ille viator eſt, qui longiori dimiſsâ viâ, breuiori vel ſecuriori ſtudet, ſi hæc illi recentèr oſtendatur. Diſtinctionem hanc à Diuo Auguſtino habes ſic loquentem. *Turpe eſt mutare ſententiam, ſed veram & rectam, nam & ſtultam & noxiam laudabile & ſalubre eſt.* epl14.

Hinc autem aptè deprehendas, quàm hi omnes aberrent, qui ſuam vulnerari famam exiſtiment, ſi à propoſitâ ſententiâ, ac ſi erraſſent, abſcedant; in ſuo igitur propoſito obdurati pro ſuo ſcopo habent vel voluptatem in ſuâ fulciendâ deliberatione perceptam, vel moleſtiam, quâ eandem abiurantes vexarentur: quibus de cauſis rudes & ignaui à Philoſopho appellantur, eo quod debitâ honeſtate poſthabitâ genio ſuo indulgeant, & feruidæ ſuæ mentis arrogantiæ blandiantur: eadem igitur ratione, quâ ſapientum ſibi nomen comparare contendunt, decipiuntur vt ignari, dum Diuini Spiritus Magiſterio docemur, nihil ipſâ ſapientiâ mutabilius eſſe, *Omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia*: nullibi Ariſtot.7. Eth c.9.

enim

enim facilior & flexibilior hæc eſt quàm in animo ſapientis; quàpropter non veritatis amantes ſe præſtant at ſui, eamque ſolùm amant, ſi ſuis tantùm conſilijs adhęreſcat. veterem igitur paræmiam pro capitis coronide vſurpemus, *Sapientis eſt mutare conſilium.* A

Sap. 7.

Quales futuri, quos in ſui conſilium adhibeat Epiſcopus. Cap. VIII.

AD eorum iam dotes explicandas properemus, quos ſibi Conſiliarios adſciſcat Antiſtes, ne venenum pro medicamento ebibat, lupumque caninâ ſub pelle latitantem nanciſcatur; quò enim facilius eſt, vt magno numero Conſiliarij recenſeantur, eò difficilius, vt probi ſpectatique ſint omnes: ſiquidem quàmplurimi ſunt, qui optima ſuggerere conſilia vellent, at ea ignorant, alij non ignorant, ſed nolunt. Magnum quidem diſcrimen, vt diximus, eſt ſuæ opinioni ſe committere alijs inconſultis; longè tamen maius eſſet, ſi aliena conſilia requirentes, perditos conſiliarios ſortiamur. Hinc Diuus Bernardus ad Antiſtitem Senonenſem ſcribens ingenioſiſſimè expendit, quod cùm Diuinus Spiritus vna ex parte conſilij alieni neceſſitatem deprehenderet & ex aliâ eorum paucitatem, quorum conſilio acquieſcere valeamus ait, *Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi vnus de mille.* vix è mille qui prudentes habeantur, eligendus tibi vnus erit, *Vix in multitudine hominum vnum reperias in vtraque parte conſumatum; haud facile ſiquidem vel prudenti beneuolentiam, vel fideli ineſſe ſapientiam deprehendas: ſine numero autem ſunt, ques vtriuſque muneris expertes eſſe conſtiterit.* B

ep.42.

Eccl. 6.6.

Quamuis autem optimè mihi innoteſcat, quàm in huiuſmodi fructibus progerminandis noſtri ſoli nequitia ſterileſcat, adhuc tamen, quià plurimi Deo fauente non deſunt, placet hîc ea illis ſuggerere, quæ ad fidelem probumque Conſiliarium conſtituendum poſtulantur, vel adminiſter, vel Canonicus, vel quicunque alius ille ſit. C

in Gloſſ. Eccl. 37.9. Quatuor à Rabano dotes adſcribuntur: *Prauidenda eſt Conſiliarij prudentia, fides, voluntas, Religio.* quintam & nos ſuperaddimus, hoc eſt Experientia.

Prudens igitur, amicus, probus, fidelis Conſiliarius ſit. Probum autem eſſe, quod illa voce *Religio* ſignificatur, idem prorſus eſt, ac moribus integerrimis pręſtare, virtutes excolere, Deique legi firmiſſimè adhærere. Puellæ inſtar florentiſſimæ prudentia eſt: an igitur hæc inter vitiorum & ſcelerum ſordes poſſit cùm voluptate verſari? quis probum ab eo conſilium expectet, qui ſibi probus ipſe non ſit? Ex ipſo Lycæo ſalutare hoc monitum liceat haurire & roborare: Do illud. *Patet igitur ex dictis fieri non poſſe, vt ſine prudentiâ ſit homo propriè bonus, & abſque morum virtute prudens.* an meę ſaluti conſulet, qui negligit ſuam? licet autem rectiſſimis me velit conſilijs erudire, longiſſimè in ijs impertiendis aberrabit; cùm enim diuinis rationibus poſthabitis, humanis tantùm ſtudijs vacet, an recta vnquam ea negoria poſſint eſſe, quæ ab vnicâ eorum normâ diſcedunt, hoc eſt à Diuinâ voluntate; fontem quis credat ſe Chryſtallinum hauſturum è cœnoſa ſordentique palude? quis ergò flagitioſo ex animo clarum ſibi effulgere conſilium poſſe confidat. *Aduertamus igitur, quod in acquirendis conſilijs plurimum adiungat vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentiæ vſus, frugalitatis gratia; quis enim fontem in cœno requirat, quis è turbidâ aquâ potum quærat?* Ambroſium dedi; mihi ne conſilio ſuo ſalutaris erit, qui perniciosſus ſibi ipſi eſt, an mihi prudens, qui moribus imprudentiſſimis ſordet? *Quis vtilem*, ſic pergit idem Ambroſius, *iudicet cauſæ alienæ quem videt inutilem cauſæ ſuæ? An ne eum idoneum putabo, qui mihi det conſilium, qui non dedit ſibi? & mihi eum vacare credam, qui ſibi non vacat, cuius animam voluptates occupant, libido deuincit, auaritia ſubigit, cupiditates perturbant.* D

Ariſtot. 6. Eth. c. 13.

li. 1. de off. c. 12.

Perſpicaciſſimus quidem erat Achitophel & eximiè in rebus pertractandis inſtru-

A ſtructus : oraculi inſtar eius vox excipiebatur, & velut ad cæli tripodem populi &
Principes ad eũ confluebant. *Conſilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis,* 2. Reg. 16.
quaſi ſi quis conſuleret Deum : ſic erat omne conſilium Achitophel, & cùm eſſet cum
Dauid, & cùm eſſet cum Abſalon. Verùm quia pietate carebat, filium in parentem Principem in ſubditum irritabat, adeò vt ni Chuſai diuerſâ longè prudentiâ veluti clypeo eius ictus retudiſſet, Dauidis tùm vita, tùm regnum, filij ambitioni immolatum, miſerrimè inter compedes & vulnera perijſſet. vt ſimiles conderet Conſiliarios quàm fœdè ſtuduit Macchiauellus, cui pro Euangelicâ fide Politica ratio eſt. non igitur Hyerarchis tantùm, ſed profano cuicumque Principi vſurpandum illud Iacob effatum eſt, *In conſilium eorum non veniat anima mea.*

Memorandum omnibus illud eſt, quod de Carolo Octauo Galliarum Rege nar- Geneſ. 49.
ratur. amicè ſuum pincernam percontatus fuit, an paucos ipſe arbitraretur è Regibus æternæ felicitati donandos, ſimulque rationem traderet quâ ſibi illud ſuaderet. adhæc cùm venerabundus Procer ille taceret, ipſe ſibi reſpondens ait, velB
què verum hoc eſſe, nullàque aliâ de causâ id deriuare, quàm eò quià paucissimi ſunt, qui in ſuis conſilijs aperiendis honeſtatem tantùm & Deum intendant. illud hìc etiam referendum mihi videtur, quod olim à meo patruo accepi, qui diù in aulâ Hiſpanâ ſuam operam præſtitit; Regem Philippum Tertium ſemel alloquens eius concionator, ait, ſe Dæmonas plures inter ſomnia aſpexiſſe, catenam trahentes, qua bini obſtricti erant Conſiliarij, Confeſſarius, ipſeque omnium poſtremus Rex; hunc interrogans Concionator, *Quò Veſtra Maieſtas vadit*, reſponſum ab eo accepit, *Quo iſti me trahunt.*

Ad regiminis igitur fœlicitatem, ad ſecuritatem ſalutis, ad ſui nominis famam maximi momenti eſt, ſpectatos viros ad ſui conſilium quærere & habere; meritò
igitur Interamnenſis Antiſtes Campanus, *Permagni refert, quorum conſilio vtaris* lib de Magiſtr.
ſi bonorum, nihil ſpecioſius & tranquillius agi poteſt; nihil fœdius & turbatius, ſi malorum.

Quod ſecundo loco requiritur fides eſt, quæ in eo verſatur, vt in eâ re de quâ
C agitur, nulla prauâ cupiditate turbetur, & nec amoris, nec odij, in eos quibus cum agit proſequatur : Magni hoc eſt æſtimandum, ipſiuſque Diuini Spiritus ore docemur, quàm plurimos eos eſſe, qui dum alijs conſulunt, ſibi conſulunt, &
charitatis obtentu ſua commoda venantur. *Omnis Conſiliarius prodit conſilium,* Eccl. 17.
ſed eſt conſiliarius in ſemetipſo. his autem incommodis obnoxios potiſſimùm Princi-
pes & Præſules eſſe ait Lyranus, *Sed eſt Conſiliarius in ſemetipſo, ideſt propriam in-* ibid.
tendens vtilitatem, & non proſpicit boni eius cui dat conſilium; at hoc frequentèr contingit in conſiliariis Principum & Prælatorum. Quàm ſanè miſerandum, vt eius qui tuæ ſapientiæ ſe committit excidio magnus fieri viderique coneris, eiuſque infortunijs fortunaris infœliciſſimus ille ſit neceſſe eſt, qui fraudolentum ſibi experiatur quem maximè putabat ingenuum, adeò vt ſui ſuperioris authoritate vel ſuis commodis amplificandis ſtudeat, vel ſuperbiæ ſuæ ſuęque perfidiæ nutriendæ. cœleſti igitur eruditus oraculo cautè procedas precor, nec temerè tui pectoris arca-
D na explices, priuſquàm accuratè perpenderis, an aliquâ ipſe neceſſitate prematur, quâ venalem ſuam famam proſtituat, ſuumq; commodum tuo præponat. eius animi fibras introſpice ſi potes, vt eius arcana tibi pateant, & feriò perpendas, an tuis
ipſe ſumptibus ſuam ſibi fortunam mercari velit; *A Conſiliario ſerua animam* Eccl. 37. & 39.
suam : prius ſcito, qua ſit illius neceſſitas, & ipſe enim animo ſuo cogitabit. vel vt habet Tigurina *Caue tibi ipſi à Conſiliario, & cuius ipſe indigeat rei cogita, nam ipſe ſibi conſulet.* Vſitatum erat Friderici Cæſaris effatum, tunc ſuas alienis conſilijs aures præſtiturum; cùm certò ſciret, quod ad ſuæ veſtibulum regiæ res duas ſui conſiliarij exuiſſent; quænam hæ duo eſſent rogatus reſpondit, *ſimulatio & diſſimulatio.* Sapientiſſimè dictum, cum enim priuatâ aliquâ ratione Conſiliarij ſimulationem induunt, veritate dimiſsâ, fucatis tantùm rerum nominibus innituntur, vitiatur finis, media corrumpuntur, minimoque pretio Principis & Præſulis fides
venditur; ſed audi Saluſtium. *Omnes homines qui de rebus dubijs conſultant, ab*
odio, amicitiâ, irâ, atque miſericordiâ vacuos eſſe decet. Haud enim facilè animus in Catilin.
verum prouidet, vbi iſta officiunt, nec quiſquam hominum libidini ſimul & vſui
paruit;

Digitized by Google

paruit, vbi intenderis ingeniũ valet, ſi libido poſſidet & dominatur, animus nihil valet. A

Ipſemet cœleſtis Magiſter hoc approbauit; vt ſe populorum aſpectui daret, conſanguinei eum feruidè hortabantur, non eius famam, ſed ſua incrementa ſpectantes, non eius gloriam ſed ſuam ſimulatis artibus affectantes eum ſic excitabant;
Ioan.7. *Tranſi hinc, & vade in Iudæam, vt & diſcipuli tui videant opera quæ facis:* Eorum artes & voces eluſit ſapientiſſimus Dominus, qui fictitia à veritate diſtinguens, ad eorum ſermones obſurduit.

Tertio loco *Prudentia* exigitur: quia tamen prudentiæ laudem nullus ſibi poteſt adſcribere, niſi rem, de quà agitur, abſolutâ cognitione poſſideat, idcircò perfecta erit prudentia, quam ſimul experientia & vſus comitetur. filium, quem vnicè habebat in delicijs ſenex Tobias, hac de re ſic admonuit, *Conſilium ſemper à ſapiente require* Græcè legitur, *ab omni prudente*, Syriacè *ab omni perito.* tria hic ſimul ad prudentiam ſtatuendam coaleſcunt, vt enim Iuriſperitum non conſulet Medicus de ęgroto ſanando, ſic animis curandis præfectus Antiſtes, vt deſperato morbo medicamina præſtet idonea, haud quaquam inexpertos iuuenculos, viroſque nullo re- B
rum vſu pollentes ad ſui conſilium accerſat, ſed eos qui tùm cognitione, tùm peritiâ valeant in eiuſmodi morbis retundendis, *ibi enim*, vt ait Diuus Gregorius
In cap.p. Reg *ſunt poſtulanda conſilia, vbi ſpiritualis ſcientiæ gratia coruſcat.* Prudentis haud erit, cùm publica res agenda eſt, quæ populorum odio ſit obnoxia, Theologum conſulere è religioſâ familiâ, qui vel imperitiâ, vel ardore immodico ductus, aberrare maximè poſſet in ijs medijs amplectendis, quæ morbum non extinguerent at excitarent, reprobandum item ab Antiſtite conſilium eius eſſet, qui licet doctus; adhuc tamen eſſet imperitus, vel inquietâ animi aptitudine magis quàm par ſit efferueſceret: quid enim aliud ex huius conſilio ſperet Antiſtes, quam vt præceps in tranſuerſum ruat? cùm enim rationis honeſtate non illuſtretur, nec rerum circumſtantias æquâ tranquillâque mente perpendat, eò raptabitur, quò praui eum motus impellunt, & ſuarum cupiditatum prurigine, inter tumultus & rixas miſerè deuoluetur: *Cùm fatuis conſilium non habeas; non enim poterunt diligere niſi quæ eis*
Eccleſ. 8. *placent.* Sic Regum Maximus.

Diſcrepant aliqui, an è conſiliarijs præhabendus ſit, qui vel nimis promptus, C
vel nimis lentus fuerit? expeditè reſpondeo, imparem vtrumque huic muneri eſſe; qui enim nimis cautus fuerit, ſuſpensâ ſemper cogitatione fluctuabit, & recentibus ſemper ambagibus Antiſtitis animum implicabit; qui verò nimis audax, ad effrenes & violentas deliberationes eum abripiet.

Quanti momenti ſit, Conſiliarios & adminiſtros tùm prudentiâ, tùm ſapientiâ illuſtres adhibere è Roboani filij Salomonis exemplo licet addiſcere: Vt tributa, quibus Iudæum populum Salomon onerauerat diminueret, exoratus hic fuit, rem diſcutiendam purpuratis & adminiſtris ſuis tradidit Roboanus, quem vniformi omnes ſuffragio conſuluerunt, vt tùm ad ſibi confirmandum imperium, populique animos obſtringendos datis precibus indulgeret. Refragati huic ſententiæ fuere Procerum aliqui, & ex aulicis quidam adoleſcentes rerum publicarum penitus imperiti, ac ſi Maieſtatem Regiam obſcuraret, & populorum audaciam enutriret. Principem igitur hortati fuere, vt acerba reſponſione populi os obſtrueret, vocibuſque D
etiam minas ſuperaddens illi indiceret, vt, ni acquieſcerent, maioribus etiam tributis premerentur. horum ſententiæ alacritèr adhæſit miſerrimus Princeps, ideo-
3. Reg.12. que *Reſpondit Rex populo dura derelicto conſilio ſeniorum, quod ei dederant, & locutus eſt eis ſecundum conſilium iuuenum.* Quid hinc effluxerit, è ſacris litteris habes: decem frequentiſſimæ Tribus à Roboani fide diſcedentes, conſpiratione facta ſe Hyeroboamo dedere.

Vt recentiora referam, Antiſtites aliqui mihi innoteſcunt, qui virorum licet ſapientum & fidelium conſilia fuerint amplexati, quia tamen præferuida erant & immatura, tot ſe labyrinthæis inuolucris vnius diei ſpatio obſtrinxerunt, vt multorum annorum interuallo vix ea vincula & pericula excuſſerint. auream è Liuio ſententiam licet hic apponere. *Conſilia licet callida & audacia primâ ſpecie læta*
lib.36. *ſunt, tractatu dura & euentu triſtia.*

Vt ab hiſce Conſiliarijs recedamus, Diuinus nos inſtruit ſpiritus hoc ſtylo, *Ne*
Eccl 37.10 *fortè mittat ſudem in terram*, vel vt è Græco fonte legitur, *Ne fortè iaciat ſuper te*

ſortem

ſortem, & dicat tibi, eſt bona via tua, & ſtet è contrario quid tibi euenerit, hoc eſt,
A ne ſplendido conſilio & ad ſpeciem compoſito te in foueam adducat, tuamque famam ijs obiectet periculis, quibus illa extinguatur, caue: nam poſt datum perfidioſum conſilium, auidus ille ſpectat, & expectat, quem nam exitum ſortiatur. Hos biuiâ & obliquâ ſemper incedere viâ, ait Hugo Cardinalis, adeò vt, ſi res improſpere ceſſerit, illud habeant præ ore, non feciſti eo modo, quem tibi præſcripſi, & è circumſtantiâ aliquâ in agendo omiſſa, totum illud infortunium emanaſſe affirmant, eo quidem modo, vt ipſe ait, quo Medici, & Aduocati vtuntur. Duplicem ad ſenſum torqueri poſſunt eorum conſilia, vetuſtis illis oraculis prorsùs ſimilia, *Ibis redibis non morieris in bello*. ibid.

Nec ex illis deſunt, qui poſtquam Epiſcopum moleſtis ambagibus illaquearint, ab eo alieni recedunt, & ne in partem calamitatum veniant, alios ipſi præeunt in Epiſcopi prudentiâ damnanda, ac ſi eius opera ſuis ipſi conſilijs non cofirmaſſent; Epiſcopo mihi perquàm familiari hoc contigit, qui ideo non exiguo popularis rumoris diſcrimine laborauit.

B Huiuſmodi autem viri non tantùm imprudentes & ignari vocandi ſunt, ſed infideles etiam & perfidioſi, vt potè qui fides ea in ipſis deficiat, quæ ad probatos Conſiliarios inſtituendos extremo loco requiritur. *Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam*. Sic de ijs Salomon. non ea fallaci amico mens eſt, vt viam ſibi rectam conſilijs probatis aperiat, ſed tantùm vt aurium prurigini blandiatur, vt Veneres tantùm foueat, & Gratijs exornandis inſeruiat. Eliothropia amicorum dixeris; ad eorum enim arbitrium quocunque ſe vertunt, ſuaſque ſententias inflectunt, vt eorum genio adulentur, & ſecuro veritatis tramite eductos, per inuia deuiaque vitiorum præcipites eos abigant. ad huiuſmodi ſcopulum validiora & opulentiora nauigia illiduntur, vt pereant: adeò homines ſe ipſos quærunt, ſuæque incrementum famæ aucupantur, vt ij ſolummodò conſiliarij excipiantur, qui ſuæ voluntati adhæreant, eorumque ſuffragia numeris omnibus abſoluta & probatiſſima præ alijs eligantur, quæ licet alijs iniquiora ſint, eorum conformantur ingenio. Prouer. 16.

C Fœliciſſimi igitur omnium habendi ſunt illi, qui ingenuos fidoſque amicos nacti, ea tantum auxilia ab ijs excipiunt, quæ decent, non quæ placent. De Virginibus fœminis loquens Tertullianus ait, *Iam & Conſilium fama petunt à ſpeculo*. Speculi inſtar Conſiliarius ſit, qui vel maculam, vel labem vllam non abſcondat, non obneler, ſed aperiat, & oſtendat, vt ex amici ſpecie morum vitia deleantur. Hos nobiſcum adeſſe Conſiliatios docuit Epictetus, quorum operam dubijs in rebus adhibeamus, *Approbato eos, qui benè conſulere cupiunt, non autem eos qui vbique adulari ſtudent, illi enim vtile in veritate cernunt, iſti verò ea, quæ potentibus placent ſpectant, corporumque vmbras imitantes, omnibus eorum dictis aſſentiuntur*. Aſſentatores huiuſmodi Coruis Epitectus idem conferebat; vt enim hi Cadauerum oculos eruunt, ſic & iſti videntium animos excœcant; Macedo Philippus accedat, & Demetrij Conſiliarij nequitiam regio ore teſtetur. Vt bellicoſo hic Regis ingenio blandiretur, eiuſque æſtuantem ambitionem magis accenderet, ad Græciam validâ armorum vi impetendam eum excitauit. quid hinc Regi factum? li.de Virg. cap. 12. in Enchir.

D in eas calamitates ruit, vt Græcis fœderati Romani regno eum ſpoliauerint. An non Iuſtinianus Cæſar erecti cæteroquin animi Princeps, Triboniani ſui præ cæteris Conſiliarij aſſentationibus deceptus, illacrymatus frequentèr fuit? ex aduerſo Seneca Neronem, cui inſtruendo vacabât, ſupplex poſtulauit, vt ſua conſilia dignaretur excipere, candida, defœcata, omnique adulationis ſtudio aliena. Apud te ò Nero adulatoris geſtum non faciam, ſed probi, fidelis, & obſequentis adminiſtri, *Non vt blandiar auribus tuis, nec enim hic mihi mos eſt; maluerim veris offendere, quàm placere adulando*. Hanc autem fidei dotem tanti ſuis in Conſiliarijs Diuus Bernardus fecit, vt in illa ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum ſcribens totum Conſiliarij decus inueniat. *Omnes iuxtà Domini præceptum etiam inimici diligantur, ſed ad Conſilium ſoli eligantur, qui & prudentes eſſe videantur & beneuoli*.

Modus expenditur, quo conſilia aliorum ex- A cipere, eiſque adhærere debeat Antiſtes. Cap. IX.

Conſtitutis iam dotibus ad Conſiliarios perficiendos requiſitis, ad ea iam accedendum nobis eſt, quæ præſtanda ab ipſis Epiſcopis ſunt, ne impertitis eorum conſilijs illudantur. ad tria referenda hæc mihi videntur, quorum primum
Eccl. 17. ſacris illis vocibus ſignificatur *Cor boni conſilij ſtatue tecum*, hoc eſt, Lyrano explicante, in re aliquâ diſcutiendâ cor promptum expeditumque afferas ad aperta candidaque conſilia excipienda: animo ſis ità compoſitus, vt ea libens excipias & exequaris, quæ licet aſpera tibi ſint, opportuna tamen ad rei exitum videantur: ne cor tuum cuicumque temerè aperias, quin id agas, vt tuam mentem nullus inuadat, ne contingat quod Tacitus ait, quod cæteris aſſentiendi neceſſitas fiat. B
vel vt tibi blandiatur, mendaces in proferendo conſilio ſint, & aures potius oblectare contendant, quàm prodeſſe, tuæque magis voluptati, quàm veritati famulentur. Iſocrates hæc olim docuit hoc ſermone, *Poteſtatem fac viris ſapientibus liberè dicendi ſententiam, vt ſi quibus de rebus dubitas, præſtò ſint, qui vnà tecum examinent.*
Ad Nicol. Ex ijs ne ſis caue, quorum aures delicatæ adeò ſunt, vt acerba ſint illis vtilia conſilia, eaque ſolum eligant & diligant, quæ licet pernicioſa, eorum tamen genio lenocinantur. Qui de re aliquâ conſilium petit, non vt veritatem attingat, ſed vt cupiditates ſuas roboret, dicendus imprudens eſt; nec enim optimum quærit, ſed deterius, nec ſtudio probitatis videri prudens affectat, ſed vt alieni conſilij pompâ explicatâ, ſui animi prauitatem liberiùs efferat, & alienâ ſententiâ veluti pallio quodam ſuos errores obtegere: mendaciſſima Conſilia hæc ſunt fucatæ fallaciſque prudentiæ germina. Quin tanti eſt, vt hæc loquendi libertas
9. mor. c. 1. Conſiliarijs concedatur, vt Diuus Gregorius admoneat primum dicendi locum adoleſcentibus dandum, ne obſequio & reuerentiâ coerciti, ab ijs proferendis abſtineant, quibus forſan ſeniores repugnarent. C

Præſtantiſſimum conſeruandi Regni modum eſſe docebat Theopompus, ſi veritatis amans Princeps eſſet, omnemque dicendi libertatem Conſiliarijs referaret. Si veritas & fides, ait Seneca, ſeruili obſequio mancipentur, non veritati, ſed adulationi Conſiliarij deſeruient. Prudentiſſimus ſui æui Pontifex Clemens Octa-
Petraſanct. in vit. Bellarm. l. 3. c. 5. uus hac de causâ Vaticanâ Purpurâ Robertum Cardinalem Bellarminum donaſſe affirmabat, vt nempè proxima ſuis auribus eius vox eſſet, qui candidè & abque fuco ſpeciem ei veritatis oſtenderet.

apud Bar. ann. 10. 4. Nullâ re aliâ populorum ſibi animos à Principe comparari, ad Theodoſium Cæſarem ſcribens Diuus Ambroſius docebat, quàm ſi liberam cuique facultatem daret ſuam ferendi ſententiam. quâ in re ſpectatiſſimus & propè admirandus fuit omnibus Auguſtus, qui, Dione Caſſio referente, cum rem aliquam cribrandam
lib. 53. exponeret, *Seriò omnes cohortabatur. vt ſuum ſibi conſilium aperirent: annuens eis omnem libertatem.* quo etiam præconio Traianus à Plinio egregiè commendatur. D
in Paneg. Tib. l. 2. de reb. Gall. Moriturus verò Diuus Ludouicus Galliarum Rex è cæteris hoc etiam filio commendauit, vt ſcilicet, tùm Confeſſarijs, tùm Conſiliarijs Regnique adminiſtris liberam poteſtatem impertiret, quâ eum ingenuè de rebus agendis ſalutari conſilio admonerent.

Bartol. Bartolin. dilc. 10. Dio Caſ. lib. 37. Carolus autem Quintus Cæſar Magnus ille regnandi Magiſter, illud ſæpius vſurpabat, primum ſcilicet prudentiæ gradum in eo verſari, vt errori nunquam adhæreret, ſecundum verò, vt ea omnia libenti æquoque recipiat animo, quæ quis in eius vtilitatem idonea exiſtimauerit.

Iulius Cæſar ſuæ arrogantiæ velut victima immolandus, cor iſtud docile in Senatum ſemel non attulit; vt enim Catonem fortitèr ei pro concione repugnantem audiuit, adeò exarſit, vt carceri dandum præciperet; aſſurrexit adhæc indignatus Marcus Petreius domumque redire ſtatuerat, antequam dimitteretur Senatus tùm

acerbe

A acerbè à Cæſare obiurgatus illud reſpondit, *Malo in carcere cum Catone, quàm hic tecum eſſe*. Vocibus hiſce perculſus adeò Cæſar fuit, vt de patrato crimine erubeſcens, Catonem libertate donauerit.

Sed clariſſimum præ cæteris exemplum de hoc eodem nobis litteræ ſacræ ſuppeditant, ad cuius lumen facilè nobis innoteſcet, quàm ſolidè illi decipiantur & à recto tramite deflectant, qui in alienis ſententijs excipiendis ſuam mentem aperiũt & liberiùs quàm par ſit agnoſcendam oſtendant. Aſſuerus Rex, quem alij Artaxerxem appellant, cùm ſplendido magnificoque conuiuio, ſui Regni Dynaſtas centum octuaginta dierum ſpatio pretioſiſſimo inſtructus deliciarum omnium apparatu exciperet, die ſeptimo, *Cum Rex eſſet hilarior, & poſt nimiam potationem* Eſther c 58
pręcepit, vt ad Principum populorumq; affluentium aſpectum Regina Vaſthi adduceretur, muliebri cultu ad delicias omnes exornata, *Vt oſtenderet cunctis populis & Principibus pulchritudinem illius, erat enim pulchra valde.* quia tamen iubenti Regi Regina non paruit, iratus Aſſuerus, Conſiliarios eum ſtipantes per-
B contatus fuit, de pœna Vaſthi infligendâ, *Vnde iratus Rex & nimio furore ſuccenſus interrogauit ſapientes, qui ex more regio ſemper ei aderant, & illorum faciebat cuncta conſilio, ſcientium leges & iura maiorum.* Quid nam autem eis propoſuit? *Cui ſententiæ Vaſthi Regina ſubiaceret, qui Aſſueri Regis imperium, quod per Eunuchos mandauerat, facere renuiſſet.* Veritatis audiendæ incapax Princeps hic erat, quis enim ad eius iraſcentis aſpectum, genuina conſilia ei ſuggereret? de ſupplicio tantùm agebatur, adeòque de venia ſilendum omninò erat; nec tutum alicui erat modeſtiam & virtutem Vaſthi commendare, cùm tantùm in eam, velut in contumacem ſupplicia torquebantur; quàpropter poſtremus omnium, ſed primus in adulando ait, inobedientiam Vaſthi non Regiæ tantum authoritati iniurioſam eſſe, ſed populis maximè pernicioſam, nullamque in poſterum fore fœminam, quæ promptè ad coniugis mandatum aſſurgeret, ſi de patrato crimine Vaſthi impunis euaderet; repudiandam igitur eam à Rege eſſe, ſanctâque lege
C ſtatuendum, vt Regijs inſignibus ſpoliata Regno abdicaretur; *placuit conſilium eius Regi.* palmarem hic alium Regis errorem perpende: vnius enim conſilium probat, alijs inconſultis: hi namque, cum ei obſiſtere periculoſiſſimum opus arbitrarentur, quid præſtare aliud poſſent, quàm eius arbitrio indulgere, & Regia vota palpare? aſſentatoris igitur illius reſponſum non tantùm *placuit Regi*, ſed & *Principibus*.

Verùm nequiſſimè hi etiam ſe geſſerunt: earumdem enim legum clypeo poterant modeſtiam Vaſthi defendere: quia licet omnes alij in Manuchæ ſententiam conſpiraſſent, omnium poſtremus quamuis ſuum conſilium inutile Vaſthi, ſibique periculoſum fore prænoſceret, vim omnium retundere fortitèr & impauidè tenebatur: licet enim qui ſolius charitatis impulſu ad alicui conſilium largiendum rapitur, ſi conſilium dandum alteri inutile, ſibi pernicioſum fore præuideat, poteſt ab eo licitè abſtinere; ſi tamen iuſtitiæ titulo ſuam pronunciare ſententiam debeat, licet non excipienda ea ſit, ſibique perniciem aliquam ſit illatura, verita-
D tem aperire tenetur, vbi potiſſimùm è ſuo ſilentio aliorum ſalus periclitatur; præcepta enim quæ vocantur negatiua, quale hoc eſt, perenni vinculo ſemper & ad ſemper obſtringunt, vt prolixè docet Cardinalis Albanus. Commendatiſſimi hac De Card.
in re fuerunt Ioſeph ab Arimathea & Nicodemus, qui licet vniformi ſuffragio re- qu 20.
liquos Senedrin Senatores in Chriſti Domini mortem conueniſſe deprehenderent, Plat. de off.
nulloque modo fieri poſſe, vt ab eà ſententiâ ipſi recederent, ſeque magnum ſubituros diſcrimen, ſi eorum ſuffragijs obſtitiſſent; adhuc tamen reluctati fortiter illis fuerunt. horum veſtigia altero ab hinc ſęculo in Henricum Octauum Angliæ Regem imitati eximiè fuerunt, commendatiſſimi Heroes Thomas Morus, & Cardinalis Polus. Card. c. 28.

Sed vt ad Regis Aſſueri imprudentiam reuertamur, ſerò nimis ſuum hic agnouit errorem, irritoque conatu acerbiſſimum ex eo dolorem oſtendit, *Poſtquam Re-* Eſth. 11.
gis Aſſueri indignatio deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi, & quæ feciſſet, vel quæ paſſa eſſet. & quanquam ex eius erroris nebulâ, Diuinæ Sapientiæ conſilio, ingentis vtilitatis lumen emanaſſet, ad documentũ tamen Principum & Præſulum decet, vt

lib. 15 anti-qu. c. 6 eius conſilij nequitia perpendatur. Quærit hac in re Ioſeph Hebræus, à quo luculentiſſimè hæc recitatur hiſtoria, quinam errauerit & ſit potiſſimè arguendus? A
an Rex, qui ad tot Procerum Dynaſtarumque conſpectum Reginam aduocaſſet, vt pompam eius pulchritudinis faceret, an verò Vaſthi Regina, quæ Regis mandata præ modeſtiâ exequi detrectauit? Regem erraſſe quis ignoret? lege enim firmiſſimâ ſancitum apud Perſas erat, fidem etiam Macrobio faciente, vt fœminæ Prin-
l. 7. Saturn. cipes nunquam videndas ſe darent, vbi Principes conuiuio detinerentur; *Parthoperſa fæminis non conuiuia tantùm, ſed & virorum conſpectum interdicunt.* Sic Iuſti-
lib. 14. nus Hiſtoricus. Res igitur inhoneſta ab Aſſuero mandabatur, nec tantùm Regiæ honeſtati iniurioſa, ſed Regio etiam nomini Regiæque Maieſtati; adeòque Ioſeph Hebræus ſic ſtatuit. *Stulto Rege conſultior, impudicis virorum oculis ſpectaculum præbere iuſſa abnuit, tantò ipſa laudabilior, quantò in legum pudoriſque cuſtodià perſeuerantior.* hanc autem legem Conſiliarij illi ignorare vtique non poterant, tùm quia frequenti vſu ab omnibus vſurparetur, tùm etiam quia legum patriarum periti ſſimi eas optimè poſſidebant, vt ex illis verbis colligitur, *Scientium leges & iura maiorum.* Quà igitur ratione factum eſt vt modeſtiſſima fœmina, tàm iniquo B
feſtinatoque conſilio damnaretur inaudita, nihilq; de eius innocentiâ pudicitiâque Regi exponeretur? dixerim ex eo ſolum id eriuatum, quod Rex ad eius ſupplicium propenſum maximè ſe oſtédiſſet, nec à ſuis Purpuratis de rei ſtatu conſilium flagitaſſet, ſed de ſupplicij grauitate in Reginam inferendi. Manum hic temperare non poſſum, quin breuitèr ſed vtilitèr aliò ſtylum inuertam, Manucham ſcilicet illum, vt Hebraicarum rerum Magiſtri docent, eundem fuiſſe ac Aman, qui Regium amorem inter adulationis aquas expiſcaturus, proprijs retibus captus eſt. è Vaſthi Reginę excidio ad Principatus faſtigium ſe aſcenſurum ipſe meditabatur, Deique poſteà conſilio factum eſt, vt eius loco Hebręa fœmina Regalem ſedem & amorem vſurparet, cuius imperio, laqueo poſteâ ſuſpenſus lacrymandus occubuit. quà etiam morte calamitoſiſſimè ſuum diem abſoluit Achitophel, cuius conſilio in Patrem Dauid perditiſſimà conſpiratione Abſalon filius aſſurrexit. Perillos hoſce, qui ſub eodem lapide, quem ipſi ad aliorum cædem vibrauerant, periere, tùm ſacra, tùm profana litterarum monumenta affluenter memorant, vt non C
tantùm Heſiodi effatum confirmetur, *Conſilium malum conſultori peſſimum*, ſed ſanctiſſimum etiam Dei Oraculum, *facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum deuol-*
Eccl. 27. *uetur, & non agnoſcet, vnde illi adueniat. Qui in altum mittit lapidem, ſuper eius caput cadet.*

§. I.

FIERI nullatenus poteſt, vt ſinceros Conſiliarios ſortiatur, qui mentem ſuam explicat iniquis æſtibus perturbatam, eique fideles ſint adminiſtri, qui tùm ſibi, tùm æquitati fidem non ſeruat; quia permittente Deo fit, vt in ſui erroris pœnam grauiori errore implicetur, ad quod roborandum, è ſacro Regalis hiſtoriæ libro Tertio exemplum aliud memorandum proferemus. In Aſſyriæ Regem D
bellum inſtructurus Achab, vt vrbem Ramoth Galaad ſuæ ditioni reſtitueret, ſuppetias à Ioſaphat probatiſſimo Iudæ Rege, qui eum inuiſerat, poſtulauit; annuit Ioſaphat, ſed vt prius ab aliquo diuino Vate conſilium caperetur exoptauit, vt diuinæ voluntati pergratum ſe opus facturum certior eſſet: ad hæc quadringentos è ſuis vatibus accerſiuit Achab, vnanimi ſuffragio polliciti ei fuere victoriam: his tamen minimè acquieſcens Ioſaphat, petijt an eo in regno Vates aliquis eſſet, Veri quod ipſe adorabat numinis adminiſter, Michæā adeſſe reſpondit Achab, ſibi maximè inuiſum eà tantùm de causâ, *Quia non prophetat mihi bonum*: fidiſſimus quidem erat ipſe Conſiliarius, ſed quia ab Regis nequitiâ eius conſilia diſſonabant, odio eum maximo inſequebatur: vt tamen aduocaretur, eiuſque ſententia exciperetur, Ioſaphat ſtatuit; quapropter, qui eum Achab Regis nomine accerſiuit, mandatum Regis aperiens ait, *Ecce ſermones Prophetarum ore ſuo Regi bona prædicant; ſit ergò ſermo tuus ſimilis eorum & loquere bona*; ac ſi non è Dei arbitrio, ſed è ſuo ſen-

A ſententiâ belli ſuſcipiendi exitus, proſper an infęlix, dependeret. Vides quàm ritè Achab diſponeretur ad rectum conſilium ſuſcipiendum! quià verò funeſtiſſimo bellum exitu claudendum vaticinatus Michæas eſt, Ioſaphat alloquens Achab ait, *Nunquid non dixi tibi, quià non prophetat mihi bonum, ſed ſemper malum.* 3. Reg. 22.
Tunc Michæas, vt ſuæ ſententiæ pondus adderet, addidit, ſe alienato à ſenſibus animo Deum vidiſſe cæleſtibus agminibus bellico more ſtipatum, ſe ſic alloquentem, *Quis decipiat Achab Regem Iſrael, vt aſcendat & cadat in Ramoth Galaad?* & malum Erebi genium ad hoc faciendum ei ſe obtuliſſe, *Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius*. huic Regum Arbiter Deus ait, *Decipies & praualebis; egredere & fac ita*: hanc loquendi libertatem ægerrimè ferens ceruicoſus Rex, vt ſonanti alapa tùm coram ſe, tùm coram Ioſaphat, Michæas vapularet, permiſit; hanc autem viro integerrimo illatam contumeliam, Regiæ ibid.
Maieſtati maximè indecoram, vt docet Abulenſis, non tantùm vltus Achab nullatenus eſt, ſed fuiſſe ſibi pergratam oſtendit, eò quòd ſuas cupiditates Michæas
B non palpauerit, nec fuerit eius genio adblanditus; quin vt carceri traderetur præcepit, & quoad vſque è bello rediret, pane tantùm arctiſſimo & aquà paſceretur; verùm ad primam in Syriacas acies irruptionem, extremà internecione deleto exercitu vitam cùm ſanguine fudit. *Occultà iuſtitià licentia malignis ſpiritibus datur, vt quos volentes in peccati laqueos ſtrangulant, in peccati pœnam, etiam nolentes trahant.* Sic de Achab Rege Gregorius. 2. moral. c. 16.

Hac paritèr mentis inſaniâ Holophernes laborauit; Ducibus enim omnibus pro concione aduocatis, vt de Iudæis viribus, de Bethulię aliarumque oppugnandarum Vrbium ſitu certior fieret, Achion, qui Ammonitarum agminibus ſuo nomini fœderatis præerat, candidè confeſſus, hoc vnum ſibi tantùm eſſe perquirendum, an ſcilicet ex aliquo ingenti flagitio ſuum ſibi Deum Iudæi haberent infenſum; tunc enim eos facilè profligandos ille confidebat; cum econtra ſi propitius fuiſſet ipſis Deus, inania & irrita armorum omnium conamenta futura: indigna- Iudith c. 5. & 6.
C tus ad hæc Holophernes ſuæ tanquam potentiæ iniurioſa, vinciri eum iuſſit, vinctumque hoſtibus committendum. quàm longè ab his Theodoricus Gothorum Rex ſe gerebat, quem eximiè Caſſiodori ſtylo Alaricus eius ſucceſſor eo potiſſimùm titulo commendat, quod tùm ad bella, tùm ad prælia ſuſcipienda Tholorici Conſiliarij ſententiæ fidus adhæreret, belloque ſemper inuictus, vincendum eius opinioni ſe daret. lib 8. var. ep. 9.

His tamen haud acquieſcit Cardinalis Paleottus: Principes enim omnes militiæ ſeruientes adhortatur, vt non tantùm liberam ſuis Conſiliarijs facultatem præſtent, ad ſuam ſententiam aperiendam & Regiam, ſi opus fuerit, reprobandam, ſed muneribus eos etiam afficiant, vt debitâ ſemper fide ſuum munus exerceant. Omnibus hac in re præiuit Balthaſar Rex Danielem ingentibus donis afficiens, licet funeſtiſſimum illi portenderet exitum, quem obſcurâ ſignificatione characteres in pariete deſcripti adumbrabant. Sanè Cliſthenem Sycionium Tyrannum laudat Ariſtoteles, eò quod ſimulachrum erigi Conſiliario iuſſerit, qui De ſacr. Conſiſt. Conſult p. 2. q. 8. Daniel. 5.
D eum à triumphi pompà, quam de relatâ victoriâ inſtituere moliebatur, liberâ voce remouit.

Vbi tamen aliorum conſilia exceperis, curandum item eſt, vt eàdem mentis tranquillitate, quà fuerunt excepta, accuratè diſcutiantur; quà in re tùm Aſſuerus, tùm Achab turpiter defecerunt; ſi namque ſui tenax conſilij, mentemque ceruicoſam præferens ingenti labe ſe polluit, non minora errandi diſcrimina ſubit, qui cœco veluti more aliorum ſuffragia amplectitur, nullaque adhibita vel humanæ vel diuinę voluntatis conſideratione, illis adhæret, quod eò periculoſius eſt, quò perrarò, vt ſuperius diximus habentur, qui proba ſubminiſtrare conſilia vel ſciant vel velint: audi de hoc admonentem Iſocratem. *Non aliorum dumtaxat conſilia otioſè audienda ſunt, ſed ipſi quoque de rebus diuinis diligentiſſimè cogitare debemus.* Sed aptiùs hoc ipſum è Diuini Spiritus magiſterio addiſce. *Bibe aquam de ciſterna tua & fluenta putei tui* hoc eſt, vt Ambroſius explicat, *Tuo conſilio vtere.* Cœcà hàc obedientià, non Epiſcopale Palatium, ſed religioſa domus vtatur. Orat. de Pac. Prou. 5.

Quam

Quàm ſe imparem tàm excelſo Sacerdotio ſe ille exhiberet; qui alienis adhæ-
in Galba cap. 14. reret indeliberatè conſilijs: longè ſatis nequior Galbâ is eſſet, quem Suetonius A
tribus ſuis Conſiliarijs addictum adeò memorat, vt vulgari ſcommate vocarentur
Galbæ Pædagogi: hanc pariter ſibi notam erroris inuſſit Eduardi Regis Anglorum
filius Riceardus, cuius regimen in vnius Hibernenſis Principis conſilio nitebatur:
ſapientis Principis & Prælulis eſt, non tàm conſilia exquirere, quàm ipſamet ex-
Senec. ep. quiſitè librare. *Sapientis eſt examinare Conſilia: & non citò facili credulitate ad fal-*
ſa relabi.

Non longè ab his diſtant quæ Vegetius ſcripſit: bene eſt, vt multos conſulas,
ſic ille, ſed vel re vnum, vel quam pauciſſimos ad deliberationem faciendam ac-
lib 3. cedens adhibeas, vt occulta ſeruetur, *Quid debeat fieri, cum multis tractâ; quid fa-*
cturus ſis, cùm pauciſſimis vel ipſe tecum.

Conſiliorum integritatem perpendere ritè non valet, qui ſuâ conſcientiâ veluti
lance ad ea libranda non vtitur; nullus enim fidus adeò eſt, adeòque ab omni er-
roris periculo alienus, quàm propria conſcientia, quæ idcircò à Diuo Ambroſio
l.p.off. c.22 appellatur, *Vera atque incorrupta pœnarum atque præmiorum Arbitra*. Ambages B
omnes quocunque Magiſtro doctior conſcientiâ explicat: quâ de causâ Diuus Ber-
nardus ad Robertum ſuum nepotem ſcribens, qui terrenis rebus nuntium remit-
tens religioſæ familiæ adſcribendum ſe dederat, ait, Conſiliarios quidam ſe alios
inuenturum, quibus habita deliberatio probaretur, ſed nulli alteri fidem haben-
dam quam ſuæ conſcientiæ, *Te interroga de te, quia tu te melius noſti quàm alius.*
epiſt. ad Rob. nep. *Attende cor tuum, diſcute intentionem, conſule veritatem; tua tibi conſcientia reſpon-*
deat, cur abteis.

Panormit. de geſtis Alph. Frequentiſſimum Alphonſi Regis effatum erat, nullum ſibi tàm pretioſum & fi-
dum Conſiliarium eſſe quàm libros: ipſos enim abſque vllo adulationis diſcrimi-
ne de re quacumque conſulebat, Plutarchi doctrinâ fortaſsè hac in re vſus illud
in moralib. docentis, *Vt in alterum oculis noſmetipſos conſpicimus, ſic in libris ſapientium, quid*
nos deceat, quid item dedeceat contemplandum eſt. Omnium tamen optimus liber,
ad quem velut ad Lydium lapidem conſilia noſtra probanda ſunt, Lex Diuina ſit. C
in epiſt. quàm benè Cyprianus; *Conſiliorum gubernaculum lex Diuina ſit*. Suis in rebus
ſtatuendis, Conſiliarium hunc librum Purpuratus Syonis Vates adhibuit iuxtà ea
pſal. 18. ſuomet carmine decantata, *Conſilium meum iuſtificationes tuæ*.

Conſilium id, quo ſibi proſpexit auarus ille diues examinans Diuus Baſilius,
Luc. 12. *Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & ibi congregabo omnia quæ nata ſunt mihi,*
ait, hoc ego quidem iam dudum hoc ego mihi ſuadebam: quem tu mortalium
ineptiſſimè conſulis? Te ipſum? *Ex te ipſo captas conſilium*. quid profectò ex hu-
iuſmodi Conſiliario prouenire tibi poterat, quàm tuis voluptatibus inſeruire,
tuæ auaritiæ famulari, vitiaque prima ſectari? Lex Diuina, Conſcientia tua, Deus
homil. ipſe tibi erat conſulendus. *Planè imprudentis vteris Conſiliario, ſi conſuleres Deum,*
eiuſque legem & ſcripturam, parata tibi reſponſio fuerat. Eſurientium animas im-
plebo, aperiam horrea, &c.

De Cautione quà ſermonem ſuum compone-re debet Antiſtes. Cap. X. D

SYDUS quoddam prudentia eſt, cuius virtus non tantùm in actione, ſed
etiam in ſermone inſtituendo verſatur: quin frequentiſſimè ſuum potiùs in
hoc quàm in illâ iubar effundit: non enim rarò contingit, vt imprudenti quis ſer-
mone eam ſapientiæ laudem, quam ſibi labore non exiguo comparauit, fa-
cilè deperdiderit, eoſque, quos ingentibus ſibi obſtrinxerat beneficijs, à ſuâ fa-
miliaritate repellat. Quapropter omnium quotquot è veteribus fuerint, ingenio-
ſiſſimus Homerus, licet aliquando in rerum & morum honeſtate ſeruandâ defece-
rit ſua numina ridicula effingens, in hoc tamen præclarus excelluit, ſapienti Ne-
ſtori ſermonem tribuens moderatum prædulcem & compoſitum, cùm econtrà

Ther

Therſitem ineptiſſimum nulla adhibitâ conſideratione loquentem ſuis fabulis co-
A loraret.

Si prudens audire velit Antiſtes, omnium quidem externorum ſenſuum habenas ad rationis arbitrium moderetur oportet, ſed eas potiſſimùm, quæ linguæ temperandæ deſeruiunt. Nam *Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, & pretioſi ſpiritus vir eruditus*. Sic ſapientiſſimus Salomon. Prou. 17.

Nullo alio faciliùs inſidiatore Antiſtes inuaditur, latro nullus eſt, qui nominis & famæ diuitias ei deprędetur; vmbra nulla peruolitat, quæ ſacræ dignitatis lumen magis obſcuret, quàm ſermonis imprudentia, licet nulli fuerit perniciosa. oſtendit hoc Zeuſis, cum eius pictoriam officinam ingreſſus Princeps Megabizus, vt ſui ingenij pompam faceret, de picturæ lenocinio & arte ſermonem phaleratis verbis inſtruxit; ad hæc Zeuſis, vt ab incompoſito ſermone Principem amoueret, eum alloquens ait, Quoad vſque Princeps tacuiſti, quotquot hic picturæ vacantes aſpectas, Tuæ Purpuræ Maieſtatiſque ſplendore correpti, Te hominum maximum prædicabant; ſed vt de eâ facultate, quam penitus ignoras, tàm ineptè diſſe-
B rentem audierunt, irridendum propè te illis præſtitiſti. Virtutum numeris omnibus abſolutus ſit Antiſtes egregiorumque operum exercitatione adlaboret, ſi in componendo ſermone defecerit, labe non mediocri denigrabitur, eiuſque fama licet alioquin probata ſordeſcet; omnibus deſpectus ridendi materiem abundè præſtabit, populiſque facilè & iucundè mordendus occurret. Hæc non ignorans Pythagoras Philoſophorum omnium maximus, primam, quam ſuos aſſeclas edocebat Sapientiam, in ſilentio ſtatuebat, vt oſtenderet, loquendi tantùm Magiſtrum eum fore, qui fuerit prius in tacendo Magiſter.

Admirationi aliquibus erat, Democritum familiaritèr cum alijs degentem loquendi eſſe parciſſimum, adeòque eum poſtularunt, an hoc vel ex ineptia vel ex inertiâ oriretur: prudentiſſimus ipſe imprudentiſſimè eum interroganti itâ reſpondit, *Atqui ſtultus nunquam tacere poteſt*. Conforme ſatis ad hoc ipſum eſt, quod de Zenone primario tunc temporis Stoæ Magiſtro Græcia celebrauit: cum enim
C Princeps Athenarum Regios Legatos conuiuio ſplendidè exceptos litterarijs exercitationibus detinere vellet, Philoſophos aliquos, & præ alijs Zenonem ad hoc præſtandum accerſiuit: plurima ea fuerunt, quæ liberaliſſimo ſermone Philoſophi reliqui effudere, Zenone vno non ſine ingenti omnium admiratione tacente: continere igitur quidam ex illis ſe non potuit, quin ad eum conuerſus diceret, De Te autem ô Zeno quid nos ad noſtrum Principê referemus? *Nil aliud*, ſic ipſe reſpondit, *quàm Athenis eſſe ſenem, qui tacere ſciat inter pocula*. Ingentis ſanè virtutis eſt, quod vir doctus, ſenex, inter poculorum licentiam, ſermonem adeò lenibus conformem valeat temperare. Sed accommodatiùs hoc idem è Diuo Gregorio audiatur. *Ille Sacerdos ſcit rectè dicere, qui & ordinatè nouit tacere*. Magnus ille Antiſtes erit, qui fuerit ſibi prius in tacendo Magiſter; an ſapiens vel imprudens fueris oſtendit ſermo: vt enim è linguæ habitudine bonæ ac prauæ valetudinis argumentum Medici deſumunt, ſic multò magis, qualis fuerit animus, illa
D eadem edocebit: abditas intrà pectoris adyta cogitationes aperiet ſermo; cordis interpres lingua eſt, annon ergo, quæ corde cælantur, oſtendet? vt in horologio rotarum compoſitionem linguula ferrea ſignificat, ſic cordis animique habitudinem è linguâ dignoſcimus. Peripati fuit hæc ſententia, *Voces ſunt nota earum affectionum, quæ in animâ deliteſcunt*. Ariſtot. 2. Perih.

Rerum imagines voces appellauit Solon, operum vmbram Democritus & indicem conſcientiæ: Operum pulſus ſermo eſt, ait ex Hiſpanis quidam, & ſanè, ingenioſiſſimè ductâ metaphorâ: vt enim an intima corporis inſtrumenta conſona ſibi valetudine reſpondeant, pulſus indicat; ſic an compoſita ſit animi habitudo, nobis ſermo ſignificat. *Bonus homo de bono theſauro*, hoc eſt è cordis opulentiâ, *profert bona & malus homo de malo theſauro profert mala*. Purpuratus Vates breui hæc omnia deſcripſit, *Cor eorum vanum eſt*: Vnde nam Vatum ſanctiſſimè cor humanum adeò obſcurum & inacceſſum, tot anfractibus & ambagibus inuolutum, ſoliſque Dei cuncta videntis oculo peruium, pęruium tibi etiam & apertum? Matth. 12. pſalm.

Quid

Quid de hoc ego vnquam dubitauerim, nam *Sepulchrum patens eſt guttur eorum*. A
è lubricæ linguæ licentiâ, quis non agnouerit animi vanitatem?
Hinc adoleſcenti ſuum primò adeunti gymnaſium Socrates ait, *Vt te videam,*
aliquid loquere: ac ſi videndi facultatem non oculus at auris haberet: facilè enim
ſpecies decipit, ſed nunquam decipit ſermo, cum amaro è fonte dulcis vnda
nunquam poſſit effluere; quâ de causâ nullum nobis commendandum eſſe virum
Diuina Oracula docent, antequam ex eius ſermone, qualis ſit eius animus nobis
l. 3. ep. 3. innotuerit. *Ante ſermonem non laudes virum*. Quàm arduum opus eſt, ait Sydo-
nius, vt rectè operetur, qui rectè ſermonem inſtruere non aſſueuit; Quid hic
ego Sydonium afferam! Iudæos hac de re Chriſtus idem Sapientiſſimus obiurga-
Matth. 12. uit. *Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali*.
Quod hominem ſecernit à brutis, loquela & ratio eſt, quæ mutuo quodam or-
dine ſibi inuicem referuntur, adeò vt cogitationes iſta concipiat, illa pariat, iſta
conformet, illa exprimat; imago quædã ſermo eſt, ait Philo, quâ animæ aſpectus lin-
guæ pennicillo coloratur; quâ eadem dicendi formâ Seneca eâdem Philonis æta- B
l. 3 Migrat. Abrah. in Prou te ſcribens vſus eſt, ac ſi eodem è fonte ingenioſiſſimi ambo morum Magiſtri ſa-
pientiam hauſiſſent. *Imago animi ſermo eſt: qualis vita, talis Oratio*, Sic Seneca.
Quàm igitur oculatus in ſuo inſtruendo ſermone ſit Antiſtes, oportet, cùm quę-
libet eius vocula, vel fortuitò lapſa, vel familiari quodam impetu prolata ad li-
bellam vocetur à populis & accuratiſſimè exploretur? an integrum eſſe Hyerar-
cham ſibi ſuaſerint, qui ſermones ſuos de re tantùm priuatâ componit, vel vitio
alio fœdat? ni verba operibus reſpondeant, bracteatam fucatamque pietatem
deſpicient.
Quod ſi filiam ſuoſque nepotes olim admonebat Auguſtus, Suetonio teſte, vt ea
Suet. in Aug. tantùm verba proferrent, quæ faſtis & cedro inſcribi digna viderentur, quantò
æquius decet, vt Antiſtitum ora Deo deuota, Diuinis laudibus, Religionis tri-
umphis, virtutum laureis, vitiorum victorijs conſecrata, impolluta ab omni la-
be refulgeant, adeò vt non ijs tantùm quibus audiuntur, redargui poſſint, ſed ipſis
Tartareis hoſtibus ſint penitus veneranda. C
Cæli terræque oculis & auribus vndequaque obſidemur, *Spectaculum facti ſu-*
p. Corint. 4 *mus Mundo & Angelis & hominibus*. Itâ nobis componendus eſt ſermo, ac ſi Dei
aures audirent; illud animo teneamus, nos etiam Chriſti ore interrogari, *Qui ſunt*
Luc. 24. *hi ſermones quos confertis ad inuicem*!

§. I.

HVIuſmodi in temperando ſermone prudentiam, quâ excellere debet Epiſco-
pus, multis in circumſtantijs verſari alij docent; vnâ tantùm in re, è quâ ve-
lut è fonte alia deriuantur, mihi placet illam collocare; in eo igitur hæc ſit, vt ni-
hil loquatur Antiſtes, quod prius æquâ mente non explorauerit, eaſque dicendi
formas exhibeat, quas priùs accuratâ cogitatione librauerit, adeò vt verba noſtra
Diuo Bernardo docente *bis ad limam, ſemel ad linguam* vocentur. Tanti momenti D
hoc eſt, vt multiplici ſymbolo ſpiritus hoc nobis Diuinus expreſſerit.
Ditiſſimo primùm noſtrum os confertur ærario, quod reſeratum omnibus &
patens quis vnquam prudens relinquat? quin potius ad eius cuſtodiam vectes, &
peſſulos obiectandos eſſe quis inficietur? *Ori tuo facito oſtia & ſeras*. Prudentia
D Bern. in ſpec. mon. & ratio ſint, quæ ianitricis inſtar ad eius fores aſſideant, & clauim eius habentes,
illud opportunè claudant vel aperiant. Optimè igitur Chryſoſtomus: *Os noſtrum*
perpetuò cuſtodiamus, rationem ei, tamquam clauem adhibentes. Arces, quibus
ab hoſtium inſidiantium vi, diſcrimen ingens imminet, tàm oculata vigilique
cuſtodiâ ſeruantur, vt eas aperire nefas ſit, niſi prius circumſpectâ totâ latè regio-
ne, ſecura omnia eſſe referant excubitores; ſic propè antequam ad voces os re-
ſeretur, rationi permittat, vt quæ dicenda ſunt expendat, accuratâque conſide-
lib. p. in Chil. ratione diſcutiat. quàpropter perdoctè apud Laertium Chilon eos obiurgat, qui
ratio-

rationem linguà præcurrunt, mentiſque leges prçeunt loquendi licentià. Sic da-
A pes eligimus electaſque probamus, ne inter eas virulenta aliqua ſit, quæ non vi-
tam foueat, ſed extinguat; annon eadem diligentià in eligendis verbis vtamur,
quæ ſi praua fuerint, quamuis cicutam nequitià antecellunt? quàm bellè Auguſti- in pſ.52.
nus: *Sicut eligis quo veſcaris, ſic elige quod loquaris*. Accommodatiſſimum ad-
hæc mihi videtur illud Martini Dumienſis Epiſcopi, quòd ſcilicet, *Quidquid di-* in bibliot.
cturus es alijs, prius dixeris tibi. hoc ſi præſtiterimus, parciores in loquendo e- Patr.
rimus, & cordis repagulis verba obſignabimus. Naturæ ipſius magiſterio hoc
edocemur; hæc enim cortinà dentium, & labiorum pariete linguam obſtruxit;
niſi ergo temperando ſermoni debitas leges ſeruauerimus, arcis inſtar noſter ani-
mus erit, quam mœnijs ſpoliatam ingredi aut egredi, cuicumque pro arbitrio fas
erit. *Sicut Vrbs patens, & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquen-* Prop. 25.
do cohibere ſpiritum ſuum. Hçc Salomon.

Alià iam metaphorà verba noſtra exornata pecuniæ comparantur, quæ ex ore
velut è ſcrinio quodam educitur; neceſſe igitur eſt, vt eam antequam ad vſum
B adhibeas, explores & quæras, an probati, an damnati ponderis ſit. Quaſcunque
opes, quas domi habeas ad hanc ſtateram comparandam impendendas eſſe quis
neget? *Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram* Quàm Eccl.28.
magnificè & ſonorè dictum, vt ad loquendum cautè accedamus: abſtinere autem
hic non valeo, quin veterem apud Vatem, hoc idem Salomonis effatum carmi-
nibus comprehenſum oſtendam.

In verbis linguæ imponantur clauſtra tacendis. Græc. Epigr. Antholog.p.
Præſtat enim linguam quàm modereris opes.

Ac ſi non auro aç argento, ſed prudenti compoſitoque ſermone theſauri conge-
rantur. an non autem verum eſt, opulentiſſimis non raró theſauris perniciem illam
refici potuiſſe, quam imprudenter effuſa verba intulerunt? quot enimuerò ſunt,
qui vocis vnios ambitu, ſplendida ea & pretioſa omnia, quæ diuturno prolixoque
labore compararunt, miſerrimè perdidere, & ſcopulis qoibuſdam impacti, pro-
C ximæ fœlicitatis portum amittentes funeſtiſſimo naufragio perierunt? Aula Ro-
mana Mundi ſcilicet theatrum loquatur, quæ non raró præcipites adeò cataſtro-
phes repræſentauit. Theſauri opulentiſſimi loco verba habeas, quæ ſi effuſâ effre-
nique libertate & largitate decoxeris, inimicus tui profectò exiſtes. *Nullus the-*
ſaurus ditior, quàm lingua bona. ſic Ambroſius. l.p.ep.p.

Eâ igitur cautione, quà pecunias fundis, effundas voces, & ſi ineptiſſimus is au-
diret, qui pecunias expenſurus, illas prius non exploraret, ne argenti loco det
aurum, ſic inſipientis notam ille non declinabit, qui nullâ conſideratione adhibi-
tâ loquitur: hoc autem prudentiæ munus, idem etiam ſapientiſſimus Magiſter ali- Eccl.21.
bi docuit, cùm diceret. *Verba autem prudentum ſtaterà ponderabuntur*: cor enim
imprudens habere videtur in ore, qui omnia quæ latent in corde proditoriâ qua-
dam licentià per verba reuelat, cùm econtrà vir prudens cor habere videatur in
linguà; nihil enim eorum, quæ rationi incongrua ſunt, effundit, eiuſque arbitrio ibid.
illam temperat & moderatur. *In ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapientium*
D *os eorum.*

Huiuſmodi autem ſtaterà non voces tantùm ponderemus oportet, ſed tempo-
ris, loci, rerum, perſonarum circumſtantias, vt expendamus, an verbis illæ, illiſ-
que verba reſpondeant, an noſtro ſint accommodata muneri, graduique, ad cuius
apicem nos Diuinus Amor euexit. *Sapiens priuſquàm loquatur, multa conſiderat,* D Ambr. p.off.c.3.
cum quo loquatur, quid dicat, quo loco, quo tempore dicat: quicunque iſtarum quam-
libet ſuæ conſiderationi non ſubijcit, fieri non poteſt, quin magnis irretiatur er-
roribus, quibus poſteà erubeſcat. tanti momenti hoc eſt, vt in eo vno Philoſophiç
omnia documenta complexus videatur Seneca ſic loquens, *Summa ergo ſummarum* epiſt.4.
hæc erit: tardiloquum eſſe te iubeo. Eximia quoque ſunt, quç è Sancto Hyeronimo c. quoties 12.2.q.7.
ſacri Canones referunt, quemcunque nempè ſermonem, qui vel audienti, vel loco,
vel tempori non fuerit accommodatus, pernicioſum fore, & loquenti indecorum.

§. II.

A

REferenda ad hæc videtur ſermonis hilaritas & modeſtia, demiſſa ſimul vo-
ce vùltuque amœno prolata: quà in re primas ſibi partes noſtrà hac ætate
mihi ſuadeo Franciſcum Saleſium Gebennenſem Præſulem vindicaſſe. *Qui ſapiens*
Prou, 16. *eſt corde, appellabitur prudens, & qui dulcis eloquio maiora percipiet*. Sic Salomon.
Populorum vtilitati validiùs conſulit Antiſtes ſermonis dulcedine quàm ingenij
præſtantiâ; vt enim imperioſa Præfectorum ſuperbia tùm Deo, tùm hominibus
inuiſa maximè eſt, ſic omnium amore excipitur, qui blando dulcique more ſe ge-
rit in alios: componere ſe nullus tùm vultu, tùm verbis adeò moderatè poteſt,
quin prius æquo animo fuerit & corde compoſitus; ex hoc enim velut è radice
ſuaues hi flores egerminant; ex his autem floribus fructus illi emergunt, quos in
obſequium & amorem Præſulum populi diffundunt.
Verùm vt in omnibus hæc ſermonis hilaritas apprimè probatur, ſic potiſſimùm
in ijs, quos ad populorum regimen Deus euexit, ſtudioſè requiritur: vultus B
tranquillitate eorum ſermo condiendus eſt; ſi læta, ſi viuida & hilàris ſit Præſulis
facies, populis hilaritatem & ſalutem inſtillat: radius quidam eſt, qui de cælo in
eorum aſpectum illapſus timorum vmbras excutit, mœſtitiæ noctem illuſtrat. *In*
Prou. 16. *hilaritate Regis vita & clementia eius quaſi imber ſerotinus*.
Hùc quoque referenda videtur moderatio, quà quis de ſe ipſo loquatur, de ſci-
entijs, quibus ipſe deſtituitur, ſermonem non inſtituere, loquentes alios non inter-
pellare, in arguto ſermone non diuagari, & præſertim ſi de grauibus rebus aga-
tur, aliaque ſimilia, quæ fuſius recenſere nefas videtur, cùm quilibet, vel à ſuæ
pueritiæ crepundijs hæc prima morum elementa perceperit abundè ex optimo
morum inſtitutore Della Caſa.
Aliam inde metaphoram Magiſter ſapientiſſimus affert, *& frænes ori tuo rectos*,
ac ſi feroces & indomiti pulli inſtar lingua ſit, quæ niſi prudentiæ habenis coer-
ceatur, per abrupta viarum montiumque anfractus effrænis & præceps ſe agens,
præcipitem ſimul agat equitem & ſeſſorem; cùm econtrà, Diuo Iacobo admonen-
te, tam exigui membri frænum potens adeò validumque ſit, vt eius facilè vi quo- C
in Iob. 30. cumque flectatur, do Gregorium, *Boni viri fræno conſilij refrænant præcipitatio-
nem verbi*. Si prudentiæ frœno lingua moderetur, in eâ cœleſtis Princeps inequi-
tat, at ſi frœni impatiens effrœni licentiæ ſe dederit, equus erit, quo currum
ſuum Diabolus trahat. *Diabolo eam vehiculum feciſti*. Sic Diuus Chryſoſtomus.
hom. 25. in Matth. Quàm igitur indecorum eſt, vt ſanctiſſimis rebus pertractandis addicta Præſulis
lingua, cælique Oraculis proferendis idonea, tam deformitèr à ſe ipſa deſciſcat,
vt vehendo Satanæ inſeruiat?
Hoc frœno deſtituta lingua quot ſe calamitatibus inuoluit, ea identidem pro-
ferens, quibus vel ſui ſanguinis pretio iterùm abſtineret; cùm tamen ad ea de-
lenda pœnitentiæ vis nulla valida ſit; ea enim eſt vocis vnius velocitas, vt ſi ſemel
euolauerit, reuocari amplius non poſſit.
Quid hoc frœno præſtari debeat, ſi ab Ambroſio quæſieris, breui quidem, ſed
arguto ſtylo reſpondebit. *Ne luxuriet, ne laſciuiat, ſit reſtrictior, & ripis ſuis*
p. off. c. 3. *coerceatur: citò lutum colligit amnis exundans*. Proh quàm à cæli ſemità diſtat lo-
quax, quàm longe à diuinis rationibus auolat, qui loquendi licentiæ inſeruit! D
quàm Epiſcopalis muneris iubar obſcurat, quàm inutilis, imò quàm ſordidus alijs
eſt, niſi quibuſdam prudentiæ vinculis ſuas voces obſtringat.
Niſi ratio dominetur, & habenis pertractandis euigilet, quoadusque ad rectè
ſermonem inſtruendum animus vſu diuino componatur, effrænis & vecors in
vitia quæcumque corruet, cùm eàdem nobis menſurâ inſitum animo ſit loqui ac
Geneſ. 2. viuere. hinc vbi in vulgatà legitur *factus eſt homo in animam viuentem*, è Chal-
dæo habetur, *in animam loquentem*, ac ſi nil aliud adeò facilè naturæ noſtræ reſ-
pondeat, quàm loqui, ſed nihil in loquendo facilius quàm errare, iuxtà illud ſa-
crum acroama, *In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua,*
Prou. 10. *prudentiſſimus eſt*. Vix garrulos vſquam inueneris innocentes, cum mutuo veluti
nexu ſimul illigentur crimina & verba, voces & vitia.

Aptiſ-

A Aptiſſimè Euagrius aſſerit, ex arboribus, quæ prima omnium efflorcſcar, ſimulque etiam prima enutriatur, amygdalum eſſe, & ex humanis membris linguam primam pariter eſſe, quæ ſe Dęmonum artibus vinciendam tradat.

Ad tria, ni fallor, genera Plutarchus vitia omnia referebat; alia periculoſa, odioſa, alia ridicula alia ſunt; vnius tamen loquentis eſt, omnia ſimul illa complecti. lingua quæ loquax & garrula fuerit, ægram ſe præſtat, humores omnes tùm boni, tùm mali ad eam confluunt; quot autem & qui ſint humores iſti, quis vnquam, Deus immortalis, dicendo aſſequatur! Eloquentiſſimus omnium quotquot eà ætate floruerint Oratorum, Gregorius Nazianzenus, eam ſibi dicendi vim deeſſe affirmauit, quà mala omnia è loquaci linguà profluentia poſſet pro dignitate deſcribere. *Quotmala ex lingua oriantur, oratione conſequi nemo poteſt*: ni faſtidioſus videar, ad viginti quatuor ea vitia peruenire oſtenderem, quæ è linguâ velut è virulento fonte in perniciem orbis eriuantur: vberem eorum ſeriem tribus voluminibus diſtinctam recenti ab authore habes, latino idiomate exaratam. orat. de quadà gen. orat. & ſilent. Drexel. in Phætont.
B

Egregiè hæc omnia quanti momenti ſint, Aegyptius Monachus Pambo percepir: hic enim, cum ſuam ei nonnemo operam exhiberet, vt ſimul cùm morum ſanctitate quà fulgebat, ingenij cultum, ſcientiarumque ornamenta connecteret, vt trigeſimum ei Pſalmum deſcriberet, poſtulauit, *Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in linguà mea*: primo hoc verſiculo percepto, iam opportunum eſt, vt ad alia ſcienda progrediamur; alia ſuppeditaturus documenta redijt inde præceptor, hunc interpellans Pambo, cum ſatis nondum, quæ primò docuiſti, perceperim, ad alia addiſcenda progredi è Diui Iacobi mente non valeo, eius enim verba ſunt *Eſtote factores verbi & non auditores tantum*: multis inde luſtris elapſis, poſtulanti cuidam, an primum adhuc illum verſiculum addidicerit, reſpondit Vires omnes abundè quinquaginta annis exhauſi, vt eum addiſcerem, & vix abſolutam illius cognitionem vſurpaui, Quid iam de eo dicendum, eſſet, qui per ſummam incuriam in eius leuiſſimâ cognitione habendà torpeſcat? Hiſt. trip. part. 18. c.p. pſal. 38.
C

§. III.

NISI de Epiſcopis eſſet ſermo, latiſſimus hìc mihi excurrendus eſſet campus, quo oſtenderem, quàm à rectâ mòrum prudentiâ deficiant, qui linguam ſuam ſermonibus inhoneſtis obſcurant & polluunt. Quis credat, vt Diuino ſpiritui reſeratum os, Deoque inhabitandum, huiuſmodi verborum ſordibus impuretur? Abominandum propè flagitium in Præſule eſſet, *labia Chriſti Euangelio conſecrata, immunda, & damnabili verborum procacitate polluere*. Epiſcoporum labia ſcientiarum arcana ſunt, & fidei dogmatum receptacula, è quibus in populos rotumque orbem ſunt effundenda. *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent populi ex ore eius*. an igitur fas ſit, vt ex illis obſcœna & incompoſita vox erumpat? Hoc ab Epiſcopis exigendum, è Diui Pauli mente docet Diuus Hyeronimus; dum enim Epiſcopum *non percuſſorem fore* pronunciat, idem omninò ſignificat, ac ſi is ſit Epiſcopus, vt ſuorum proteruiâ licentiaque verborum ſubiectarum gentium conſcientias non percutiat & vulneret: quàm autem ſermones huiuſmodi abhorrere debeant, Antiſtites Sanctus etiam Iſidorus admonuit. obſoletus & barbarus ſit inhoneſtus ſermo, non labijs tantùm noſtris, quę Virgineas Chriſti Domini carnes in ſingulos ferè dies attingunt, eiuſque ſanctiſſimo cruore madeſcunt ſimul & rubeſcunt, ſed eorum etiam omnium, qui Chriſtianæ militiæ vexilla ſectantur. Multis ad hoc nominibus hi obſtringuntur, ſed eo potiſſimùm quia nullus eorum eſt, quin tanti beneficij particeps, linguam ſuam eàdem Diuinâ menſà ſacrauerit. hac certè ratione validiſſimo tanquam telo Diuus Auguſtinus vſus fuit, vt obſcęna cantica ab ore Chriſtiano repelleret. *Videte*, do eius verba, *ſi iuſtum eſt, vt ex ore Chriſtianorum, ubi Chriſti corpus ingreditur, luxurioſum canticum, quaſi venenum Diaboli proferatur*. Venenum certè Diaboli quodcunque verbum impudicum eſt, quod per aures in animum illabens virtutes omnes Petr. Bleſſ. epiſt. 40. Malach. 2. ſerm. 225. de temp.
D

excindit; quòd ſi venenum hoc idem animorum Medicus Antiſtes infunderet, quàm fœdè Chriſtiana Religio obſcuraretur, quàm turpi exemplo populi cor- A rumperentur? an vt caſtimoniæ propugnatorem eum colerent, quem pudicitiæ hoſtem in ſermone cognoſcerent? an ſibi ſuadere vnquam poſſent, ab eorum verbis opera moreſque diſtare? audire libeat his reſpondentem Symmachum, *Scio* L.10. ep.10. *virtute cognatum pudorem, qui in factis fruſtrà quæritur, ſi exulet à verbis.*

Teſtis ipſe oculatus ſum de immani ſupplicio, quo linguæ lubricitas à Deo vapulat; cùm enim emorienti Epiſcopo meo familiari adeſſem, è conſuetudine, quà in verbis putidis obſcœniſque proferendis inualuit, ne quidem formidando eo temporis articulo, è quo tota æternitas pendet, abſtinere ſe potuit, quin eiſdem ſordibus linguam frequentiſſimè pollueret, & luxurioſas facetias coram ipſis fœminis conſanguineis ſuis diſſeminaret; quis credat! multà vix potui oratione eius animum flectere, vt Diuinis Sacramentis exceptis ſe ad proximum cum Dæmone certamen habendum obarmaret, non Diuini tantùm Iudicis aſperitatem oſtendens, ſed ſcandalum etiam ſignificans, quo populus omnis inſtupeſceret, ſi ſacrum Deo virum & Numinis adminiſtrum, nullis ſe Chriſtianæ fidei præſidijs B obiturum propugnare conſpiceret; tùm ſui nominis famam, cui tàm enixè ſtuduerat, obiecti iàm pernicioſâ & conſuetâ negligentiâ maximè denigrandam.

Mendacia, ſimulatoria ridicula & mordacia verba non opus hic eſt, vt moroſus enumerem & caſtigem: de his enim ſuo quęque loco dicenda ſuperſunt.

Quàpropter his tantùm addam, quòd metaphoris iam omnibus à Salomone contextis, totus poſteà in eo eſt, vt documenta nobis perutilia ſuppeditet, quæ Eccl.28. vtinam noſtris animis firmitèr adhærerent. *Et attende, ne fortè labaris in linguà, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.* Innumeri propè ſunt illi, qui linguæ lubricitati imprudenter indulgentes, ſuam facilè mentem aperiunt, ſuas curas, ſua vota reuelant, è quibus poſteà comprehenſis facilè anſam æmulatores arripuerunt, vt in eorum fœlicitatem irrumperent, iiſque miſerè prolabentibus altiora illi faſtigia tenuerunt. *Os lubricum,* C Prou. 26. vel vt ſeptuaginta legunt *Os non tectum loquetur ruinas.*

Quot etiam linguæ inconſideratæ vitio cruentis ſimultatibus ſe implicarunt, ſuaſque domos penitus euerterunt? nec vllus poſtea curando vulneri locus fuit, & inutili pœnitentiâ cruciati, lubrici ſermonis pęnas dedere; qua de re nos admonuit Salomon cum diceret, *Qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam.* Sed facillimum vt contingat eſt, quod inconſultâ ratione loquentes peracutos animi dolores patiantur. Magnum fuit, quod in ſeniore Catone Tullius commendauit, quod ſcilicet ne vllam quidem vocem ediderit, cuius ſibi poſtea diſpliceret; vt mendaciſſimum hac in re eum Diuus Auguſtinus redarguit, eò quòd excelſum adeò decus, iiſque ſolùm accommodetur, quorum verba Diuino ſpiritu temperantur Ethnico viro tribuerit, cùm cæterorum hominum ſit, in ſermonis lubricitate deficere, & patratis in loquendo criminibus cruciari.

Verùm explicatius illud expendendum pariter eſt, quod ſtygiorum hoſtium laqueos è ſermonis imprudentiâ oſtendimus: hoc ſatis ſapientiſſimi Regis ſententià D indicatur, *In conſpectu inimicorum inſidiantium ſibi*: omnes enim vndique ab illis obſidemur, & linguam potiſſimum aggrediuntur, vt reliquis corporis partibus imbecilliorem, & reſerando aditui faciliorem. Suffragantem mihi affero Chryſo- ho. 4. & 25. ſtomum; *Vndique Diabolus inſidias parare conſueuit, ſed facilius ore & linguà peccante: nullum enim organum æque illi in miniſterium eſt interitus atque peccati*: hac tamen in re omnium ægritudo periculoſa eſt, in Epiſcopis certè lethalis & penitus inſanabilis, cùm eorum exemplo populi pernicioſiſſimè vitientur: ex aduerſo autem laudanda ſemper fuit Græca paræmia, *Tutum ſilentij præmium*. Dei laudibus, ſtudijs, beneuolentia abundè cumulatur, qui parco prudentique ſermoni ſtudet.

Proh Deus! licet alia cuncta deficerent, alijſque periculis immunes prorſus eſſemus, cum Chriſtiana Religio diuinà lege ſtatuerit, voces omnes otioſas ferreo

cala-

Digitized by Google

A calamo in monumentis æternitatis adſcribendas, acerbèque de illis à Diuino Iudi-
ce nos eſſe puniendos, annon validiſſimâ quadam vi, ad earum examen aſſiduè fa-
ciendum vacaturi eſſemus, & ſanctuarij ſtaterâ earum ſingulas libraturi? an non
linguæ frænum rationi committere deberemus, vt eius arbitrio flecteretur, oe pur-
gantis careetis ignibus vberem materiem præſtaremus. Quis ad hæe noo formidet,
non expaueſcat?

Hæc omnia viri Sanctiſſimi perpendentes ad libellam ſuas voces obſeruarunt,
& firmiſſimæ Clatiſtiani nominis eolumnæ metu terroreque inexplicabili fuere
petculſę: vt igitur Chriſoſtomi ſententiæ adhæreamus, ad noſtrum os velut eius
ianitor & excubitor hæc cogitatio apponatur. hine commendatiſſimus fuit Diuus in eius vita.
Gaufridus Ambianenſis Antiſtes, cui ſilentium adeò io delieijs erat, vt quotieſ-
cumque vel ſuam Diœceſim inuiſens, vel aliâ de ratione iter inſtitueret, præun-
tibus alijs, ipſe ab ijs aliquo viæ interuallo recederet; rationem de hoc ſciſeitaori
dediſſe fertur, vt ſermones otioſos euitemus.

B Sanctum etiam Carolum plures ex eius famulis & familiaribus iurati aſſerunt,
ne vnam quidem vocem otioſam ab ipſis auditam eius ab ore erumpentem, licet
immenſa propè fuerit rerum ei tractandarum materies; omnes enim eius ſermo-
nes eò collimabant, vt vel Diuinæ gloriæ, vel populorum vtilitati tantùm inſer-
uiret; Eximius hac in re pariter fuit Diuus Franciſcus Saleſius; ſermones etenim Philoct. p. 3 cap. 28.
omnes ad Deum, vel ad Diuina benignè candidéque flectendos edocebat, eo prorſ-
ſus modo, quo in more Apibus eſt, omoia quæ præ ore habeot, ad mel elabo-
randum inuertere. Porrò ror & tanta ea ſunt, quæ tùm de ipſo Deo, tùm de eius
admirandis operibus nobis ſanctiſſimi ſermonis poſſunt eſſe argumeota, vt non
ſioe admiratione audiret Ambroſius, de terreois hiſce nugis tam prolixos effuſoſq;
ſermones inſtitui, *Neq; enim parui periculi eſt de rebus ſæcularibus & ocioſis loqui, cùm* in pſ. 118. ſerm. 22.
tàm mirabilia Dei opera habeamus, de quibus loquamur. Quoniam verò lieet ad re-
frenandam linguam Diuini ſpiritus vocibus aſſiduè excitemur, præſtare tamen id
C re ipsâ non poſſumus, nam *Hominis eſt præparare & Domini gubernare linguam*: Prou. 16.
feram edomat homo noo linguam, leonem frenat non ſermonem, coercet alios
non ſe ipſum: Deum ipſum exoratum ſemper habeamus, vt qui linguam noſtram
condidit, iuxtà ſuas leges inſtituat. habes hoc ab Hipponenſi Antiſtite documen-
tum. *Intelligamus Cariſſimi, ſi linguam nullus hominum domare poteſt, ad Deum* ſerm. 3. de
confugiendum eſt, vt domet linguam noſtram: ipſemet Syonius Vates hàc ſibi viâ verb. Dom.
proſpexit, *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis*: Hinc Pſ. 140.
pariter Aſceta ille Sanctiſſimus illud frequentèr recitabat, *Domine Deus meus li-* in vit. PP.
bera me à linguâ meâ.

De Scientià doctrinàque in Epiſcopis neceſſarià. Cap. XI.

D SPectatiſſima præ cæteris veſtis, quâ ſupremus in veteri lege Sacerdos, qui E-
piſcopos exprimebat, induebatur, ea erat, quæ Rationale appellatur, ful-
gentiſſimis vndequaque gemmis bacchata, pectori eius adhærebat, voces illas
inſculptas præferens *Doctrina & Veritas*. his autem ſignificabatur, duobus hiſce Leuit. 8.
potiſſimùm ornamentis illuſtrandos Antiſtites, morum ſcilicet probitate, doctri-
næque præſtaotiâ. hàc errorum tenebræ diſcutiuntur, illa iubar effunditur integri-
tatis. Voluntarijs quidem supplicijs rationis imperio ſubijcere ſenſuum licen-
tiam poteſt, inter bonorum faſtigia, tùm ſeipſum, tùm ſæculares illecebras poteſt
ille deſpicari, poteſt inter precandum integros dies abſumere, vitæque ionocen-
tiæ toto animo deſudare. His autem omnibus optimi quidem nomen & laudes ipſe
ſibi comparabit, ſed niſi probitati ſapientia ſe iunxerit, nequaquam dici poteſt
Antiſtes. Vt populorum regimen cum laude temperaret Dauid, vtramque ſibi
à Deo precibus validiſſimis poſtulauit his verbis *Bonitatem & diſciplinam & ſcien-* pſ. 138.
tiam doce me. Oculos Antiſtitum fulgentiſſimos bonitatem & ſapientiam dixeris,
quo-

quorum alterutro ſi earuerit, maximè deformis erit, ſi vtroq; cæcus omninò dicetur: A
Qui vel probitate ſolùm vel doctrinâ præſtant, atq; ab altero deſeruntur, ij mihi nihil à luſciis differre videntur, qui tùm in magnâ calamitate, tùm verò in maiori deformitate ſunt, ſiue alios inſpiciant, ſiue ab alijs inſpiciantur, Dedi verba Diui Nazianzeni. Si verò ſimul in eo vtraque refulſerit, elegans adeò ſpectaculum præſtabit, vt non à veteri Sacerdote, ſed è ſe ipſo Idæam formaſſe Deus videatur. Pretioſiſſimi adamantis inſtar ſanctitas eſt, quæ licet rudi metallo obſtricta, priuatique viri dexteræ commiſſa, luciſſima eſt; obſcura tamen hæc eadem eſt, niſi ad Principis ornamentum deſignata auro illigetur. Antiſtitis exemplar effingens Apoſtolus, hanc in eo maximè dotem delineauit, Tito Timotheoque ſignificans, ſapientem præ cęteris Antiſtitem fore; adeò vt ad hunc ſcribens dixerit, *Oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, &c. Doctorem*, illi autem Epiſcopi munera recenſens clatiùs
Tim. p.3. ſuam voluntatem expreſſit eo ſtylo, *Amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam*
Tit.p. *eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrinâ ſanâ, & eos qui contradicunt, arguere.*

Verba hæc ſemel offendens Diuus Hyeronimus, ſonorè ait, Vbinam hi ſunt, B
Ad Fabioli de veſtib. Sacerd. qui vitæ tantùm probitatem in Præſule repoſcunt; ſi veterem legem exquiram, ſcientiam geſtant in pectore, ſi recentem, reijcitur qui illâ ſpolietur. *Vbi ſunt, qui innocentiam dicunt poſſe Sacerdoti ſufficere? Vetus lex noua congruit. Idipſum Moyſes, quod Apoſtolus, ille Sacerdotis ſcientiam ornat in veſtibus, iſte Timotheum & Titum inſtruit diſciplinis.*

C. cum in cunctis 7. de elect. Hinc Lateranenſis Synodus, cui pariter Tridentinum Concilium adhæſit, firmitèr ſtatuit, quòd cùm ad omnes Lithurgorum ſacros ordines ſuſcipiendos, duo hæc, bonitas ſcilicet & ſapientia exigantur, multò validiùs vtràque Antiſtites exornandi ſunt, qui populorum adminiſtrationi vacantes, beatitatis ſedes debent illis ſuis ſermonibus reſerare, adeòque definitum concordi ſuffragio fuit, nullum ſacris infulis induendum, niſi priùs ſpectetur, *Vitâ & ſcientiâ commen-*
Conc. Trident. *dabilis.*

Quin ferè dixerim, quod ſi in harum alterutrâ deficere debeat Antiſtes, cum C
minori periculo abſuturam crediderim integritatem quàm ſapientiam. Quid enim? Terreſtris Paradiſus, quo futura Chriſti Religio deſcribebatur, non Seraphini ſed Cherubini cuſtodiæ demandatus fuit, ipſiuſque Sanctuarij pretium Cherubini ijdem tuebantur, *Vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas*: ipſe-
Exod. 28. met Deus ad ſuæ gloriæ ſedem ſibi Cherubim adſtantes elegit, *Qui ſedet ſuper*
Pſal. 8. Ezech. p. *Cherubim.* ipſemet Ezechiel triumphale Diuinitatis curriculum, Cherubim virtute, ſub eiuſdem Dei Aurigæ auſpicijs ductum aſpexit, vt forſan oſtenderet, Cherubim inſtar eos à Deo Præſules exoptari, qui ſcientiarum fulgoribus irradiantur, ipſumque Deum velut Aurigam ad eorum ſecuritatem ſimul & decus aſſidere. fauet Origenes. *Cherubim interpretatur plenitudo ſcientiæ, & quicumque ſcientia*
hom. p. in Ezech. *plenus eſt, efficitur Cherubim quem regit Deus.*

Auream laminam ſupremi Sacerdotis fronti inhærentem expendens Diuus Hyeronimus docet, in eâ ſcientiam adumbrari: hac tanquam diademate coronatur, tanquam adamante ornatur Antiſtes *Expectabunt aſtuti (ideſt prudentes) ſcientiam*, ait Salomon. Theodotion legit, *Coronabuntur ſcientia.* Titulus Antiſtitis D
inc p.p. ep. ad Tit. hic eſt, ait Theophilactus, quo, ſi eius ordo & miniſterium ſpectetur, nullus alius illuſtrior, vtilior nullus: fauet Diuus Hilarius, *Summa enim omnium virtutum Epiſcopalium eſt ſcientia & doctrina*: ad Præſulis munus pro dignitate exercendum,
l. de diſcipl. & bon. pudic. nihil ſcientiâ opportunius eſſe in Antiſtite Diuus Cyprianus docet, vt populos ad vitæ integritatem ſeruandam inſtituat. Quin ex Hebraici idiomatis fonte, ait Di-
in c. 44 Iſa. uus Hyeronimus, eadem planè voce Paſtorem & Sapientem appellari. Vt hoc fortè ſignificaret Apoſtolus ad Epheſios de Chriſtianæ Hyerarchiæ muneribus & gradibus ſcribens, Antiſtites enumerans, vnâ cum Doctoribus illos adſcripſit, nullumque inter eos diſcrimen agnoſcens, oſtendit idem prorſus ipſi eſſe Chriſtianæ Religionis Antiſtitem & Doctorem. *Ipſe dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem*
Epheſ. 4. *Prophetas, alio verò Euangeliſtas*: viden, vt diuerſo omnes gradu diſtinguat! *Alios autem*

autem Paſtores & Doctores: vides iterum, vt ſimul eos inter ſe connectat, iunctaque ſimul voce conſtringat? habes hoc idem à Diuo Auguſtino cuius recito verba. *Hoc tanquam vnum aliquod duobus nominibus complexus eſt, vt intelligerent Paſtores ad officium ſuum pertinere doctrinam.* Ad Diuum Paulinum hæc ille ſcripſerat, [Epiſt.59.] qui eum interrogauerat, quâ nam ratione Paſtores à Doctoribus ſecernerentur. Eadem etiam ex Apoſtolo relata verba Diuus Hyeronimus explicans [in ep.ad Epheſ.4.] apertè colligit, quòd eximiâ licet morum quis integritate ſplendeſcat, Antiſtitis tamen munus arcere à ſe debet, niſi cum vitæ candore, ingenij quoque præſtantiam habuerit ſimul immixtam. *Nec in Eccleſiis quiſquam, quamuis Sanctus ſit, Paſtoris ſibi munus debet aſſumere, niſi poſſit docere quos paſcit.* Tanto Magiſtro in [ibid.] eâdem ſententiâ Diuus Thomas & Iſidorus Clarius adhæſerunt.

§. I.

B SED audi rationem, quam, eadem Apoſtoli verba explicans, affert nuper memoratus Clarius: cum enim ad populorum greges enutriendos præ cæteris omnibus paſcuis ſalutarius & opportunius ſit doctrina, qui ſubminiſtrare illud præ ſuâ ignorantiâ non poteſt, Paſtoris nomen exuat neceſſe eſt, *Non dixit Apoſtolus, alios Paſtores, alios Doctores, ſed iunxit vtrumque, vt qui Paſtor eſt, ſit & Magiſter; alioquin ne Paſtor quidem eſt, cum rationales oues doctrinâ præcipuè paſcantur.* [ad Eph.4.]

Tribus alijs rationibus firmare hoc ipſum liceat, quia ſcilicet Antiſtes Solis inſtar ſuis populis præeſt, ſcientiarum Magiſter, & populorum medicus iure meritò appellatur.

Sol igitur Antiſtes eſt, ad hoc tantum munus in Eccleſiaſtico Cælo collocatus, ad fugandas ſcilicet inſcitiæ & nequitiæ tenebras, ſuaſque gentes doctrinæ radijs illuſtrandas, iuxtà illud *Vos eſtis lux mundi.* [Matth.5.]

C Quî ergo fieri poterit, vt qui ſibi ipſi obſcurus eſt, alios illuſtret, lucemque alijs impertiat, qui eam ſapientiæ lucem non habet, quâ ea, quæ ad ſuum munus explendum neceſſariò ſpectant, ignoret? *Sicut matutina lux ſoluit tenebras, ità lumen ſcientiæ & veritatis omnes errores fugat.* Sic Hyeronimus. [in c.58.Iſa.] idem omninò dixeris eſſe ſine ſcientiâ Antiſtitem, ac ſine luce Solem, ſine pennis Auem, ſine clauo Nauarchum, ſine ferro Ducem, ſine duce viatorem: quàpropter non tantùm ad cæleſtium cognitionem & amorem populos ſuâ luce non adducet, eoſdemque è procelloſis huius ſæculi fluctibus educet, ſed inter errorum tenebras obcœcatos eos deſeret, inter cupiditatum & vitiorum tempeſtates perire naufragos patietur: ex arenis humanarum affectionum nunquàm eos extrahet, ſed inter ſcelerum ſcopulos illiſos vltrò ſpectabit: cœcus ipſe dux poſteà cœcorum vorticoſis abſorbendos vndis trahet ignarus: quin ſi ſcientiâ deſtitutus Antiſtes, alios vtique illuſtare non potuerit, inter incertas & fluctuantes huius ſæculi vices ſibi ipſi dux eſſe quânam ratione ualebit? ut enim egregiè Victorinus ait, *Via ad Deum eſt ſcien-*

D *tia, quæ ad inſtructionem rectè honeſtèque viuendi pertinet.* [in inſtruct. Neuet.] Philoſophiæ ſtudia damnantibus obſtruere os voluit olim Seneca, eò quod cùm vel fato, vel fortunâ, vel Dei imperio rerum hæc vniuerſitas regeretur (liberum hominis arbitrium ipſi ignorabant, Diuinæque Sapientiæ regimen ſuauiſſimum) inutilis Philoſophię labor videretur, quandoquidem ea, quæ vel fortuna vel Deus ſtatuiſſet, nulla ratione frangi vel flecti poſſunt à nobis, licet Philoſophicis diſciplinis inſtruamur. Opportunè hos Philoſophus reijcit hæc reſpondens, *Quidquid eſt ex his Lucili, vel ſi omnia hæc ſunt, philoſophandum eſt, ſiue nos inexorabili lege fata conſtringunt, ſiue arbiter Deus vniuerſi cuncta diſponit, ſiue caſus res humanas ſine ordine impellit & iactat, Philoſophia nos tueri debet.* [epiſt.16.] Audi iam allatam ab eo rationem. *hæc enim adhortabitur, vt libentèr Deo pareamus, vt fortunæ contumacitèr reſiſtamus; hæc docebit, vt Deum ſequaris, feras caſum.* Tùm nobis, tùm alijs illuſtres erimus, ſi ſacris ſcientijs effulſerimus, ſine quibus non tantùm ferè dixerim probari Epiſcopi laudem, ſed ne probi quidem viri decus aſſequemur: mentiar, niſi hæc ſigni-

gnifi-

Digitized by Google

gnificarint Aegyptij nuptias inter Oſiriden hoc eſt Solem & Iſidem ſcientiarum
Præſidem ſtatuentes: profectò qui aliorum regimini præficitur Solis inſtar ſydera A
illuminantis, cum lumen vdique diſſeminare debeat, & ad omnia inconniuenti
ſemper oculo euigilare, (Oſyris enim, Diodoro Siculo docente, idem ſonat ac
Multiaculus) cum ſapientiâ tanquam ſuâ ſponsâ ſuas nuptias debet inire, illique
arctiſſimo amore coniungi: quàm igitur ſapientèr Regum ſapientiſſimus *Princi-
pium ſapientiæ; poſſide ſapientiam*, hoc eſt, vt Olympiodorus interpretatur, eam
veluti ſponſam amplectere, *Myſtico intellectu ſapientia vxor noſtra dicitur, ad
conuiuendum*.

Iam verò ſi ſcientiarum Cuſtos Antiſtites eſt, vi muneris & nominis ſui debet
illas in alios eriuare, qui cùm eas ignorant, ius aliquod ſibi meritò arrogant, quo
eas ab ipſo requirant. *Labia Sacerdotis cuſtodiant ſcientiam, & legem requirent ab
ore eius*. Munus Antiſtitis quis neſciat eſſe, vt Diuinam legem abſolutè cal-
leat, quam idcircò Epiſcopalem & Sacerdotalem librum Diuus Ambroſius appel-
lat, eo quod eam peruoluere frequentiſſimè teneantur. Arca quædam Epiſcopi
os eſt, è qua neceſſarios ad ſuam ſalutem cibos ſubiectæ gentes aſſumunt: ſic im- B
hom. 36. in Matth. perfecti operis Author, *Sicut ſtomachus accipiens cibum coquit, ſic & Sacerdotes ac-
cipiunt ſcientiam ſermonis per ſcripturas à Deo, excoquunt eam in ſe, ideſt tractan-
tes & meditantes apud ſe, vt vniuerſo populo ſubminiſtrent*, Hinc Diuus Bernan-
dus, vt oſtenderet ſacris nequaquam infulis decorandum, qui ſcientijs non exor-
ſerm. 76. in Cantic. netur, ait, *Quomodo in paſcua diuinorum eloquiorum educes gregem Paſtor
idiota?*

Vt ſuam Deus voluntatem de eligendo in ſupremum Sacerdotem Aaron oſten-
Num. 17. deret, amygdalis recentibus eius aridam virgam exornauit; cur autem præ alijs
fructibus Amygdalas virgæ dedit? dabo, inquit Origenes; ad hominũ voluptatem
duro ſub cortice prædulcem fructum abſcondit Amygdalus: quam ſuauis, quàm
iucunda ſapientia eſt, quâ populos ſuos enutrire debet Antiſtes! *Reconditum in his
hom. 9 in Num. inuenies ſecretum myſteriorum ſapientiæ & ſcientiæ ſenſum, quo nutriantur, & paſcan-
tur animæ Sanctorum*. Quàpropter Diuinæ ſapientiæ Conſilio factum eſt, vt qua- C
cumque ætate Antiſtites doctiſſimi effloruerint, qui ad fidem Orthodoxam propu-
gnandam ſcientijs vſi tanquam validiſſimis armis, non tantùm inferorum vires &
inſidias eluſerunt, ſed vbique terrarum ſpolia ampliſſima retulerunt.

Econtrà verò ex Antiſtitum ignorantiâ Diuo Hyeronimo fidem faciente, tàm
longè latèque graſſata olim fuit lues Arriana.

Demùm Hyerarchas, eo quod populorum vulnera morboſque medeantur, ſci-
entijs illuſtres fore, quis ignoret? cùm enim ſacris in libris ad medicamina con-
ficienda, ad agnoſcendos morbos præcepta dentur aptiſſima, quînam fieri poſſit,
vt eorum ſaluti proſpicere poſſit Antiſtes indoctus? quin vereor, ne eius vitio, qui
ſalutem vitamque requirebat, mortem potius nanſciſcatur. Iure meritò de publi-
cis conquerebatur legibus Hippocrates, eo quod nulla imperitis medicis pęnâ
ſtatutâ, impunè daretur ægros occidi, & quod deterius eſt, ſupplicij loco prœ-
mijs & muneribus ditarentur: quàm enim verum eſt, quod iunior Plinius olim
L. 19, c. 2. ait, *Diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt; Medicoque tantùm
occidiſſe impunitas ſumma eſt*. Quàm ergo vberius ingemiſceret Chriſtiana Reli- D
gio, ſi eos populorum ſaluti præfici ſpectaret, quos nulla ſcientia exornat ad vul-
nera, morboſque ſanandos.

Vt ſalutaria medicamenta conficiant, & è libris, velut ex hortis Apium inſtar
flores delibantium, mel doctrinæ conficiant, Epiſcopi potiſſimum munus eſt, ait
ſerm. 13. Diuus Ambroſius, *Sicut Apes de diuinarum ſcripturarum floſculis ſuauia mella confi-
ciunt, & quidquid ad medicinam pertinet animarum oris ſui arte componunt*.

An non igitur meritò ex Iſaiæ & Hyeremiæ ore Deus olim acerbè conquereba-
Iſa. 56. tur, quod ſcientijs deſpectis impares olim Sacerdotes euaderent ad populorum
Hierem. 2. vulnera obducenda, *Ipſi Paſtores ignorauerunt intelligentiam*, ſic ille; *Et tenentes
legem neſcierunt me*. ſic alter. quæ duorum Vatum verba Diuus Gregorius expli-
p. p. c. 1. cans, Epiſcopis ea adſcribit, qui ſacras ſibi ſedes nullâ doctrinâ conſpicui deſ-
ponſant, & difficillimam omnium artem exercendam temerè aggrediuntur nullâ

imbuti

A imbuti illuſtratique ſcientiâ. *Ab imperitis Paſtoribus Magiſterium Paſtorale ſuſcipitur, in magnâ temeritate; quoniam ars eſt artium regimen animarum.*

Admirationi ergo locus abſit, ſi doctrinam non Epiſcopis tantùm, ſed minoribus etiam Lythurgis perutilem & neceſſariam eſſe, vnanimes omnes affirment,& de Iure Diuino in eis exquirant; ad ea verò, quæ ad noſtri muneris gradum referuntur, ſub mortalis labe criminis nos teneri abundè docet Aquinas.

§. II.

EOS tantùm, quos ſcientia rerum illuſtrat, populis moderandis præficiendos Regum ſapientiſſimus affirmat. *Intelligens gubernacula poſſidebit*, hoc eſt Prou. 15.
vt Lyranus, Hugo, Carthuſianus interpretantur, perdoctis tantùm viris populorum regimen eſt commendandum. Hæc eadem verba perpendenti Diuo Baſilio
B viſum eſt, vocem illam *Gubernacula* ad nauticam rem è metaphorâ adducta ſpectare: vt enim egregiè Nauarchus de gubernaculo nauis temperando, nauique ipſa ad portum adducendâ inſtructus eſſe debet, ſic pariter, vt per immanes huius ſæculi fluctus ad portum beatitatis ſubiectas gentes adducat Epiſcopus, enauigatiſque ſyrtibus & ſcopulis, Diuinæ littus æternitatis appellat, quàm doctè, quàm peritè populi gubernacula moderari tenetur, ne funeſtiſſimo naufragio inuoluti æternùm intereant. Diuus etiam Gregorius poſt Diuum Chryſoſtomum hanc eandem methaphoram vſurpantem ad Eulogium Alexandrinum Patriarcham ſcribens, eique de reſtitutâ ſibi oculorum ſanitate gratulatus ait, *Nam tunc inter fluctus ſecurè nautæ nauigant, quando gubernator doctus, atque artifex ad claui regimen ſedet.* (in p. hom. Prou.; D.Chriſoſ. in c.24. Io.; l.21 ep 49.)

De Principe ſermonem inſtituens Dio Nycœnus hæc eadem ad mentem ſuam vſurpat: innumeris quidem viatoribus nauis oneratur, hi autem ne leuitèr quidem de mari cogitantes vel inter fluctus rident, iocantur, ſaltibus, cytharis, conuiuijs indulgent, & altè ſoporati, ne mare videant, ſponte obcœcantur,& tantùm ad portus aſpectû tanquam rediuiui excitâtur. Nauarchi eſt, intenta ſemper oculorum acie, nunc cælum, nunc mare, nunc terras ſpectare, vt ex eorum aſpectu ſuæ ſimul &eorû ſecuritati proſpiciat; quin ipſos maris anfractus, occultoſq; vndarû Mæandros perfectâ cognitione aſſequi debet, ne aut in breuia offendat, aut in ſyrtes impingat; vigili ſemper oculo noctes exigit, ipſaque quies, quam breui delibat, irrequieta eſt, adeòq; anxia, vt reſeratis obdormiſcere oculis videatur; contrahenda nûc illi ſunt vela, nunc explicanda, ex illa nunc, ex iſta nunc parte, flectendus, nunc verò firmitèr ſiſtendus clauus: diceres magis ipſum euigilare dormientem, quàm viatores non dormientes euigilent. hoc idem Principem inter ſubditoſque populos ſtudium intercedit; ſed multò æquiùs de Epiſcopo hoc dicendum, cuius eſt, non humanâ tantùm ſed Diuinâ etiam beatitate ſubiectos populos ditare, non corporis tantùm ſaluti proſpicere, ſed animæ: quot naufragia ex eius ignoran- in p.Reg. 10.
D tiâ oriuntur? *Cùm in pleriſque Eccleſiæ negotijs ſalubris ſit diſpenſatio, lethalis profectò & mortifera eſt, vbi cæci per ignorantiam ad aliorum primatum venire permittuntur.* Audiſti Gregorium.

(margin C beside: "dem de mari cogitantes")

Sacras Scientias & Canones apprimè callere debet Epiſcopus: illis enim ſalutis viam aperit, Chriſtianæ Religionis dogmata propugnat, Diuina Myſteria explicat; his verò peccata diſtinguit, medicamenta ſanandis animi morbis apta componit, tùm ſupplicia, tùm præmia diſpertit, pupillos, viduas egenoſque erigit & tuetur, quæ ipſum deceant agnoſcit, & in ſacrarum rerum inuaſores validus aſſurgit vt repellat. Quis hinc non intelligat, quantâ ſobole errores progerminarent, ſi de tàm neceſſarijs rebus ignorantiâ teneretur Antiſtes? Opportunè hic Concilij Toletani Canon audiatur, *Ignorantia cunctorum mater errorum, maximè in Sacerdotibus Dei vitanda eſt, qui docendi officium in populis ſuſceperunt. Sciant igitur Sacerdotes ſcripturas Sanctas & Canones, vt omne opus eorum in prædicatione & doctrinâ conſiſtat, atque ædificent cunctos tàm fidei ſcientiâ, quàm operum diſciplinâ.* Canones autem & Sanctorum Pontificum leges poriſſimùm ſciendas illis (Concil. Tol.4.c.14.; ep p.c 2.)

Cæleſt. ep. 3. in proleg. ad ſumm. eſſe, Diuus Leo Pontifex monet, *Ignorare nunquam licuit Sacerdoti, quod fuerit Canonum regulâ definitum.* quæ omnia Cœleſtinus Pontifex ad omnes Apuliæ, Calabriæque Epiſcopos ſcribens pariter confirmauit. Aquinas autem Magiſter eâ in ſententiâ eſt, nobis eo modo neceſſariam eſſe præter phyſicas diſciplinas ſacrarum rerum ſcientiam, quo requiritur, ne captus oculis alios ſibi ducendos aſſumat. Quàm turpitèr igitur illi decipiuntur, qui laureâ ſuſcepti Doctoratus, vt vocant, contenti ad ſuæ ſapientiæ pompam, impertitæ laureæ diploma auratum oſtentant, vel opulentam ſibi bibliothecam comparantes, ſuæ ſatis de ſapientiæ poſſeſſione famæ, phaletatis hiſce artibus arbitrantur, eius ineptiam imitari, qui magno pretio lucernam Epicteti coëmit, ac ſi ex illâ magni illius Philoſophi ſcientia potuiſſet in ſe deriuari. quàm etiam longè aberrant ij, qui licet vniuerſalia quædam axiomata mente conceperint, ad ſingularia tamen referre leges illas ignorant, *applicando actiua paſſiuis*: falluntur demùm, qui licet in naturalibus rebus meditandis ingenioſiſſimi, in rebus tamen animiſque pertractandis omninò ferè deficiunt, ſeque explicare ab earum retibus neſciunt, abſque eo quòd alios B temerè exacerbent, ſeque ineptiſſimos *in agibilibus mundi* patefaciant. Crede mihi, non omnium eſt populis præeſſe, non omnis fert omnia tellus, nec ad omnium beatitatem Iuppiter ridet, Mercurius fauet.

Non igitur ſatis eſt, vt in Epiſcopo eæ tantum ſcientiæ refulgeant, quæ contemplandis tantùm rebus immorantur, ſed multò magis in illâ excellat oportet, quæ in exercitatione verſatur, & longè difficilior cæteris eſt; nam vt ex Philoſopho Ariſt. met. 2. habemus, *finis ſcientiæ ſpeculatiuæ eſt veritas: practicæ verò opus.* Marthæ potiùs quàm Magdalenæ vices obeat, fæcundæque magis Liæ ſtudeat, quàm Racheli venuſtæ quidem ſed ſterileſcenti. Ad tot tantaque rerum capita ſcientia hæc, quæ operatione perficitur, ſe porrigit, vt ſine formidine recenſeri non poſſint. Præter tùm Sanctorum Canonum, ſacrarumque rerum ſcientiam, requiritur etiam in Epiſcopis à Rabano eloquentia, tùm quæ ad Rethoricæ leges ſermonem inſtituit, De inſtit. Cler. l. 3. c. p. tùm quæ ex hiſtoriarum monumentis ſacris ſimul & profanis ſuas vires vſurpat. C His omnibus tanquam armis inſtruatur Antiſtes oportet, vt ſui muneris partes explere pro dignitate valeat, ſuique gregis fœlicitati conſulere. *Turpe eſt enim, tunc primùm quemlibet velle diſcere, dum debet Paſtor conſtitutus docere, & periculoſum eſt, cum Magiſterij pondus ſubire, qui non ſcientiæ præſidio fultus poteus eſt & illud ſufferre.* Hæc Rabanus.

§. III.

NVllus igitur admirationi ſit locus, ſi ad arcendos ſacris à ſedibus indoctos viros, tùm cæli, tùm terræ ſuffragia cuncta conſpirent: ſibi enim mutuò repugnare videtur, Paſtorem aliquem indoctum eſſe, Magiſtrum ſimul & imperitum. Oſe. 4. in C. omnes 38 diſtin. c. ni ſi pridem. Oſeæ oraculum eos hoc ſermone repellit, *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*: quibus verbis Septimæ Vniuerſalis Synodi Patres, & D Innocentius Pontifex hoc idem explicatunt, hoc eſt, qui litteris non ſunt exculti, & Palladijs artibus rudes, impares omninò & inepti æſtimandi ſunt ad ſacras infulas induendas. Canones paritèr & Concilia in eos aſſurgunt: quin Zoſimus Pontifex ſtatuit, quod ſi ſacris ordinibus ab Archiepiſcopo vir indoctus initiaretur, c. qui Eccleſiaſt. 2. dixt. 36. proſcribendi ambo ab Epiſcopali dignitate ſint, eo quòd maximum Eccleſiaſtici regiminis Sacerdotium collatum fuerit *ſine ordine contra præcepta Patrum.*

Hinc à Diuo Gregorio Ioannes Rauennæ Antiſtes electus, reiectus fuit, eò quod cùm ſacros Dauidis hymnos memoriter non percepiſſet, Sanctus Pontifex æſtimaret alienum à ſacris ſcientijs addiſcendis eius animum eſſe; ipſum accipe Gre- l. 4. ep. 45. gorium. *Sed nec Ioannem Presbyterum pſalmorum neſcium præſumpſimus ordinare, quia hac cum res minus ſui profectò ſtudium habere demonſtrabat.* Quàmplurimi ſanè nunc temporis reijcerentur, ſi tam leui cęteroquin lege proberentur. Idem paritèr Sanctiſſimus Pontifex ſignificauit . . . vt pares tantæ dignitati viros electurus, potiſſimùm in illis doctrinam ſcientiarumque cultum exquireret; cum

egregia

Digitized by Google

A egregia ſint hæc eorum ornamenta, qui alijs edocendis præficiuntur. *Ad Ec-*
cleſiæ gubernationem virum quæratis vigilantem atque ſollicitum, Diuinæ Scri- l·12.cp.45.
ptura ſcientiâ, quod maximè in Sacerdotibus eligendum eſt, inſtitutum. Hæc Pon-
tifex.

Gregorius verò Septimus Dynaſtam ab Alphonſo Caſtiliæ Rege ad Toletanas
infulas induendas euectum inuictè repulit, eò quod licet tùm ſanguinis ſplendore,
tùm prudentiæ munificentiæque laude floreſceret, eâ tamen doctrinæ luce vidua- Baron ann.
retur, quæ neceſſariò ad tanti Sacerdotij munus exigitur: hæc omnia Regi ſuâ E- 1080.ſ 69.
piſtolâ Pontifex ſignificauit, eumque ſimul hortatus amantiſſimè fuit, vt genere
quidem obſcurum virum, ſed eruditum ſapientemque deligeret, Romanæ veteris
Reipublicæ Romæque Chriſtianæ exemplum ei repræſentans, quæ deſpectis
auorum fumoſis imaginibus, virtutes tantùm animique dotes inſpectabat. Vr-
banus autem Quartus Antiſtites aliquos, quos litteris deſtitutos acceperat, accer-
ſiuit, vt eorum ſapientiâ priuatim exploratâ, de illis poſtea maturè, ſeriòque
B ſtatueret.

Recentiſſima hac ætate Clemens Octauus è Patrum Purpuratorum Senatu ali-
quos conuenire mandauit, vt eos, qui ad Epiſcopale Sacerdotium eliguntur, ante-
quam enuncientur, coram ipſomet Pontifice, iiſdemque Purpuratis Patribus de
doctrinâ explorarent. Quid plura? omnium inſtar illud ſit, quod Diuus Iſidorus
pronunciauit, æquè ſcilicet ſacris à ſedibus remouendos idiotas, & indoctos vi-
ros, ac iniquos & flagitioſos; do eius ſtylum. *Sicut iniqui & peccatores miniſte-* De nomen-
rium Sacerdotale aſſequi prohibentur, ità indocti & imperiti à tali officio retrahuntur; cl.l.3.c.35.
illi enim exemplis vitam bonorum corrumpunt, iſti verò ſuâ ignauiâ iniquos corri-
gere neſciunt.

Quin, cum Aragoniæ Rex Alphonſus Caſtiliæ Regem audientem accepiſſet,
Principes viros haud decere Palladijs diſciplinis ornari, reſpondit, effatum
hoc non humanum eſſe, at belluinum. Theodoſius autem Cæſar, cùm inſtruen-
C dos filios ſuos Magno Arſenio committeret, ait, quod ſi ſcientijs caruiſſent, Di-
uinarumque legum cognitionem ignoraſſent, benigniùs illis proſpectum foret, ſi
Principatu abdicato priuatæ vitæ ſe darent.

Quantò igitur æquius, hoc ipſum vſurpare poſſent, qui illiterati & rudes ad
tanti muneris apicem euocantur? ſatius porrò illis eſſet in tenui ſimplicique gra-
du ſuam vitam gerere, quàm in ſacris ſubſellijs eminere. Paſtoris quidem nomen
induere poteſt, at ſi fuerit indoctus, verè Paſtor non erit: ſiquidem ex Iſidori Cla-
rij ſententiâ, quæ primùm ſuo gregi paſcua debet offerre, in doctrinâ verſantur:
ornamenta quidem Antiſtes & pompam phaleratus oſtendet, vt ait Diuus Hil-
debertus, Antiſtes ipſe verè non erit. *Nihil enim eſt ei cum Prælati officio, cui nec* ep.38.
mores ad exemplum, nec ad doctrinam ſcientia ſuffragatur; cæteris præſidet ad diſpen-
dium ſanctimoniæ, non ad culpæ iudicium. Illuſtriſſimam quidem ipſe ſedem im-
pleat, at nullum ex eâ decus exhauriet: infulæ, thiara, lituus, gemmæ quibus
redimitur, nequaquam eum illuſtrem efficient, nec pretium ſuo nomini dabunt,
ſed potius minuent. Hàc olim in ſententiâ fuit Romana Synodus, Symmacho Pon-
D tifice imperante coacta, & Laurentio Mediolanenſi Præſuli hæc ſignificans, *Vi-* c.Viliſſi-
liſſimus computandus eſt, niſi præcellat ſanctitate & ſcientiâ, qui eſt honore præſtan- mus 45.1.
tior. Quod ſi nomine tantùm non munere ipſe erit Epiſcopus, an æquo animo qu.1.
Iudici Diuino ſe ſiſtat, qui non voces metitur, at res, non ſpeciem contemplatur
at opera?

Porrò totus horrore concutior, cùm ea, quæ ad Demophilum Dyoniſius Areo-
pagita ſcripſit, æqua mente peruoluo. *Si Sacerdotum ordo illuſtrandi vim habet,* epiſt.8.
profectò penitùs abhorret à Sacerdotum ordine atque officio is, qui illuſtrandi vi non
eſt præditus, & multò magis is qui illuſtratus non eſt. Ac mihi quidem audax vide-
tur & temerarius, ſi quis ea ſibi ſumat, quæ ſunt propria Sacerdotum, neque metu &
pudore à diuinorum tractatione præter captum ac meritum deterretur, putatque Deum
ignorare, quæ ipſe ſibi conſcius eſt, &c.

Quod autem æquius videtur in eo conſiſtit, quòd ſi rudis imperituſque Præſul
fuerit, iiſdem in rebus, quas ſapienter à ſe pertractatas æſtimabit, fœdè decipie-

tur, nullamque bonæ mentis prætendere poterit excuſationem: adeò namque no- A
ſtro muneri ignorantia aduerſatur, vt errores noſtri non ex eâ minuantur, ſed po-
tiùs augeantur. Quàproper, vt docet Origenes, cum varia ſacrificia ad expian-
da virorum ſæcularium crimina inſtituerentur à Deo, ſemper addita fuit illa di-
Leuit. 4. ſtinctio *Si per ignorantiam*, ac ſi cum ex ignorantiâ prouenit crimen, vt culpa le-
uior eſt, ſic minor pariter eſſe debeat pœna: cùm verò ad Sacerdotum noxas abo-
lendas deſignarentur à Deo, nullâ dixtinctione adhibitâ, ſacra eadem fieri man-
dat, quæ pro totius populi erroribus inſtituta fuerunt, abſque eo quòd vlla ratio
de ignorantiâ habeatur, quæ in Sacerdotibus vel dari, vel excuſari non poteſt.
adeſt Origenes. *Obſeruandum eſt, in peccato Sacerdotis non addit legislator, per*
hom. 2. in Leu. *ignorantiam, neque enim cadere ignorantia poterat in eum, qui vt cæteros doceret,*
prouectus eſt.

Ex aduerſo autem annon veri Paſtores appellandi ij ſunt, qui morum ſimul &
litterarum præſtantiâ exornantur? annon ſal populorum, ſol gentium dicendi ſunt,
qui populos condiunt, orbem illuſtrant, eaſque ſibi ſcientijs ſuis coronas in cæle- B
ſti beatitate moliuntur, quibus Daniel gentium Doctores effulgere ſpectauit, *Qui*
Daniel. 12. *autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam multos*
erudiunt, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates?

Vnum tantùm hic præterire non licet, hoc eſt, quòd cum aliqui ad humiles ob-
ſcuroſque regendos Epiſcopatus eligantur, perſuaſum animo habeant, non ab ijs
illud exquiri ſcientiarum choragium, quo eos inſtruendos affirmant, tùm Cano-
nes, tùm Concilia. Eâ enim ego in ſententiâ ſum, maiores in eis poſtulari ſci-
entias, quàm in alijs, tùm quià, cum penes ſe nec peritos Vicarios, nec perdoctos
viros, quorum conſilium in dubijs rebus explorent, habere ibi non poſſint, facil-
limum erit vt decipiantur; tùm quià ſi ſacris in rebus verſatus non abundè fuerit
à Deo electus Antiſtes, quà viâ ad res ſacras ſibi ſalutares addiſcendas ſibi po-
puli conſulent? quâ de causâ Antiſtitem Diuus Chryſoſtomus *Communem Magi-*
hom 3. in Tit. *ſtrum* appellauit, & *Eccleſiarum Magiſtri* in Synodo Trullenſi apud Balſamonem
Canon. 14. vocati paritèr Hyerarchæ fuerunt. C

Sacræ Scripturæ libros potiſsimùm ab Antiſtite peruoluendos. Cap. XII.

CVpiditas illa, quâ noſter animus inexplebili quodam ardore fertur ad ſcien-
dum, neſcio an iure quodam hæreditario in nos à genitoribus noſtris, an cæli
benignitate defluxerit. naturæ totius arcana ſcrutandi deſiderium è terreſtri Para-
diſo in exilium iſtud attulimus: tota ferè mortalium gens hâc prurigine titillatur,
ipſaque noſtra humana ſpecies ſignificare videtur, ad ea nos omnia ſcienda con-
templandaque in orbis theatro collocatos, quæ Dei architectantis manus ad eum
ornandum eduxit; ſic olim docuit Caſſiodorus, hæc de homine habens, *Procerum* D
animal & in effigiem pulcherrimæ ſpeculationis erectum. nec in ijs tantummodò in-
de anim. c. 16. ſpectandis, quæ poteſt aſſequi oculo, humanus animus acquieſcit, ſed etiam ea,
quæ eius oculos fugiunt, Aquilæ inſtar perſpicaciſſimè inuadit, ſanctâque audaciâ
creata hæc omnia deſpicatus, Deum ipſum, quis credat? exquirit, adeòque in
eius cognitione delectatur, vt quò magis eum ſcientiâ poſſidet, eò magis ad alia
ſcienda feſtinet; quàpropter Neſtoreos licet annos eius contemplatione impende-
ret, longiores adhuc exquireret.

Quàm breui noſtra hæc ætas, licet litteris tota vacaret, labitur & fluit, ait Se-
neca, *Licet nihil facilitate eripi, nihil negligentiâ patiatur excidere, tamen homo ad*
de otio ſapientis. *immortalium cognitionem nimis mortalis eſt.* Indoctum ſe ſatis exhibet, qui ſatis
doctum ſe putat; maximum enim ſcire eſt, ſcire ſe neſcire: faſtidioſi & nauſeabundi
animi eſt, otioque potius quàm litteris dediti, litterarum amorem exuere; qui enim
ſeriò litteris vacant, non excitandi ſed coercẽdi ſunt, magiſq; in compeſcenda ſcien-
di libidine, quam in ipſo diſcendi à labore deſudant; vt enim egregiè Philoſophus
ait.

ait. *Vt omnium rerum, ſic litterarum quoque intemperantiâ laboramus.* Sen. ep. 10.
A Hoc autem ſi in aliarum ſcientiarum exercitatione frequentiſſimum eſt, multò
magis & ſuprà quàm dici poſſit in ſacrarum diuinarumque litterarum ſcientijs ha-
betur: harum documenta vtiliſſima omnium ſunt, humaniſque ingenijs eam pa-
riunt cæleſtem voluptatem, quæ potiſſimùm homines decet, vt ex Eccleſiaſtici
ſententiâ indicatur, *Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens & in prophe-* c. 39.
tis vacabit; narrationem virorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias para-
bolarum ſimul introibit, occulta prouerbiorum exquiret, & in abſconditis parabola-
rum conuerſabitur.

Quacumque igitur ſcientiâ licet excellat Epiſcopus, ſacris tamen à litteris nũ-
quam diſcedat oportet; nec tantùm hoc idem admonuiſſe, ſed præcepiſſe videtur
Apoſtolus, cum ad Epheſinum Antiſtitem ſcribens ait, *Attende lectioni, exhorta-* p. Tim. 4.
tioni & doctrinæ: ac ſi res ea hæc ſit, cuius ſtudio ſingularem operam ſimus daturi:
huic lectioni vacantes, ea penitùs addiſcemus, quæ ad noſtrum munus explen-
B dum nobis neceſſaria capite ſuperiori deſcripſimus: quâ propè ratione, verba è
Diuo Paulo allata Magnus Mediolanenſis Antiſtes explicat; *Lectio enim frequens,* in pſ. 118.
nec intermiſſione aliqua deſtituta, doctrinæ munus operatur. lect. 10.

Ipſimet Apoſtoli ſancitâ ad hoc ſtudium lege nos excitant. Concilium item
Cabillonenſe, cui Carolus Magnus adfuit, Concilium Toletanum Quartum, &
Tridentina demùm Synodus hoc idem nobis adhortantur, ſed multò validior ad
hoc idem nobis inſinuandum ipſe ordo eſt, ad quem nos Deus euexit, & voluptas
ſimul & vtilitas, quâ in eius vſu perfundimur, & donamur.

Si vt doceamus eligimur, vt erudiamus gentes, infulati ſpectamur, ſi ad alios
inſtruendos noſtrum munus intenditur, ſi è noſtri Sacerdotij lege doctrinis alios
paſcere, & ſaginare tenemur, quis ignoret, quàm neceſſaria nobis fuerit ſacra-
rum litterarum abſoluta cognitio? an non ſuum opus negligere dicendus ſit, qui
litteratis hiſce artibus vacat? vel ſe Antiſtitem eſſe dedidiſcit, vel lauream, quam ad
labores ſuos coronandos cælum intexuit, deſpicatur, eo quidem ſtylo obiurgan-
C dus videtur, quem olim Diuus Ambroſius vſurpauit. *Cur non illa tempora, quibus* l. de off. c. 16
ab Eccleſia vacas, lectioni impendas? cur non Chriſtum reuiſas, Chriſtum alloquaris,
Chriſtum audias? illum alloquimur cum oramus, illum audimus, cum diuina oracula
legimus.

Sed rurſus audi eundem Illuſtriſſimum Magiſtrum philoſophantem vti vulgo
fertur *ad hominem*. Annon potiſſimum Epiſcopi munus in populis erudiendis,
habendiſque concionibus verſatur. (ſic poſteâ Synodus Tridentina definijt, nobiſ-
que luculentiùs ſuo loco dicetur): ſe igitur vir tantus alloquẽs eâ quâ præſtitit hu-
militate ſuum animum erigens ait, Quandoquidem antequam diſcipulus fuerim,
gentium Magiſter eſſe cogor, inuituſque ad aliorum regimen fui euocatus, cùm
ſuſceptum munus excutere non liceat, & ad meas vices obeundas obſtringar, eo-
dem planè tempore diſcendum mihi pariter & docendum eſt; *Cùm iam effugere*
non poſſimus officium docendi, quod nobis inuitis impoſuit Sacerdotij neceſſitudo, &
D *ex eâ factum eſt, vt prius inciperem docere quàm diſcere. Diſcendum igitur mihi ſi-* p. o1. c. p.
mul & docendum eſt, quoniam non vacauit ante diſcere. Ne autem ſatis ſe litteris
imbui quiſquam arbitretur, addit, *Et quantumlibet quiſque profecerit, nemo eſt, qui*
doceri non egeat, dum viuit.

In Antiſtitis ideâ, quam ad Timotheum ſcribens effinxit Apoſtolus, Diuus Cy- epiſt. 73.
prianus expendit, non doctum tantũmodo eum ab illo requiri, ſed etiam docibilem; p. Tim. 2.
ille autem docibilis appellari poteſt, vt ex eodem Cypriano D. etiam Auguſtinus Cõtra Do-
addidicit, qui non docet, ſed diſcit. *Oportet enim Epiſcopum non tantùm docere, ſed* natiſtas l. 4. cap. 5.
& diſcere, quia & ille melius docet, qui quotidie creſcit, & proficit meliora diſcendo.

Quod autem non admiratioue tantùm, ſed & conſideratione digniſſimum eſt,
Magnus idem Apoſtolus, impertitâ cælitùs ſapientiâ, ad populos erudiendos, or-
bemque totum ſacris legibus informandum electus, in ſe ipſo illud exercuit, quod
Antiſtites alios edocebat; quàpropter extremam Epiſtolam, Cychnum imitatus
prædulci ſtylo ad Timotheum ſuum iam proximè moriturus inſcribens, & de
triumpho loquens, quem ſuo ſanguine purpuratus Romæ acturus erat, certiorem

cum

Digitized by Google

2. Timoth. eum facit, *Ego enim iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat*, adeoque, vt Romam ſe inuiſurus accedat eum aduocans, ſubdit, vt veſtem Troade relictam ad eum afferat, ne alicui moleſtus ſit, & ſacram Bibliam vnà cum alijs libris ſuiſque manuſcriptis libellis, *Penulam, quam reliqui Troade apud Carpium, veniens affer* A
1 de orat. c.2. *tecum*, Sacerdotalem veſtem quam Planetam vocant, penulam hanc fuiſſe docet Tertullianus, *& libros, maxime autem membranam*: libris autem ſacram Bibliam indicari, ſuaque ſcripta membranis declarant interpretes. an ergo otiari & obdormiſcere quiſquam noſtrum inertiſſimus audeat, dum Gentium Magiſter inter impiorum compedes, & iam carnifici immolandus, ſacros adhuc libros peruoluendos exoptat? iniquiſſimum hoc Eſthio videtur, qui adhæc Pauli verba præ ad-
ibi c.23. miratione immoratus ait, *Quantum exiſtimare debent omnes Epiſcopi & Paſtores, ſibi neceſſariam eſſe lectionem & ſtudium Scripturæ ſacræ quantumcumque etiam profecerint, quoniam Paulus ab ipſo Domino myſteria religionis edoctus, & tot annis Apoſtolatu functus, adhuc libros deſiderat quos legat?*

Memorare hìc Alcibiadem placet, qui gymnaſium aliquando profectus ſuorum librorum cathalogum petijt, accipienſque à Magiſtro inter eos Homeri opera non adeſſe, ſonorâ alapâ eum verberauit, Magiſtri nomine indignum eum pronuncians, qui libro eo careret, quo Ciuilis Philoſophia tota quanta quanta eſt, egregijs Heroum geſtis expreſſa admirandè deſcribitur. Epiſcopi nomen ille exuat, qui ſacros ſibi codices ignotos habet, & rara tantùm lectione ſalutat. B

§. I.

AD hoc faciendum non tantùm noſtri muneris lege obſtringimur, ſed etiam ex ingenti vtilitate, quam ſacri libri non ad noſtram ſolummodo in virtutum ſtadio progreſſionem ſubmouendam deriuantur, ſed etiam ad populos fidei noſtræ commiſſos fœliciter temperandos.

Homeri Iliadem ſemper ſecum præferebat Magnus Macedo; ex eâ enim ad egregia facinora tam validos ſibi ſtimulos inſeri intelligebat, vt formidandus hoſtibus, inuictus omnibus eſſet: eum autem Dario Perſarum, toriuſque Aſiæ Princi- C
D. Baſil. ep p ad Nazianz. pe profligato, inter opimas eius exuuias aureum ſcriniolum gemmis pretioſiſſimis referium inueniſſet, quo ſuas odorum delicias euiratus ille Princeps ſeruare aſſueuerat, ait Alexander, cunctis alijs pretioſiorem gemmam hìc ego in poſterùm ſeruauerim, Iliadem ſcilicet Homeri, quam bellicoſus ille Princeps ſcrinio illi commendauit. Si mens nobis fuerit ſpiritalis, noſtræque Religionis rebus apprimè dedita, nullum alium in noſtri pectoris arcâ theſaurum, collocare deberemus, quàm ſacram Bibliam, quà nullus è Diui Chryſoſtomi ſententiâ theſaurus opulentior, & pretioſior æſtimandus videtur. Gangi etiam flumini eandem Magiſter
in Matt. 13. Sanctiſſimus confert, non vtilibus tantùm aquis exundanti, ſed aureas etiam arenas euoluenti, vt campos illis fœcundet, populos his locupletet. *Meritò theſauro confertur Diuinarum Scripturarum lectio: nam in ſacrâ Scripturâ indicibiles diuitias licet inuenire. Nec ſolùm theſauro ſimilia ſunt Diuina eloquia, ſed fonti; Magna enim eſt huius theſauri abundantia & larga fontis huius ſpiritalis vbertas.* Aureus quidam hic fluuius eſt, vt nos virtutum theſauro ditet, aqueus, vt diuino imbre nos irrriget, vt vitia noſtra ſubmergat, & prauarum cupiditatum ignes extinguat. *Fons eſt, vt aquæ ſuperfluant requirentibus, quo & vniuerſæ carnis vel flagitia diluantur, vel reſtinguantur incendia.* Sic Ambroſius. Haud igitur vnquam cæleſtem hanc Iliadem procul à nobis habeamus, cuius virtute nequiſſimos Erebi hoſtes perditaſque vitiorum & cupiditatum acies in nos obarmatas repellimus, & ſuperamus. Certè, ſi Diuo Gregorio fides habenda ſit, ſacra Scriptura iuxtà Tropologicum ſenſum, Turris ea Dauidica eſt, de quà in ſacris hymnis fertur, *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Quàm ergo neceſſe fuerit, vt eâ Sancti Antiſtites obarmentur, cum eius verba gladij & ſpicula validiſſima ſint, quibus inimicas acies confodere & vincere valeamus: in hâc tamen ſententiâ Gregorium Magnum Pontificem, Magnus Baſilius anteiuit; hic enim ad Gregorium Nazianzenum ſibi D

appri-

A apprimè familiarem ſcribens inter alia pronunciat, *Si quis laborat concupiſcentiâ & caſtitatis eſt cupidus, hiſtoriam Ioſeph aſſiduè legat; ex eà hauriet & diſcet pudicitiæ amorem, & ſapientiæ: ſi quis impatiens patientiam deſideret, legat geſta Sancti Iob; ſi quis fortitudinem cupiat, legat acta Dauidis, ſi quis manſuetudinem appetit, Moyſem voluat & imitetur*; crediderim hæc ab Origene mutuatum Baſilium, qui ſingulari ſermone hæc omnia proſequutus, luculentèr in his explicandis excurrit; vno omnia verbo cum Chryſoſtomo complectar. *Omnibus ſingularia viuendi documenta largitur.*

(hom. 5. in Ezech.) (Orig. hom. in Exod.)

Maxima & potiſſima noſtri Sacerdotij munera è ſacræ Scripturæ Lycæo erudimur: hinc velut è fonte ipſo Diuinitatis modum & legem haurimus, quâ ignaros inſtruamus, dirigamus errantes, iniquos caſtigemus, pios ducamus, omnes denique ad virtutum ſtudia captanda excitemus. Audi iam Paulum Apoſtolum hæc omnia Epheſino Præſuli Timotheo ſignificantem, *Omnis Scriptura diuinitùs inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum ad corripiendum, ad erudiendum in iu-* (2. Tim 3.)
B *ſtitiâ, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.*

Non tamen obitèr delibanda hæc verba Apoſtoli ſunt, at ſeriò & ſingulatim expendenda. Primùm itaque de eâ ſcribit, quod ſit *diuinitùs inſpirata*: non igitur humana ſed Diuina mens eam conſcripſit, Diuinique ſpiritus digito fuit exarata: hinc nobis tria ſtatuenda ſunt; primò quàm valida ſit eius authoritas, cum Cælo Magiſtro ſcripta fuerit. Secundò non ſyllabam, non apicem è Diui Gregorij & Theodoreti ſententiâ vacuam ibi eſſe; quin blaſphemi hominis eſſe docuit Diuus Baſilius, voculam ibi dari, quæ ſit otioſa & inutilis. Tertiò cum Diuinæ Scripturæ lectioni vacamus, familiaritèr cum Deo verſamur, & quaſdam velut eius Epiſtolas legimus, quibus in hac infimâ terrarum ſede, vbi exulamus, de noſtrâ cæleſti patriâ, de Deo nuncia nobis gratiſſima afferuntur: quàm egregiè Gregorius ad Theodorum medicum ſcribens! *Imperator Cæli, Dominus Angelorum & hominum, pro vitâ tuâ tibi Epiſtolas tranſmittit, & tu illas ardenter legere negliges! quid enim eſt Scriptura, niſi quædam Epiſtola omnipotentis Dei ad ſuam*
C *Creaturam?*

(vide Lorin. in 2. Petr. cap. p.) (Gregor. in Prefat. moral. c. p.) (Theodor. pref in pſ.) (hom. 6 in exam.) (l 4. ep. 84.)

Vtilem paritèr eam eſſe *ad docendum* ſcribit Apoſtolus; cuncta enim vtilia opportunaque ad piam beatamque vitam inſtituendam ſacris è paginis haurimus. *Quæcunque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt*; Vitæ arborem Diuus Ambroſius & Hyeronimus eam appellarunt, cuius beneficio piorum operum fructus nobis ſuppeditantur: hiſtorica quæ in eâ narrantur exempla ad noſtram fidem inſtruendam poma porrigunt, & quæ ad allegoricum & moralem ſenſum referuntur, ad componendos mores inſeruiunt, adeò vt ea Diuo Auguſtino mens fuerit, eâ lege maiorem minoremque futuram hominum pietatem, quà magis vel minus Diuinæ Scripturæ peruoluendæ ſtuduerint; omnium doctiſſimè Diuus Iuſtinianus iſta verbis expreſſit, *Eſt ſacra pagina ſapientiæ Verbi ſpeculum, & Diuinitatis armarium.* Sed Apoſtolum rurſus audiamus, qui vtilem eam paritèr eſſe docet *ad arguendum*, hoc eſt ad hæreſum ſectatores & adminiſtros profligandos,
D ipſoſque Dæmones infringendos: quid enim? annon ipſemet noſtræ ſalutis aſſertor, de Satanæ artibus & inſidijs triumphaturus eius verba velut arma vibrauit? vtilem etiam addit *ad corripiendum*: impudoratos enim viros eius verbis obiurgamus; quàpropter medicæ officinæ Diuus eam Baſilius comparauit, è qua ad exquiſita medicamenta componenda erudimur.

(Roman. 15.) (Ambr. ep. cao 21.) (Hyeron. in Ezech. c. 47) (De caſto connubio cap. 19.)

Vtilem prætereà docet eſſe *ad erudiendum in iuſtitiâ*: quid enim eâ aptius, vt mentem diuinis cogitationibus impleat & illuſtret, & eam virtutum venuſtatem exhibeat, quâ ad ſacrum amorem voluntas humana rapiatur; fuſiùs hæc ornata proſequitur Diuus Auguſtinus, quem ſtudio breuitatis omitto.

Hinc mirum cuique videri non debet, ſi ſuum de ipsâ ſermonem ſic abſoluat Apoſtolus, *Vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.* Inter exercitamenta virtutum, piorumq; operum labores, perfectæ abſolutæq; pietatis imaginem in quocumq; Chriſtianæ Religionis aſſecla, Sacerdote, Epiſcopo perficit & coronat. De ſacrâ igitur Scripturâ loquens Diuus Auguſtinus eam eſſe pronunciat, *Epiſcoporum vacationem, Sacerdotum cellarium, puerorum principium, viduarum doctrinam, coniugatorum pulchritudinem.* Ex

Ex huius ſtudio facilè admodum eſt, vt ex huius laborioſæ vitæ paleſtrâ nos lau-
ream beatitatis aſſequamur, feliciterq. tot certaminibus quibus obſidemur emen- A
ſis palmas æternitatis attingamus, *Quam cùm inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem*
Prou. 24. *& ſpes tua non peribit*. Septuaginta legunt, ſi eam inueneris *erit bonus obitus tuus*,
ac ſi ab ſtygio naufragio procul omninò ſint, qui ſacræ huic ſcientiæ vacant: pro-
pitiâ hac enim ſtellâ illis fauente, facillimum eſt, vt vitiorum ſcopulos eludant,
procellas quibus eo temporis articulo corpore, animâque obſidemur, exuperent,
optatæque portum ſalutis appellant.

Si ergo tàm egregiè ab eius lectione erudimur, tùm vt nos ipſos ad virtutis api-
cem attingendum excitemus, tùm vt alijs ad viam ſalutis reſerandam proſpicia-
mus, quàm meritò vberrimum totius ſapientiæ fontem Diuinam Scripturam nun-
ſerm. de o- cupauit Aelredus, *Scriptura totius eruditionis fontem nobis miniſtrauit*. Altum
pere Babil. ex his aquis puteum in ſacris libris Diuus Gregorius inſtruxit, vt eam ſacri Anti-
in 3. par. ſtites ad populorum ſubſidium haurirent; His aquis immorari, fruique aſſiduè ſa-
Paſtor. cri Præſules debent, cum ipſi iuxtâ allegoricum ſenſum ſint Chriſtianæ Religio- B
nis oculi, de quibus ſacris in canticionibus dicitur, *Oculi eius ſicut Columbæ ſuper*
Cant. 5. *riuulos aquarum quæ lacte ſunt lota & reſident iuxtà fluenta pleniſſima*.

Quæcumque autem licet ratio deficeret, crudeliſſimus in ſeipſum ille eſſet An-
tiſtes, qui diuinæ Scripturæ delicijs abſtineret; cùm è noſtri Sacerdotij ſanctitate,
quæcumque nobis alia voluptas interdicatur. Ex ijs quas nobis vel fallaces vel
pernicioſas ſæculi lenocinia offerunt, eas tantùm Diuino Conſilio nobis impertitas
frui licet, quas è Diuinâ Scripturâ velut è viridario floridiſſimo cæleſti plenas iu-
cunditate colligamus. Compertum hoc ſatis fuit Diuo Carolo Borromeo, cui
cum quidam ſignificaſſet, opportunum maximè ad Epiſcopi animum relaxandum
in vit. S. Ca- fore, ſi Archiepiſcopali Palatio ſplendidum amplumque viridarium annecteretur,
rol. lib. 8. eo prorſus modo quo Vigeuani Antiſtes fecerat, reſpondiſſe vir Sanctiſſimus ſer-
c. 27. tur, in ſacrâ tantùm Bibliâ viridarium Antiſtitum dari. O memorandas æternùm
voces tantoque Præſule dignas! O ſententiam aureo in Epiſcoporum animis ſtylo C
inſcribendam!

Quid commentitios Heſperidum hortos, quid penſiles Semiramidis areas, quid
Plin. l. 19. regia Adonidis & Alcinoi viridaria fabuloſa commendat antiquitas! alia nobis
cap. 4. viridaria rident, illis amœniora illis dulciora, *Huiuſmodi mala hæc ſunt, quæ nec*
epiſt. ad *Heſperidum nec Alcinoi hortis naſcuntur*. ſic Libanius.
Corouil.

Proh Deus! Paradiſus alter floridiſſimus Diuina Scriptura eſt, ſi autem perni-
cioſum adeò homini fuit, boni & mali ſcientiæ arborem deguſtare, in hoc non
innocentèr tantùm, ſed cum laude nobis licet ex eàdem arbore dulciores longè
fructus deguſtare; hic enim etiam, Beato Iuſtiniano docente, appoſuit eam Deus
in præfat. ad nutrimentum imó ad delicias, *Lignum etiam ſcientia boni & mali, ibi poſuit, ſa-*
de ligno *cra videlicet eloquia*. Nihil hac lectione iucundius, nihil delectabilius dari in hac
vitæ. rerum vniuerſitate ſcribens ad Diuum Hyeronimum Diuus Damaſus Pontifex pro-
epiſt. 124. nunciauit.

Nec procul à Diui Auguſtini ſententiâ erimus, ſi cæleſtem ipſam beatitatem ſa- D
ſerm. 122. ceris hiſce ſtudijs delibari quodammodo aſſeramus.
de temp.

Delectamenta omnia, quibus creatæ quæcumque res perfundere nos poſſunt,
ſapientiæ vnius dulcedine ſuperari Romanus Orator affirmauit. *Quid enim poſt Deos*
D. Auguſt. *optabilius, quid præſtantius, quid melius, quid dignius ſapientia?* ſi hæc de terrenâ
l. 22. de Ci- ſapientiâ Tullius, quid de Diuinâ nobis dicendum, quæ pro fructu Deum ipſum
uit. Dei. nobis affert omnium maximum & pretioſiſſimum.

§. II.

VErùm ſi quæ hactenus vel ex honeſtate, vel vtilitate petita ſunt argumenta
ſatis nos excitare non valent ad hæc ſtudia amplexanda, exempla properè
aggrediamur, quorum vi facilius eſt, humanam quocunque flecti voluntatem.
Non hîc ego Athanaſium afferam, qui puteum, vbi ſe ad Tyrannorum ferociam
declinan-

A declinandam ſubduxerat in ſactum Lycæum conuertit, non Baſilium, vel Nazianzenum, quorum animus in ſacris tantùm paginis euoluendis quieſcebat, non Chryſoſtomum, qui noctes ferè integras in eiſdem traducebat: non Hilarium, qui exul de ſuis hoſtibus ſacratum ſcientiarum auxilio triumphauit; non Ambroſium, qui in Palatij aulâ bibliothecam conſtituit, vt reliquum temporis, quod ab audiendis populis ſupererat, in ſacrâ lectione tranſigeret, non Auguſtinum alioſque ſexcentos fidei Orthodoxæ Magiſtros, qui poſteritatem omnem monumentis doctiſſimis illuſtratunt; ex eorum enim characteribus, ſatis exprimitur, quantâ voluptate in ſacris verſandis paginis fuerentur; Nepotianum ipſum pariter omiſerim, de quo Sanctus Hyeronimus habet, quod *lectione aſſiduâ & meditatione diurnâ pectus ſuum bibliothecam fecerat Chriſti*.

Haud tamen Diuum Edmundum Cantuarienſem Antiſtitem præterire fas eſt hic enim ſacris verſandis paginis addictus adeò erat, vt non dies tantùm at noctes in earum lectione traduceret, & quotieſcunque Bibliam ſacram aſſumeret, obſequentiſſimo eam cultu oſcularetur; quàm autem Deo gratum hoc foret obſequium, Sur. in eius vit. 1 oMaij

B ſingulari quodam modo ipſe Deus oſtendit; cum enim ſemel iter haberet, ſuoq; de more ſacræ Scripturæ lectioni vacaret, ſomno correptus incogitantèr obdormijt; accensâ interim faculâ paginis inſidente, latè ignis paulatim ſe porrexit; experrectus adhæc Antiſtes, lateq; diffuſam flammam inſpectans, ſacrum Codicem credidit ſparſo igne combuſtum: ſed extinctâ protinus flatu leuiſſimo flammâ, liber omni prorſus detrimento liber apparuit.

De Sancto Honorato Maſſilienſi Antiſtite illud è ſacrarum litterarum excellentiâ de eo Gennadius pronunciauit, vt eum vocaret, *Armarium Scripturarum*.

Eximius pariter hac in re fuit Taius Cæſarauguſtanus Antiſtes: cum enim nulla in totâ ferè Hiſpaniâ eſſet ſecunda & tertia pars Moralium Diui Gregorij, Romam ad eas habendas acceſſit, verùm quià ne dum Romæ, exquiſitâ licet diligentia adhibitâ, reperiri alterutra potuit, ad ſacros Apoſtolorum Principis cineres ſupplex totâ nocte inter preces incubuit, vt eius patrocinio, tàm ingenti theſauro ditaretur; annuente ad hæc Deo, Diuus ipſe Gregorius ſimul cum alijs Pontificibus

C inſpectandum ei ſe præbuit, arcamque, quâ libri illi recondebantur indicauit; luculentiùs hæc ſcribit Synodus Toletana. Conc. 7. Tolet.

Ar quò me Magnus Aquinas trahis? nobilitatem, opulentiam, concinnitatem Pariſienſis Vrbis nonnullis commendantibus reſpondiſti, præ maximâ illâ Regiâque verè Vrbium Vrbe tibi in delicijs eſſe vnicam Sancti Ioannis Chryſoſtomi opellam. De Pio etiam Secundo Platina refert, quod *libros pluſquam ſapphiros & ſmaragdos caros habuit, quibus Chryſolitorum magnam copiam ineſſe aiebat*. Surius in eius vit. Platin. in Pio II.

Quid de prophanis ipſis Principibus ego dixerim, qui ſæculo addicti, Principatuum adminiſtratione præpediti, Connubij legibus & impedimentis innumeris diſtrahuntur? tàm voluptuosè in ſacris voluminibus terendis Carolus Magnus deliciabatur, vt ea ferè præ manibus habens ſuum clauſiſſe diem videretur. Teganus in vit. Ludouici.

Aragoniæ Rex Alphonſus ſibi gloriæ ducebat, quater decies ſacrarum litterarum commentarios à capite ad calcem peruoluiſſe, adnotationibus quibuſdam ſuo marte conſcriptis. Quàm ad hæc obſtupeſcere ij deberent Myſtagogiæ Principes, qui ne ſemel quidem eam integrè perlegiſſent! Panormit. in vit. Alphonſ.

D

Roberto etiam Siciliæ Regi adeò litterariæ artes, ſacræque potiſſimùm ſcientiæ in delicijs fuere, vt Franciſco Petrarchæ ſignificauerit, ſe magis Palladijs diſciplinis, quàm Regijs illecebris delectari, ſibique, ſi ex his alterutrum deperdendum eſſet, minori pretio Regni iacturam fore quàm litterarum.

Quod autem ſuprà omnium admirationem hac in re videtur, illud eſt, quod Candaces Aethyopum Reginæ Eunuchus, & iuxtà Euthimij mentem Regni totius primus adminiſter Magnuſque Theſaurarius, inter aulæ lenocinia, populorum obſequia opumque delicias, tantâ cùm voluptatis contentione ad ſtudium ſacrarum litterarum ferebatur, vt quamuis in ſummâ earum ignoratione caligaret, ne quidem iter agens in curru legendis libris incommodo, à ſacris libris legendis abſtinere non potuerit, Iſaiæ oracula reuoluens, *Sedens ſuper currum ſuum, legenſque* Act. Apoſt.

que Iſaiam Prophetam: tempus, locus, iter, ſuperſtitio, lectioni quidem obſtabant, A
ſed cuncta hæc obſtacula libros diuinitùs elaboratos ſciendi cupiditas vicit, & voluptas, quà totus delibutus animo erat: quàpropter, vt Diuinæ ſalutis iubar eius menti innoteſceret, meruit obtinere.

ep.103.

De tàm illuſtri Dynaſtà ad Paulinum Diuus Hyeronimus ſcribens, ſtupore correptus, amorem, quo diuinas litteras proſequebatur, admiratur, eiuſque paratiſſimam voluntatem, quà Philippo Chriſti diſcipulo ſe abluendum commiſit: eum enim licet extraneum locauit in curru, excepitque ſecum licet prorſus ignotum, & paupertate obſoletum. Quis ergo ſi tantâ cum Deus mercede donauerit, meritò obſtupeſcat! *Eadem horà credit & baptizatur, fidelis & ſanctus factus eſt, ac de diſcipulo Magiſter: plus in deſerto fonte Eccleſia, quam in aurato Synagoga templo reperijt*.

Ad hunc etiam commendandum ſuæ vires æloquentiæ impendit Orator Maximus Chryſoſtomus, cuius ea vox eſt, *Audiant exemplum, qui neque domi, vt hoc faciant perſuaderi poſſunt*. Seculares hîc ipſe viros alloquitur, eorum incuriam in ſa- B

hom. 33. in Geneſ.

cris perlegendis litteris damnat; quàm igitur validè in Epiſcopos intonaſſet! in Epiſcopos inquam, qui ſui ſanctitate Sacerdotij codices ſacros adeò comprehendere tenentur, vt quaſcunque de eis erumpentes dubitationum ambages poſſint exoluere; in Epiſcopos, qui nunquam ferè dixerim è manibus diuina eſſent oracula depoſituri, adeò vt ijs peruoluendis Magnus idem Bizantij Eccleſiaſtes Chryſoſtomus dixerit, perbreuem hanc noſtram ætatem, tota quanta quanta eſt, in illis verſandis abſumendam.

hom. 2. de Prouid.

Quid ergo ad hæc Venerandi Antiſtites facimus? itâ ne igitur patiemur, vt non tantùm ſacris à viris, ſed à profanis ipſis Principibus fœdaque Idolorum ſuperſtitione inquinatis, coram totâ hominum vniuerſitate ſocordia noſtra damentur? *Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos*. Filiorum Dei hæreditas, ſacram eſſe Scripturam docet Auguſtinus, *Hæreditas Dei & filiorum eius chara poſſeſſio nuncupatur*: ad nos autem potiſſimùm hæc hæreditas, hoc patrimonium ſpectat, qui miniſterij excellentiâ quà cæteris in Chriſtianâ Hierarchiâ præſtamus, primum inter Dei filios C
locum vindicamus. hac de causâ Diuus Dyoniſius Pariſiēſis Antiſtes aſſeruit, quod ſacra Scriptura *eſt ſubſtantia Sacerdotÿ noſtri*: Sanctus verò Ambroſius, quod eſt *liber Sacerdotalis*. Eo igitur pacto, quo diarium & rationariæ Ephemerides Mercatorum liber diceretur, eò quòd ad mercatores ſpectaret, ſic Sacerdotalis liber ſacra Scriptura appellatur, eò quòd ad Epiſcopos ſingulari quodam titulo refferatur: Anne igitur nos Eſau væcordiam imitati, vt pro lentis abiectiſſimâ pulte, humanis ſcilicet illecebris perfruamur, ampliſſimum hoc patrimonium, ditiſſima hæc primogenita deſeremus? Maxime Vatum Zacharia, *Quid vides? Video volumen volans*, Quod nam ſit volumen iſtud ventorum pennis raptum ſi ignores, aperiam. *Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper omnem faciem terræ*. Sacra Scriptura eſt, quæ diuina beneficia in eos quibus eius lectio cordi eſt, exundanter effundēs, ſacris viris & potiſſimùm Epiſcopis qui eius lectionem vel auerſantur iniurioſi, vel incurioſi negligunt, pernicioſiſſima eſt, Diuinique furoris fulmina in D
eos intorquet; ſed Magnum audi Gregorium memorata Zachariæ verba ſic explicantem. *Hæc ipſa ſacra eloquia ad æternam damnationem ſunt eis, qui illa vel ſcire nolunt, vel certè ſciendo contemnunt*.

Thren. 5.
ſerm. 38. ad fratr. de Erem.
de Eccleſ. hyerar. c. p.
l. 3. de fide cap. 7.
cap. 5.
lib. 15. moral. c. 8.

Si ergo è ſacris Eccleſiæ Principibus aliquis eſſet, qui animum ſuum à tam dulci, tàm vtili, tàm neceſſariâ lectione diuerte..et, Dæmonum fraudi deſidiam ſuam tribuat, qui, vt cum diuinis armis ad vitia profliganda expoliet, à ſacris litteris volutandis abducit, vt Diuina Myſteria ignoret, quibus populorum noctem illuſtret, vt ſacra paſcua ctipiet, quibus gregem ſuum enutriat, eius mentem à ſacris litteris amouet nequiſſimus veterator: ne ſe terrenis ab opibus auertat, & cæleſtes ad opes colligendas conuertat, theſauros iſtos ab eo remouet, hoſtili calliditate Diabolus. is certè fuit, qui cùm ſacris voluminibus paracerbè vapulare, cruciarique ſentiat, Maximiliano, Diocletiano aliiſque flagitioſiſſimis viris inſinuauit, vt ſacros in libros vęſanum bellum indicerent, eoſque flammis deuouerent. Eorum tamen conſilia Deus euertit, ipſa clementia in eorum defenſionem

obar-

obarmans: cum enim ſuppliciorum vi Scripturæ Sacræ codicem tradere cogeretur Sur. in vit.
A Fundanus Alitonenſis Antiſtes, eoque imperante, vt in æſtuantem pyram proti- SS Satur-
nus immitteretur, ſereno ſtatim ſudoque cælo tantus imber effluxit, tantuſque im- nini & ſoc.
mixtâ grandine nimbus detonuit, vt non tantùm elanguidus ignis relâdiſſet, ſed 15. Feb.
proximum illud ſolum funditus è tempeſtatis impetu perderetur.

Nec vel ex ætatis canitie, vel è valetudinis imbecillitate ſe aliquis palpans, a-
uertere animum ab hac ſacrâ lectione contendat; ſenectutis enim excuſationes fir-
mis adeò validiſque rationibus eneruauit Diuus Clemens Pontifex, vt illis exci- epiſt. 3.
piendis ſedes nulla ſuperſit: do eius verba Canonibus ſacris immixta. *Nullus*
Epiſcopus propter opprobrium ſenectutis vel nobilitatem generis à paruulis vel minus c. Nullus
eruditis, ſi quid fortè eſt, vtilitatis aut ſalutis inquirere negligat, qui enim rebelli- 16. 30. dixt.
tèr viuit, & diſcere & agere bona recuſat, magis Diaboli quàm Chriſti membrum
eſſe oſtenditur, & potius infidelis quàm fidelis monſtratur.

Nullam ætatem vſque ad ſeptuageſimum annum eſſe ſcientijs addiſcendis im-
parem docuit Pomponius Iuriſconſultus eximius: vide eius Pandectas vbi ſuam
B mentem Sapientis ore confirmat. *Si vnum pedem haberem in tumulo, alterum extrà,* l. apud Iu-
aliquid non pigeret addiſcere; illud etiam glorioſè addit è Solone, *Seneſcere ſe, quo-* lian. de fid.
tidiè aliquid addiſcendo. commiſſ.

Corporis valetudinem non tantùm ſtudia non infirmant, ſed roborant, & ſi fue-
rit amiſſa, recuperant; ſeruant quidem, eò quòd voluptatis eius, quà fruitur,
corpus, particeps animus euadit: *Studia etiam ſaluti corporis proſunt: in remedium* epiſt. 78.
enim cedunt honeſta ſolatia, & quidquid animum erexerit, etiam corpori prodeſt.

Amiſſam etiam valitudinem ipſa reſtituunt, cum phlegmata & rheumatiſmos
abſumant: eximium hoc alicui paradoxon æſtimabitur, ſed eodem Senecâ Magi-
ſtro ſatis hoc edocetur, ipſâque rerum experientiâ confirmatur: cum enim pitui-
ta laborans Seneca in lecto decumberet, præſtitere hoc illi Philoſophici libri, quod
Galeni & Hippocratis induſtria præſtitiſſet. *Studia mihi noſtra ſaluti fuerunt: phi-* ep. 78.
loſophiæ acceptum fero, quod ſurrexi, quod conualui; illi vitam debeo. verùm ſi ali-
C cui Stoici viri ſententia ſuſpicionem ingeſſerit, audiatur quod de ſeniori Plinio
loquens confidentiſſimè ait iunior Plinius: *Voce & ſtomacho laborantem, claram le-* l. 9. epiſt. pe-
ctionem in remedium adhibuiſſe ſcimus. Si tàm ſalutaris Philoſophia hæc illis fuit; nult.
quàm longè vtilior cæleſtis hæc ſapientia nobis erit, quæ ſuauiſſima eſt, tota mel-
lea, tota nectarea, ipſâque cæli ſuauitate compoſita. Nos igitur alloqui videtur
Diuus Hyeronimus. *Diuinas Scripturas ſæpius lege, imò nunquam de manibus tuis*
ſacra lectio deponatur: Diſce quod doceas.

An profanis litteris vacare Epiſcopis liceat. Cap. XIII.

D AD ſupremum Chriſtianæ Vniuerſitatis Principem Damaſum ſcribens vir ela-
boratiſſimi ingenij Diuus Hyeronimus, eos, qui pro ſacris libris turpium
Poetarum carmina, ſermoneſque alios meretricios, fœdiſque amoribus ſcatentes
peruoluant, filio prodigo comparat, qui ſponte patriæ domus delicijs omiſſis,
glandes tantùm cum eximiâ voluptate manducandas accepit, vt ijs ſe ingurgita-
ret, quibus animantium fœdiſſima ſaginantur: vt enim libros huiuſmodi quis le-
ctione tranſegerit, quid ex ijs lectori ſupereſt, quàm inanis quidam verborum fra-
gor, & tumultuoſa vocum farrago, & plerumque luxuriantium argutiarum pha-
lerata pompa, quæ humani famem ingenij non extinguit at excitat, non ſedat at
irritat. Quàpropter diuino quodam œſtro percitus in aliquos ſui ſæculi ſacros vi-
ros inuehitur, qui ſacris omiſſis ſcientijs ad ingenium ſimul & pietatem excolen-
dam aptiſſimis, manus ſacris codicibus conſecratas, amatorijs & meretricijs car-
minibus inquinare non dubitabant. *At nunc etiam Sacerdotes Dei, omiſſis Euan-*
gelijs & Prophetis videmus Comœdias legere, amatoria buccolicorum verſuum verba epiſt. 146.
canere, tenere Virgilium, & quod in pueris neceſſitatis eſt, crimen in ſe facere volu-

ptatis. Sanè qui Carthaginenſi Quartæ Synodo venerandi Præſules adfuerunt, ab
Ethnicorum libris Epiſcopales manus auerterunt, vt è Canone à Gratiano allato A
ſatis abundè patet, *Epiſcopus gentilium libros non legat; hæreticorum autem pro ne-*
c 16. 1. 37. dist. *ceſſitate, aut pro tempore*. hoc eſt, vel vt illorum doctrinam euertat, vel vt ſimpli-
ces & rudes Chriſti fidelium animos, à virulentâ, quæ ibi latet doctrinâ, ſubducat.
Poetarum carmina Aegyptijs ranis confert Origenes, Sophiſtarum verò et Dialec-
hom. 4. ad c. 7. Exod. cticorum argutias Aegyptijs item muſcis idem comparat, cò quòd ad animarum
tantùm perniciem & interitum vires ſuas omnes intendant.

Scientiarum cupiditati explendæ lectio hæc adeò aduerſatur, vt non tantùm
virtutis loco habenda non ſit, ſed vitioſa potius æſtimanda: ipſius enim virtutis,
imò Dei ipſius impulſu ad eas ſcientias acquirendas excitamur, quæ noſtro vitæ
gradui accommodatæ cenſentur, quæque Diuinæ gloriæ amplificandæ conducunt.
Quàpropter Hugo Victorinus illis Hyeremiæ verbis immoratus, *Me dereliquerunt*
fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas,
illis hæc aptat, qui cùm ſacris fuerint initiati Deoque deuoti, ſacram Scripturam
cæleſtium aquarum fontem vberrimum prætermittentes, in eo tantùm inutili- B
ter deſudant, vt putulentis & peſtilentibus infimarum ſcientiarum vadis ſe im-
mergant.

Ad abſolutam bibliothecam inſtruendam libros quacumque de re differentes
Chryſantes, vir inter Alexandrinos Proceres Senatorius, vndequàque colligebat:
quàpropter cùm aliquando ſacros Chriſtiani Euangelij codices præ manibus ha-
buiſſet, ſedulòque in eius lectione fuiſſet immoratus, adeò ſe eius voluptate rapi
paſſus eſt, vt quàcumque aliâ ſciendi facultate neglectâ ſacris tantùm addiſcen-
dis litteris animum ſuum deuoueret, & hac dicendi formâ ſe excitaret. *Tandiù*
Sur. in vit. S. Chryſan. 25. Octobr. *te decuit Chryſante tenebrarum libros euoluere, quoad veritatis lumen inuenires: non*
eſt autem ſapientis aut prudentis, vt à lumine rurſus ad tenebras reuertaris. Quid
profectò dicendum ab Epiſcopo eſſet, quem Diuina ſapientia populis gubernan-
dis præfecit, vt eis Diuinarum litterarum oracula pandat, & linguâ Magiſtrâ fon-
tes illos beatitatis aperiat? procul ab illis non habeat, quos Chriſtiana Religio il- C
luſtriores Sole conſcripſit: Quid peregrinas ſcientiarum diſciplinas Ethnicis è li-
bris efflagitent illi, qui locupletari omnibus poſſunt in vno tantùm ſacro Codice
perlegendo? Hic rerum omnium origo primordiaque recenſentur, hic in rerum
geſtarùm hiſtoriâ veritas elucet, hic tùm ad ciuile, tùm ad ſacrum regimen com-
ponendum ſaluberrima documenta redundant, hic quæ ad militarem diſciplinam
referuntur, ad ducendos exercitus, pugnas committendas, arces tùm obſidendas,
tùm ſeruandas: hic ſacrarum Muſarum concentus reſonat, hic Rethorum lenoci-
nia & Veneres blandiuntur, hic de naturæ arcanis inueſtigandis Philoſophicæ diſ-
ſertationes feruent, hic ad mores iuxtà prudentiæ leges componendos, ſaluber-
rima monumenta ſuppeditantur, hic demùm tota Chriſtianæ Religionis abſoluta
pulchritudo ſplendeſcit; quàm igitur egregiè de ſacra Scriptura Diuus Clemens
Pontifex pronũciauit. *In ipſa Diuinà Scripturà collecta eſt omnis rerum varietas, quæ*
in humanis ſcientijs inuenitur. Vt barbatulos quoſdam Magiſtellos confunderet, eo-
Sur. in vit. 7. April. rumque ſuperbiam infringeret, puerulo cuidam, cui nomen Hermannus, Deus D
hoc ipſum ſignificauit; cùm enim Grammatices Profeſſores fabuloſa Latinorum
Vatum commenta explicare huic vellent, renuit ipſe conſtantiſſimus, aureſque ſuas
ab illis audiendis auertit, illud effatus, indecorum & iniurioſum Dei nomini fore,
ſi mendacium Numinum nomina è libris Ethnicis hauſiſſet.

Maior inde natus ætate, illud etiam de ſacris viris pronunciabat, ſatis admi-
rari non poſſe, adeò profanis eos carminibus delectari, cùm diuina documentâ
tàm magnificâ pompâ in ſacris voluminibus ad eorum voluptatem & delicias
explicentur: quis enim eum non arguat, qui lilijs ſentibus obſeſſis colli-
gendis vacans, ea omittit, quæ nullis vepribus rigent, nullis aculeis obſi-
dentur?

Illud denique Venerandi Antiſtites, menti nobis occurrat, haud quaquam
dùm ſacris initiaremur, capiti noſtro impoſitum, aut Homerum, aut Virgi-
lium, multòque minus luxuriantes & amatorios Vates, non Ptolæmeum,

aut

Digitized by Google

A aut Ariſtotelem, ſed ſacrum Codicem Chriſtianæ fidei leges explicantem, vt verſando illi ſtudens Epiſcopus, *Potens ſit exhortari in doctrinâ ſacrâ, & eos qui contradicunt arguere*.

§. I.

VErùm à profanarum ſcientiarum comprehenſione non adeò abducendi ſunt Myſthagogiæ Principes, vt aliquando earum vſus approbandus imò etiam commendandus in illis videatur. earum potius abuſus reprobandus nobis eſt, qui potiſſimùm tribus in rebus verſari poteſt, hoc eſt in librorum qualitate, in fine ad quem eorum lectio dirigitur, in modo qui modum non habeat.

Obſcœno calamo exarati libros, & amatorijs lenocinijs laſciuientes nefas prorſus eſt, vt ne quidem non tantùm ab Epiſcopis, ſed ne dum à profanis viris inſpectentur, vtpotè qui ad fœmineos amores animos deprimant, eòque validio-
B res ſint ad animi robur eneruãdum, quò ſunt delicatiores ad mentem oblectandam;
futiles omninò hi ſunt & ineptiſſimi, nullâque ſolidâ verâque ſapientiâ referti,
aptique potiſſimùm non ad componendos ſed ad mores diſſoluendos; Porrò de his
ſermonem habebat Apoſtolus, cùm Epheſinum Præſulem inſtruens, pronunciauit,
vt populus admoneret, ne deberet *intendere fabulis & genealogijs interminatis*: p. Tim. 1.
Iure interminatæ iſtæ vocantur, ait Chryſoſtomus, quod ad pompam tantùm &
ad ſtrepitum conformentur; *Quid eſt interminatis? finem ſcilicet nullum, nullam-* ibid.
que vtilitatem habentibus. Ex his ij ſunt, qui Romanzi appellantur, quibus heu
quantùm ad ſui perniciem noſtra hæc ætas exundat! ſacros Codices cum profanis
hiſce connectere, quid aliud eſt quàm pueros illos imitari, qui materno ſanguine
Azotio, paterno verò Hebræo nati vtrumque ſimul idioma fœdâ commixtione
corrumpunt, & bilinguia monſtra videbantur, *Ex mediâ parte loquebantur Azoti-
cè, & neſciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxtà linguam populi & populi.* quid
C aliud hoc eſt, quàm profano & vitioſo ſermone Sanctuarij armoniam perturbare,
& Aegyptijs verbis ſacras Syonis voces inquinare? *Quid in Hieruſalem vis lin-* ſerm. 16. in
guâ Aegyptiâ loqui, ait Gillobertus? ſed omnium aptiſſimè hìc referenda, quæ Diuus Cantic.
Hyeronimus ad Diuum Damaſum ſcribens ſtylo grandiori vſus amplificat; huiuſ- ep. 146.
modi enim volumina vitiorum ſeminaria eſſe docet, mentemque noſtram ad ea
cogitanda excitare, quæ non Præſules tantùm, ſed Chriſtianos ipſos dedecet me-
ditari, adeoque tanquam omnibus pernicioſiſſima ſunt reijcienda, & veluti ſacri-
lega cultum quendam Idolorum referrent. Accipe iam è ſacris Canonibus, quid
eâ de re Diuus Iſidorus affirmauerit. *Ideò prohibetur Chriſtianus figmenta legere* lib. 3. de ſu-
poetarum, quià per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiua mibon. c. 13
libidinum. Non enim ſolum thura offerendo Dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum c. ideò 15.
dicta libentiùs capiendo. 37 dixtin.

Finis, quo noſtra opera illuſtrantur, imò animantur, tunc huiuſmodi librorum
lectionem deturpat, cùm vel oblectationis ergo, vel curioſitatis, non ſapientiæ
D ſtudio pertractantur. ad hoc enim velut ad proprium finem ſcientiæ omnes iuxtà
Philoſophicam ſententiam ſunt referendæ: quàpropter cum finis peruertatur, eò
grauiùs hac in re peccamus, quò magis à rerum cæleſtium delectatione auertimur,
& ſacras quodammodo ſcientias præ nauſeâ repudiamus: Meritò igitur ad Euſto-
chium ſcribens Diuus Hyeronimus ait, *Quæ communicatio lucis ad tenebras? quis*
conſenſus Chriſti cum Belial, quid facit cum Pſalterio Horatius, cùm Euangelijs epiſt. 22.
Maro, cum Apoſtolis Cicero? Quæ ſibi olim adoleſcenti contigiſſent, hac in re vir Sa-
pientiſſimus memorat; delicijs namque cunctis reiectis, totaque ſæculi pompâ cal-
catâ, ſuâ tantùm Bibliothecâ ſpoliare ſe non poterat; ieiunia ſibi ſua eius vſu paſ-
cere videbatur, lenire ſupplicia, ipſaſque lacrymas dulcedine quadam aſperge-
bat, cùm vel à Romani Oratoris facundiâ, vel ex argutis, viuidiſque Plauti dram-
matis aliquid hauriret; quod ſi poſteà ſacros tractandos codices exciperet, è flo-
ribus ad ſpinas, ad nemora ex hortis ſibi gradum facere videbatur, *& ſermo hor-
rebat incultus*, adeò vt quàm citiſſimè ſuos eos è manibus excuteret. Verùm Dei
conſilio

conſilio factum eſt, vt qui Chriſtianæ Religionis Magiſter ad ſacras illuſtrandas ſcientias populoſque erudiendos à Deo deſignaretur, abalienato à ſenſibus animo, ad Diuinum ſe ferri tribunal videretur, vbi cum, quis eſſet, interrogaretur, ipſoque reſpondente *Chriſtianus ſum*, horrendum illud diuino ex ore intonuit, *Mentiris, Ciceronianus es, non Chriſtianus; vbi enim theſaurus tuus ibi & cor tuum.* A Verberum fulmen ad verborum tonitru ſubſecutum inde fuit, quibus eò vſque vapulauit, donec iuratus aſſereret, ſe numquam in poſterum, ad purulentos huiuſcemodi librorum latices labia admoturum.

Nefas etiam eſt, nullum hàc in re modum ſeruare, cùm fieri non poſſit, quin vt à ſacrarum litterarum ſtudijs noſter ſimul animus abducatur: è profanorum librorum fame, ſacrorum nauſea colligatur oportet. Antiquorum Poetarum Oratorumque lectioni debet ſe noſtrûm quiſque, *non tradere, ſed commodare*: ad ali-

Gerſon. in ep cuius tit. quid & qualiter ſtuderi debeat. quam temporis moram mutuum ſe illis dare, nec rebus grauioribus addictis horas illis impertire, obiter eos lectitare, *& velut peregrinando percurrere.* ad hanc rem è Tropologico ſenſu ea Clemens Alexandrinus accommodat, quæ omnium ſapientiſſimus olim dedit, *Ne ſis multus apud alienam.* vt inter illecebras profa- B

l.p. ſtrom. næ ſcientiæ, quæ aliena nobis & peregrina æſtimanda eſt, ne immoreris, ne à caſtiſſimis ſacræ ſcientiæ amplexibus animus tuus auellatur.

Quæ de ſophiſtis olim iocatus Diuus Auguſtinus eſt, aptari opportunè poſſunt ijs, qui toti rebus ſpeculandis interſunt; dabo illa. *Sunt qui deſertis virtutibus magnum aliquid facere putant, ſi vniuerſam hanc corporis molem curioſiſſimè per-*

De morib. Manich. 5. *quirant, Vnde tanta ſuperbia gignitur, vt in ipſo Cælo, de quo ſæpè diſputant, ſibimet habitare videantur?*

In huiuſmodi ſacros viros ſtylum etiam ſuum validè obarmauit Diuus Hyeronimus his verbis, *Nonne vobis videtur in veritate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialecticâ arte torquetur? Quis Phiſicus perſcrutator oculos trans Cælum leuat & vltra profundum terrarum, & in quoddam abyſſi inane demergitur.*

Quâ in re adeò intemperantèr quidam ſe geſſit Epiſcopus, vt Grammaticæ ve- C lut alterius Helenæ amore captus, Euangelio poſthabito, eam veluti pro concione doceret, adeoque peracerbè cum Diuus Gregorius, Pontificiâ quà præſtabat maieſtate corripuit.

§. II.

HAEC igitur ſi cautè ſapientèrque ſeruaueris, æquiſſimum videtur, vt tùm concionando, tùm ſcribendo Ethnicorum authoritate ſcriptorum ſermonem tuum ornes ſimul & armes, tùm quià veluti folia, quibus fructus ornantur, ſacras ſcientias illuſtrant, tùm quià nihil ex oratoriâ officinâ dari accommodatius poteſt, ad iniquos viros caſtigandos, eorumque væcordiam conterendam, quàm ſi quæ ipſi Ethnici ſcripſerunt de virtutis amore, odioque vitiorum, ad eos vulne- D randos & euincendos adhibeas, cùm clarè percipiant, non tàm Sanctorum authoritate quàm lumine rationis obſtringi; vbicumq; enim veritas datur, ibi Deus

Bar. an. 136. datur, author veritatis. Quis credat? E Platonis libris, è Manichæorum Caſtris ad Chriſtianæ militiæ tentoria glorioſâ ſe fugâ eripere Auguſtinus edidicit; poſtquam autem Romani Oratoris Hortenſium ſeriò peruoluiſſet, hoc eſt Academicas quæſtiones, quibus ad Philoſophiæ ſtudia lectores excitantur, ſacris diuiniſque adeò flammis exarſit, vt ſe ipſum totum exueret, immortalis ſapientiæ deſiderio incenſus, totum ſe illi deuoueret. Platonicis item è doctrinis, quibus ad Deum cognoſcendum validiſſimè illuſtramur, Chriſtianę fidei captiuum ſe Iuſtinus Philoſophus tam arctè mancipauit, vt pro eius ſanctitate mori duxerit glorioſum; ſuæ pietatis primordia ex Epicteto hauſiſſe Diuus Carolus profitetur; & ſi hos inter excellos viros non abſque audaciæ notâ mihi locum vſurpare fas eſſet, de me quoque pronunciarem, quod dum libertate pleniſſimè fruerer, nullâque ad ſacrarum rerum amorem propenſione tenerer, ex vnâ Senecæ ſententiâ earum deſi-

deno

Digitized by Google

A derio primùm exarſi; Auguſtæ tamen Virginis vi, quæ *terribilis eſt vt Caſtrorum acies ordinata* perfectum opus hoc fuit, ſubactumque cor meum, adeò vt ſacris me obſtrinxerim, licet ad ſacrum nuptiale deſignarer. Quot ſunt è viris flagitioſis, qui Chriſtiana ſaeroque è fonte petita axiomata deſerentes, ab illis audiendis aures ablegant, niſi profanis quibuſdam illecebris eorum oculis blandiantur? aſpera acerbaque virtutum medicamenta reijciunt, niſi nectareo aliquo liquore perfuſa eorum faſtidioſa labia vtili voluptate liniantur; fabula, quæ moribus componendis attemperetur, validior aliquando eſt, ſacris illis effatis, quæ è Prophetarum ore petuntur; audientium infirmitati indulgendum identidem eſt, vt ſanentur; ſed accipe Petrum Bleſenſem. *Quià egrè audis hiſtorias, fabuloſa interſero; ſed de fabularum gentilium moralitate quandoque forma eruditionis elicitur: quoniam fas eſt ab hoſte doceri.* ep. 91.

Verùm maiora adhuc ſuperſunt: vt enim improbum aliquem Scriptorem fœdaque hereſi ſcatentem ſcientiarum armis profligemus, an non requiritur, vt ea opptimè calleamus, quæ ab huiuſmodi farinæ hominibus pertractantur? immane

B Styygij Goliæ caput ſuiſmet armis obtrucandum eſt; præterquam quod, vt celeberrimus Canonum Magiſter oſtendit, ad ſacræ Scripturæ cognitionem ſcientiarum omnium lumen inſeruit, dummodò in ijs vſurpandis moderatè quiſque ſe gerat. Iubar ingenij, eloquentiæ robur, omniumque litterarum choragium, quo Aegyptij, Arabes, Latini, Græci tàm feliciter excellvere, inſigni Deus beneficio in eos criuauit, cuius arbitrio tùm in probos, tùm in improbos viros munerum ſuorum opulentia defluxit. non tàm ad eos, quam ad nos illuſtrandos eorum ingenium Deus ditauit: non ſibi, ſed nobis deſudarunt, noſtræque vtilitati proſpicientes, Diuinæ ſapientiæ inſeruierunt: populorum ſibi auram colligentes, colligendum nobis dedere ſuorum operum fructum. Quam præclarè igitur Rodulphus. *Cum omnis ſapientia à Deo Domino ſit, illi qui perfectam Dei cognitionem minimè habuerunt, Dei tamen munere illuminati, quod veritatis attingere potuerunt, nobis vtilius quàm ſibi ſcriptum reliquerunt.* in l. p. Leu. cap. 6.

Si Hebræis præcepit Deus, vt auro argentoque Aegyptios ſpoliarent, annos

C dedeceat Sapientiæ theſauros, quibus Ethnicorum libri ſplendeſcunt, ad ſacras addiſcendas ſcientias accommodare? Si peregrinis illis opibus Diuinus cultus effulſit, peregrinis etiam ſcientiarum theſauris conciones noſtræ, volumina noſtra, quæ Diuinæ Maieſtatis tabernacula quædam ſunt, perbellè vtiliterque gemmaſcent. *Aurum & argentum cum veſtibus ab Aegyptijs petimus, vnde Domino tabernaculum fabricemus, cùm mundanos Poetas ac Philoſophos legimus, vt in diuinis eloquijs luculentiùs proficere valeamus.* ſic Diuus Damianus. ſerm. de S. Eleucad.

Quin, vt veritati ſeruiamus, quanta quanta ea ſunt, quibus veterum ſcripta fulgeſcunt, è noſtro ſunt eruta, nec ipſis debentur at nobis.

Documenta omnia, quibus non tantùm Pythagoras & Plato, ſed Homerus alijque veteres tùm è Philoſophis, tùm è Vatibus litterariam Rempublicam irrigarunt, è ſacrâ Scripturâ, primo velut è fonte, ipſos hauſiſſe, Clemens Alexandrinus aſſeruit, vt ſteriles ſuorum operum campos eius auxilio fœcundarent, *Quis*

D *Poetarum, quis Sophiſtarum, qui non omninò de Prophetarum fonte potauerit?* ſic Tertullianus. argutiſſima eorum acroamata, ſententiarum pretioſiſſima, quæ poſteris tradiderunt, è ſacris paginis ditiſſimâ tanquam ex officinâ ingenioſo furto illi conuerſarunt: fauet etiam Diuus Ambroſius. *Noſtra ſunt, qua in Philoſophorum litteris praſtant.* Ad turpes ſuæ ſuperſtitionis ſpecies Sanctiſſima noſtræ fidei Myſteria non temerè tantùm ipſi tranſtulerunt, ſed etiam impiè ſordidarunt: quis ergo prohibeat, vt illa nobis veluti noſtra furtoque indigno ſublata non rapiamus ab illis, ſed nobis ipſis reddamus? *Non ſolùm formidanda non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam iniuſtis poſſeſſoribus in noſtrum vſum vindicanda.* ſic Auguſtinus, cui pariter Beda ſuffragatur. in Apolog. c. 47. de ben. mort. c. 11. l. 2. de doctr. Chriſt. c. 39.

Annon Sybillæ, annon Orpheus alijque Philoſophi, Vateſque plurima De Deo pronunciarunt, quæ miſerrimis obcœcati tenebris ignorabant? quis autem neſciat, clariſſimam præ alijs eam eſſe victoriam, quâ ſuiſmet armis hoſtes fodiuntur & pereunt?

In

Indoctorum igitur eſt, vt docet Nazianzenus, profanarum litterarum ſtudia
damnare, eò quod ſibi pares alios vellent, ægroque animo patiuntur, vt ad ſuæ A
noctem inſcitiæ alienæ dies ſcientiæ clueſcat; quandoquidem, *Inter omnes ſanæ
mentis homines conſtare arbitror, eruditionem inter humana primum locum obtinere.*
Verùm nihilominus inficiari non auſim, quod cùm periculoſę ſit plenum opus aleæ,
ſicut prudentis Præſulis eſt moderatè illis vti, ſic etiam ad eos ſpectat, vt reiectis
ſpinis roſas tantùm legant, & ſolertiſſimarum apum indolem imitati, ex ipſis ama-
reſcentium herbarum fibris dulciſſimum mellis ſuccum exhauriant; vt aurum
obrizum & puriſſimum eruatur, quaſcumque immixtas ſordes debet excutere:
Tàm pretioſa gemmarum omnium veritas eſt, vt vel inter fœces cloacarumque
colluuiem ſit diligentiſſimè colligenda, ſuoq; decore induenda. Quod ſi de Virgi-
lio incondita horridaque Ennij carmina peruoluente, Caſſiodoro recte, dicebatur,
Aurum è ſtercore quærit, hoc idem fas eſt, vt nos operemur, dum è Philoſopho-
rum luto & ſordibus Poetarum pretioſiſſimas gemmas expiſcamur, & aurum erui-
mus veritatis.

Diuinà apud Hebræos lege ſancitum fuit, vt quotieſcumque aliquis è ſeruilis B
conditionis ignominiâ, ad connubij decus nuptiarumque delicias fœminam capti-
Deuter.21. uam efferret, crines & vnguium extrema ei recideret, *Quæ radet cæſariem, & cir-
cumcidet vngues*. Serua hæc, iuxtà Diui Hyeronimi ſententiam, ſapientiam huma-
nam adumbrat, quam ſi vel leuiſſimo amore dilexerimus, ſuperflua inutiliaque
ſunt ei reſecanda, Idolorum encomia, quæ ſunt magis portenta quàm numina,
turpium amorum illecebræ, omniaque illa, quæ ſæculi amorem fouere aliquate-
nùs poſſunt: ex aduerſo autem quidquid boni ipſi ineſt, ad noſtram vtilitatem; ad
fidei incrementum, ad vitij dedecus, ad gloriam triumphumque virtutis transfe-
rendum ingenij viribus eſt; ſic profectò ſapientes illi, qui ex Athenarum Lycæo
ad Latij paleſtram Philoſophiam tranſtulere, fecerunt. quâ de re Romanus Ora-
lib.1. Tuſc. tor ſic glorioſè circumſerens ait, *Meum ſemper iudicium fuit, omnia noſtros, aut per
ſe ſapientiùs inueniſſe quàm Græcos, aut accepta ab illis feciſſe meliora, quæ quidem
digna ſtatuiſſent in quibus elaborarent*. Quin ſiluestria infęcundaque humanæ ſa-
pientiæ germina ſi in hortos ſacræ ſcientiæ traducantur, fertileſcunt, recentique C
venuſtate donantur: ſi domeſticis noſtris plantis acerbi veterum fructus inſeran-
tur protinus dulceſcunt & condiuntur: ſi ſacro calamo ſcientiæ humanæ tractentur,
profanitatem omnem exuunt, induunt ſanctitatem, domoſque noſtras inhabitant
non ad imperium vt dominæ, ſed vt ancillæ ad famulatum; quæ originem terrenis
è ſordibus trahunt, illis ancillari fas eſt, quas è veri Iouis capite Diuinus amor
lib. c.12. emiſit; vt enim egregiè Nazianzenus docuit. *Aequiſſimum eſt, vt ſapientia ſpiritus,
parr. quæ cæleſtis eſt nobiſque diuinitùs conceſſa, domina ſit huius inferæ terrenæque diſci-
plinæ tanquam ancilla, quæ vano quodam conatu nequaquam inflata eſſe debet, ſed
ad miniſtrandum conuenienter ac decorè condocefacta; omninò enim terrena ſapientia
Diuinæ ſeruiat*.

Quin etiam æquiſſimum eſt, vt vera ſapientia triumphans humanis à ſcientijs
pigmentatis velut à puellis curru ducatur; & Dauidem imitati, qui Idoli Melchon
aureâ coronâ detractâ aureum ex eâ ſibi diadema conſtruxit, nos pariter profa- D
1. Paral.20. næ ſapientiæ idolum quocumque vitio, omnique maculâ exuentes, ad ſacras con-
uertamus diſciplinas, & ex eis pretioſiſſimum ad Chriſti fidem coronandam
diadema conformemus.

Quàm

A Quàm indecorum ſit, vt venationibus Epiſcopus vacet, & inter canes equoſque ad ſolatium verſetur: tria demùm venationum commendanda genera deſignantur. Cap. XIV.

CVM in huius ſecundæ partis exordio de ijs egerimus, quibus Epiſcopi obſtringuntur, vt ritè impoſitum ſibi munus exerceant, eaque omnia euitent, quibus eorum dignitas obſcurari aliquatenùs poſſit, vt ordinis pulchritudo ſeruetur, ad ea nunc ſingularia, quæ prohibentur, accedamus oportet. Primùm ex his
B nobis obijcitur ad ſylueſtres feras capiendas venatorium exercitium; licet enim belluas venari & capere nullius in ſe nequitiam labis videatur admittere; cum eas ad hominis obſequium & vſum Diuina Munificentia deſignauerit, humanoque imperio ſubiecerit, iuxtà illud è ſacris litteris. *Et terror veſter ac tremor ſit ſuper* Geneſ. 9. *cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli cum vniuerſis, quæ mouentur ſuper terram: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt, & omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibum*. lege Aquinatem hæc explicantem. Et quamuis ad cor- 2. 2. q. 64: art. p. poris exercitationem, membrorumque robur, ad laborum militarium diſciplinam, venatoriam artem in ſua Republicâ Plato inſtituerit, de leg. l. 7. & ad eam ciues omnes extimulet, vt diſertiſſimè Xenophon ſcribit: adhuc tamen exercitationem hanc indecoram prorſus Epiſcopis eſſe Religionis Præfectis & rerum ſacrarum Magiſtris, nullus profectò negauerit; quàpropter ad eam ab ipſis remouēdam & auerrucandā, vnanimi ſuffragio conuenerunt, tùm Concilia, tùm Pontifices Maximi, & potiſſimum Agathenſe & Quartum Aurelianenſe Vigilio Pontifice & Iuſtiniano Cæſare ann. 545.
C imperantibus, cuius decreta, virorum tùm doctrinâ tùm ſanctitate præſtantium calculo roborata, Gregorius Nonus in Decretalium libro inſeruit, *Epiſcopum, Preſ-* c. 12. & 3. 34. diſt. *byterum, aut Diaconum, canes aut accipitres, aut huiuſmodi ad venandum habere* cap. p. de cler. venat. *non licet; quod ſi quis talium perſonarum in hâc voluptate ſæpius detentus fuerit, ſi* c. 2. ex eod. tit. *Epiſcopus eſt, tribus menſibus à communione, ſi Presbyter duobus, ſi Diaconus ab omni officio ſuſpendatur*. Vniuerſalior inde Canon adſcribitur. *Omnibus ſeruis Dei venationes & ſyluaticas vagationes cum canibus & accipitribus interdicimus*.

Quià verò in Gallijs potiſſimùm frequentiſſimo vſu exceptum fuerat, vt plures Epiſcopi ad aulam accedentes Regem venationibus ſtudentem proſequerentur, vt cum eo opportunitate datâ ſuis de rebus agere poſſent, & è Paſtoribus in venatores tranſmigrantes, canes & accipitres non leui numero educebant, Concilium Matiſconenſe Secundum, Pelagio Secundo Pontifice, qui Diuum Gregorum ante- Canon. 13. to. 2. Conc. ceſſit, imperante, veterem in huiuſmodi venatores legem nouâ lege confirmauit, ann. 588.
D quam inde pariter Moguntina Synodus roborauit.

Quàpropter Nicolaus Pontifex ad Aluinum Archiepiſcopum ſcribens iure meritò conqueritur, quàmplurimos tum è Germaniâ, tum è Gallijs adeſſe qui venationi ſtuderent; quia verò ex his immoderatiſſimum ea in re eſſe Lanfrancum adoleſcentem Antiſtitem audiuerat, præcepit, vt Synodo Prouinciali coactâ Archie- c. 134. dixit. piſcopus illam ei prohibeat, pœnas ei etiam indicens, quibus à piorum cætu abſcinderetur.

Anno etiam Domini quadrageſimo quinto ſuprà ſeptingenteſimum, cùm ad Moguntinâ ſede ſpoliandum Gerulionem Antiſtitem patrati homicidij reum Synodus in Germaniâ coaluiſſet, Sanctus Bonifacius Apoſtolicæ Sedis Legatus valida oratione Chriſtianæ Religionis dedecus explicauit, quòd Antiſtites plurimos ipſemet inſpectauerit inter canes & accipitres, veluti per iocum ſacris rebus dandum tempus abſumentes.

Compertum denique illud ſit, nullam fuiſſe ætatem, quâ Diuina Sapientia,

cuiùs legibus Orthodoxa Religio illuſtratur & componitur, ad vitium hoc euel-
lendum & penitùs eradicandum non impensè ſtuduerit, adeò vt, licet auium ve- A
natio ad animi aliquandò laxamentum poſſit à reliquis lythurgis exerceri, adhuc
C. de cler. venat. tamen indecoram ſemper Epiſcopis eſſe Gloſſa docet, quamplurium Canonum
ſuffragio roborata.

Interdictionem hanc plurima argumenta ſuffulciunt, quorum quodlibet tantæ
virtutis eſt, vt moleſtam hanc pruriginem ab vnoquoque ſatis poſſet eradere. Pri-
ma inter hęc ſedes illi detur, quod in commendatâ nuper Epiſtolâ Pontifex Nico-
laus vſurpat, hoc eſt, venationem profanis tantùm & otioſis viris congruam eſſe,
munerique Epiſcopali prorsus aduerſam. *Meritò iuuenis dicitur, qui iuuenilibus*
Gloſſ. in c. Eſau 86. dixt. Turrecr. in c. quod venatoribus. *deſiderijs occupatus nulla grauitate obſtringitur.* De iuuene illo Epiſcopo ſic Pon-
tifex. Quænam profectò inter clamores & inſolentes venatorum voces ſeruari mo-
rum grauitas poteſt? inter eorum incompoſitos clamores & mores quæ animi
compoſitio, quæ moderatio inter effrenem eorum licentiam, & tot inter vitiorum
vmbras quænam poteſt lux virtutis inextincto ſplendore fulgeſcere?

Ipſimet Franciſco Petrarchæ ſtudium hoc venatorium, ignauis ſolùm & ceſſan- B
Dialog. 32. tibus adoleſcentibus congruere viſum fuit, *Nunc intelligo adoleſcentis imberbis*
vitium, illudque ex Horatio carmen recitat

Gaudet equis canibuſque & aprici gramine campi.

Demùm addit, non longè etiam alienum à cæteris vitijs, quibus venatores ſcatent,
eum eſſe, qui venationi exercendę ſe propenſum oſtendit; quæ autem ſint venato-
rum vitia idem Vates carminibus illis deſcribit;

Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,
Sublimis, cupidus, & amata relinquere pernix.

Deſiderium Viennenſem Antiſtitem Diuus etiam Gregorius arguit, eò quòd iu-
uenes Grammatices elementa doceret, è quâ re non leuitèr tanti miniſterij iubar
denigraretur, eaque præpedirentur, quæ animarum ſaluti comparandæ exigun-
tur; quantò acerbius in eum Pontifex Sanctiſſimus intonaſſet, ſi in agitandis feris, C
inter canum auiumque rapacium blandimenta & iocos, eum dies & hebdomadas
abſumentem inſpexiſſet?

Secunda ratio eſt, quia cùm Antiſtes ad populos audiendos, ad animarum ſa-
lutem comparandam, & ad ardua ſui muneris negotia, totas animi vires debeat
impendere, inter inutiles artes, & leuisſima venandi ſtudia, nefas omninò eſt, vt
pretioſiſſimum tempus dilapidet, cum hoc potiſſimùm venatio habeat, vt vali-
diſſimâ quadam vi animum diſtrahat, & ab alijs rebus agendis abducat, adeò vt
licet in cubiculo adſit, animo tamen circumuagetur nemora, caneſque ſemper me-
ditetur; hinc illud Claudiani,

Venator defeſſa thoro cùm membra reponit
ib. 3. *Mens tamen ad ſyluas & ſua luſtra redit.*

Hac de causâ votis ardentiſſimis Deum Frāciſcus Petratcha fatigabat, vt è Gal-
liâ venatoriam hanc luem in Italiam transferri non permitteret, eū mediocris tan-
tum notæ viri & ad magna gerenda ſint impares, qui huiuſmodi oblectationi ſe D
dedant. Illud etiam addit maximè perpendendum, & hic opportunè inſerendum,
vbi ſup. *Sæpe legere potuerunt & Platonem Philoſophantem & Homerum Poetantem; & Tul-*
lium Orantem, & Cæſarem triumphantem, venantem puto non legerint. Sic pariter
ego dixerim, Athanaſium exhibent ſacri Annales inuictè, tùm voce, tùm manu
in potentiſſimos Tyrannos noſtræ fidei leges propugnantem, Cyprianum, verbis
ſcriptis, ſudore, ſanguine ſemper maxima meditantem, Chryſoſtomum ad pro-
fliganda vitia, oratoria è ſuggeſtu fulmina cuibrantem, Auguſtinum in Hæreſis
Hydram totis viribus incumbentem, Ambroſium ad Sacerdotalem dignitatem
fulciendam in paludatos ipſos Cæſares obarmatum, Thomam Cantuarienſem
cædes inter & vulnera Sacerdotij iura in Regem immaniſſimum defendentem, Sta-
niſlaum, qui Baptiſtæ zelum imitatus, imò æmulatus in Boleslai Regis obſcęnas
ſordes immugijt, Carolum Borromeum populorum vtilitati totis viribus deſudan-
tem: hos quidem hæc & alia magna, maxima facientes lego, venantes non lego.

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò iam adde, venationem Epiſcopali manſuetudini nimium aduerſari; Immanis exercitatio eſt, cruenta, ferox, ideòque in ſacris paginis adeò reprobatur, vt eam peſſimam artem Diuus Auguſtinus appellet, & in ſacrâ Scripturâ mali ſemper aliquid venationis nomen portendat. A in pſ. 102.

Quàpropter quod in noſtrâ vulgatâ legimus, quod Nembroth, *fuit robuſtus venator coram Deo*, ex Diui Auguſtini ſententiâ habetur *Contra Dominum*: & quidem meritò: primus enim ille fuit, qui ſuperbiâ mentis effrænatâ turrim Babel in Cælum moliretur. Quò igitur ad effingendos bellicoſos Duces, & pugiles ſtrenuos opportunior venatio eſt, tanquàm imago quædam & Idæa belli, eò magis indecora videtur ad Epiſcopos inſtituendos, quos Deus eligit Pacis adminiſtros & conditores pietatis. Quin iàm religioſus hac in re fuit Diuus Auguſtinus, vt lethalis culpæ faceret reos, qui vel ipſis venationibus ſpectandis adeſſent. Gen. 10. lib. 16. de Ciu. Dei.

§. I.

B

AD quartam rationem accedo, quæ in eo ſita eſt, quod ſi ab Epiſcopali Sacerdotio aliena non eſſet venandi exercitatio, conſequentèr vtique fas eis eſſet, canes accipitres aliaque id genus educare, & panem pauperibus, quos & Patrum loco enutrire tenentur denegantes, in animantibus enutriendis eſſe largiſſimos. Hoc tamen annon Chriſti Domini leges euertit? *Non eſt bonum ſumere panem filiorum & dare canibus*. Quid ſanè deformius & monſtruoſius excogitari poteſt, quam pauperum loco, quorum ſordibus ipſe Chriſtus obuolutus delitеſcit, canes habere? Quid iniquius, quàm dum vrbes pauperum gemitibus reſonant, tot familiæ vix gregario pane fruantur, & quod æquo animo ferri nullatenùs poteſt, dum tot puellæ venalem pudicitiam obiectant, nec tam febri ferueſcere, quàm palleſcere ſame alij coguntur, Epiſcopi domus Canum greges & Auium rapacium turmas paſcat & ſaginet? Si è Diui Hyeronimi ſententiâ, *Gloria Epiſcopi eſt, pauperum inopiæ prouidere, ignominia Sacerdotis eſt, proprijs ſtudere diuitijs*. Quantò inhoneſtius & iniquius opes ſuas ad canum ſaturitatem ad auium delicias decoquere? an non quæ donas canibus, pauperibus furaris? leue eſt; non furtum duntaxat eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt; ſed audi Hyeronimum. *Amico quippiam rapere furtum eſt: Eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt: accepiſse, quod pauperibus erogandum ſit, & eſurientibus plurimis vel cautum eſſe, vel timidum, & quod apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem exuperat*. C in epiſt. ad Nepot.

De ſæcularibus viris Hebræus Philo diſſerens, magnopere coarguendos eos ait, quorum magis amori eſt, vt equi quàm homines ſaturentur: quâ etiam in re luculentiſſimus eſt Tertullianus. Diuus autem Bernardus ad Archiepiſcopum Senonenſem ſcribens, turbam pauperum in eos ingemiſcentium exhibet, qui ne leuitèr quidem neceſſitatem adiuuandam cogitantes, toti ſunt in equorum phaleris maiori pompâ exornandis. Geſtum ſuum hic faciat eloquentia Bernardi. *Iumenta gradiuntur onuſta gemmis, & noſtrâ non curatis crura nuda caligulis: annuli, catenula, tintinnabula, clauatæ quædam corrigiæ multaque alia tam ſpecioſa coloribus, quàm pretioſa ponderibus mulorum dependent ceruicibus, fratrum autem lateribus, nec ſemicinctia miſerantes apponitis*: de Agricul. Tert. de coron. mil. epiſt. 42. D

Præſentem vſq; ad hanc diem omnium deriſionibus & contumelijs excipitur Theophilactus Conſtantinopolitanus Patriarcha, non alio nòmine ad eas infulas inducendas euectus, quàm eo quod Cæſareo de ſanguine naſceretur. Exquiſitâ hic voluptate fruebatur in magno equorum grege delicatis dapibus educando: qua in re tàm impotens ſui & velut amens euaſit, vt cùm feria quintà magnæ hebdomadæ, qua Chriſto Domino parentatur, inter ſacra quibus operabatur, accepiſſet, equam peperiſſe, celerrimè ſanctiſſimum munus expediens, ab ara proceſſit ad haram, vt enatum ex equa pullum inſpiceret; quo peracto ad templum redijt, ad ſacras cantiones Chriſto morienti dicatas abſoluendas. Verùm quàm certum illud eſt, *Per quæ peccamus, per hæc & torquemur*, Deo permittente factum eſt, vt equi

Digitized by Google

quem premebat ferociâ, in aduerſæ domus parietem tantâ violentiâ impingeret, vt ſanguinem expuens morbo grauiſſimo per biennium laboraret, tandemque A extinctus ad diuini tribunal Iudicis ſe ſiſteret rationem ſuæ intemperantiæ Deo redditurus. Sic propemodum, qui pauperibus neglectis venaticis tantùm canibus enutriendis vacant, timere non leuitèr poſſunt, quod niſi Actæonis inſtar in ceruos immutentur, ſint ſuis à canibus in ſuis opibus deuorandi & Stygijs à Cerberis ſit eorum ſpiritus diſcerpendus.

Nec leue illud incommodum eſt, quod ex enutriendis canibus & auibus ad venationem accommodatis enaſcitur, noſtro gradui inhonorum. Cum enim è Concilij Matiſconenſis ſententiâ, Epiſcopi domus Sanctuarij loco habenda ſit, vbi ſacri tantum hymni, diuinæque cantiones reſonent ſuperis auribus inuidendæ, quid ex huiuſmodi belluis ibidem habebis, quàm inconditos clamores, & ſtrepitus permoleſtos? quid? qui ad Antiſtitis colloquium acceſſerint, non ad ſacrarum actionum ſpeciem, non ad pietatem excitentur, ſed vel ab oblatrantium canum moleſtiâ quatiantur, vel à mordentium ferociâ expaueſcant? An non monſtri loco hoc eſſet, omnibus inuiſum, omnibus abhominandum. *Cuſtodienda eſt igitur* B *Epiſcopalis habitatio hymnis non latratibus, operibus bonis non morſibus venenoſis. Vbi igitur Dei eſt aſſiduitas Cantilena, monſtrum eſt, & dedecus grande, canes ibi vel accipitres habitare.*

cap.3. An. 588.

Quinta demùm ratio ſit; quòd venatores in ſacrâ Scripturâ reprobantur, eoſq; tantùm venationi deditos recenſer, quos ſibi inuiſos Deus habuit, vt Nembroth Iſmaelem & Eſau; hunc ſanè Diuus Hyeronimus aſſerit, venatorem ideò fuiſſe, quia perditiſſimæ conſcientiæ vir erat, nullumque è venatorum numero inter Sanctos enumerati. *Eſau venator erat, quià peccator erat, & penitus non inuenimus in ſanctis Scripturis ſanctum aliquem venatorem, vt piſcatores ſanctos inuenimus.*

in pſ.90. c. Eſau 11. 86. dixt.

Multò autem magis inter venationes Antiſtitum petas elangueſcit, cum manſuetudo, qua Sacerdotes fulgentiſſimè veluti gemmâ coronantur, inter venationum fraudes & cædes non leuitèr vulneretur; quàpropter non immeritò crudelitatis miniſterium Diuus Ambroſius venandi ſtudium appellauit; Diuus verò Hyeronimus in eâ fuit ſententiâ, quod venator idem omninò ſignificet ac virum in- C cultum, rudem, aſperum, ferocem, cruentum. *Agreſte ferinumque hominis ingenium, in quo nihil politius, vrbanius ac blandius, ſed ruſticarum ſylua paſſionum videatur, oſtenditur, cùm venator dicitur.*

in pſ.118. in pſ.51.

Quin Dœmones ipſos imitari, venari eſt; cùm enim infenſiſſimi ſint humani generis hoſtes, toti ſunt, vt fraudum retibus animas aucupentur & capiant; has ille inſidias non ſine gemitu ſignificabat cum diceret, *In via hâc quâ ambulabam, abſconderunt laqueum mihi:* cum autem expeditum ſe ab illis agnoſceret, rurſus lętabundus inclamauit. *Ipſe liberauit me de laqueo venantium.*

pſal. 141.

Cùm ergo venandi ſtudium longiſſimè à moribus, quibus componi debet Antiſtes abſcedat, incredibile dictu eſt, quàm ex illo Antiſtites pernicioſi alijs & ſibi ſint, adeò vt opportunè illud hic inſerendum videatur, quod olim Plutarchus. *Pueri ludentes petunt ranas ſaxis, & illæ ſeriò ſacta commoriuntur: ſic nos animi cauſà venamur, ſed ſeriò occidimur.* D

in moral.

Quin ſæculares viros increpans Diuus Ambroſius, qui in ſolemni quadraginta dierum ieiunio venationi ſtudent, eorum ieiunia Deo inuiſa eſſe pronunciat, *Quid prodeſt ieiunare viſceribus, & luxuriari venatibus, abſtinere cibis, errare peccatis?* nec ſibi quæ hùc vſque dixerat acquieſcens, alia paulò inferius ſuperaddit, *An putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad Eccleſiam vigilat, ſed ſurgens congregat ſeruos, diſponit retia, canes producit, ſaltus ſyluaſque perluſtrat, ſeruulos in quam ſecum pertrahit fortaſſe magis ad Eccleſiam feſtinantes, & voluptatibus ſuis peccata accumulat aliena, neſciens reum ſe futurum iam de ſuo delicto, quàm de perditione alienâ.*

hom.33. de quadrag.

Quàm iniquè hoc Deus ferat in ſacris viris, clariſſimè in Hugone Conſtantienſi Epiſcopo ſignificauit; hic enim venatum ſemel accedens, & virides adhùc ſegetes ad feras vrgendas comprimens, fulmine cæliùs immiſſo, ſuummet equum vna cum ſuis octo venatoribus comburi prodigioſo igne ſpectauit.

Non

Non tamen religioſus adeò hic ego aliquibus videar, vt ab Antiſtitis ſolatio re-
A moueam catellulum aliquem, è cuius ſocietate non recreari tantùm aliquatenus poſſit, ſed ex eius tum amore, tum fide plurima documenta percipiat, tum ſibi, tum populis ſalutaria; ſanè ex his vnus Diuo Goffredo Ambianenſi Antiſtiti erat, cuius etiam ſaluti ſe quodammodo immolauit; cum enim aliquot amphoræ viri miſſæ ad eum muneris loco fuerint, ſuſpicioque eum ſubierit, quod perditiſſimæ fœminæ operâ veneno fuerint infectæ, ad veritatis experimentum, panis fruſtulum vino illi imbutum ſuo catellulo obtulit deguſtandum: deguſtauit ille, & à validiſſimi veneni vi in Epiſcopi lecto cruciatus decubuit, ſimul & occubuit.

§. II.

SI tamen adhuc noſtrum aliquis venationis amore capiatur, non is ego ſum, vt ab eo hanc animi oblectationem eripiam: quia tria venationum genera
B ſubminiſtro, quibus quò ſtudioſius ipſe vacauerit, eò ſe digniorem tanto Sacerdotio exhibebit, Deumque hominesque ad ſui remunerationem obſtringet.

Prima igitur illa ſit, cui Anachoreta quidam nomine Macedonius egregiè ſtudebat; hunc enim ſemel in montis faſtigio Dynaſta quidam offendens, qui multorum ſatellitio ſtipatus illac venabatur, percontatus ab eo eſt, quid nam per ea montium abrupta faceret? tum ille, reſponſum vtique dabo, ſi primò mihi dixeris, quidnam facturus huc tu acceſſiſti; Vt feras venaturâ capiam, ille reſpondit; reſpondentem interpellauit ille, nobilior hic me venatio manet, qua non feras at Deum capio: explicatis ſacræ contemplationis retibus hunc ego perquiro vt poſſideam, nec vnquam vel labore vel moleſtiâ ab hac ego venatione diſcedam, *Et ego meum venor Deum, & eum capere cupio & contemplari deſidero, nec ab hac pulchrâ ceſſabo venatione.* Sanctis noſtris cogitationibus immiſſis veluti canibus inter rerum creatarum latebras venari nobis etiam Deum licet, eiuſque pretioſâ prædâ potiri. Invit. Patr. L.9.c.40.

C Altera venatio ſit, quæ noſtro potiſſimum miniſterio opportuna eſt; hæc autem in eo verſatur, vt belluinos animos perditos ſcilicet & flagitioſos viros, laboribus noſtris venemur, Deoque offeramus, cuius Epiſcopali ſolio donati ſumus, vt totas animi noſtri vires in huiuſmodi venatione exercenda impendamus, cum ij nos ſimus de quibus Hyeremias Vates Chriſtianam Religionem alloquens ait. *Ecce ego mittam piſcatores multos & piſcabuntur eos: & poſthac mittam ad eos multos venatores, qui venentur eos de omni colle & monte & de cauernis petrarum.* c.18.
Piſcatores Apoſtolos fuiſſe Diuus Hyeronimus docet. Venatorum autem loco Præſules, Concionatores, Magiſtros enumerat, vt efferatos inter vitiorum latibula errorumque nemora animos fœlici labore deprædemur. Hæc tibi venatura committitur ò Epiſcope; de te vaticinatum Hyeremiam Diuus Baſilius docet. *Attende igitur multâ cum diligentiâ, ne forsè fugiat te præda, vt efferatos per improbitatem verbo veritatis conuictos Saluatori offeras. Paſtor es? palabundum pecus & erraticum conuertito, &c.* Magni Alexandri erat non in Paridis lyrâ, ſed in Achillis haſtâ delectari. Præſulis pariter erit, non feras venatione perſequi, ſed in vitia vocis haſtam vibrare, & flagitia fidei zelo ſubijcere. in illud Deuter. 15. Attende tibi.

D Frequentiſſimus erat Marcus Antonius in piſcationibus habendis cum Aegyptum incoleret; de tam otioſa inertique exercitatione redarguit eum Cleopatra, quæ iam Romani Imperij culmen animo deuorauerat, admonuitque non ſe ad piſces capiendos, ſed ad prouincias regnaque expiſcanda aduocari. *Nobis Imperator Pharijs & Canopi Regibus calamos trade: Tuum eſt, Vrbes & Reges & Regna piſcari.* Hoc idem ipſum ego crediderim Epiſcopis dictum: quid ſylueſtres feras quæritis, nobiliores alias feras habetis, quas vtiliori labore capiatis, animas habetis capiendas hoſtique Tartareo rapiendas: humana corda venamini Deo offerenda, æternæque beatitatis laureis coronanda. Plut. in Ant.

Tertia demùm venatio, cui fœliciter ſtudeamus, illa propemodum eſt, cui vir Maximus Amædeus Sabaudus incumbebat; cum enim Oratores aliqui Regij ab

eo

Digitized by Google

èo ſciſcitarentur, an electos venàticos canes penes ſe haberet, habere ſe reſpondit electiſſimos: expectantibus illis eos inſpicere ait, poſtridiè ſe illis maximo numero oſtenſurum: indictâ horâ rediere legati, quibus pauperes magnifica menſâ exceptos oſtendens ait, *Hi ſunt Canes mei quos alo quotidiè, quibuſque ſpero cæleſtem me gloriam venaturum.* O mentem verè Regiam! O Venationem ſanè dignam, quam Principes omnes imirentur! nos id potiſſimum decet, qui ſacris initiati non Venatores, at Paſtores audimus. Abiecta igitur & vilia hæc ſtudia animum ſibi noſtrum non occupent, nec ferarum oblectamenta nos teneant. Nobiliora nos excitent, iiſque tantum venationibus ſtudeamus, quibus beatitatem Deumque ipſum venamur. A

Neſas Epiſcopis eſſe, tùm Comœdias tùm ſpectacula publica frequentare. Cap. XV. B

INTER ſolatia, quibus Conciliorum & Canonum lege non Myſtagogiæ tantum Principes, at omnes ſimul Miſthæ interdicuntur, theatralia ſpectacula recenſentur; eò quod Sacerdotium noſtrum caligine veluti quadam fœdiſſimâ obſcurent: ſi namque ea ſecundum ſe ſpectare & ſpeculari valeamus non conſideraris alijs circumſtantijs cæteroquin indecoris & fœdis, quis neſciat ſacræ morum honeſtati & Lythurgicæ modeſtiæ ea maximè aduerſari, & quod potiſſimum eſt, noſtri nominis maieſtatem teterrimâ veluti noctè obruere: tres enim Antiſtitum propriæ virtutes theatralibus hiſce ludis iugulantur, pudicitia ſcilicet, pietas, & grauitas, quapropter Caſſiodorus ait, *Mores graues in ſpectaculis quis requirat? ad Circum neſciunt conuenire conuenire Catones.*

Laodicenæ Synodi Patres imperante Diuo Damaſo Pontifice coacti ad Eccle- C
ann.395. ſiaſticam diſciplinam componendam, plures Canones ſtatuentes, vnum præ alijs hac in re eximium conſcripſerunt, quo non tantum viri ſacris initiati ab huiuſmodi ſpectaculis amouentur, ſed inſuper præcipitur, vt ſi conuiuio aliquo excepti, hiſtriones & mimos ingredientes videant ſpectacula ſibi daturos, omiſsâ protinus menſâ è domò illâ tanquam peſtilenti faceſſant. *Non oportet miniſtros Altaris,*
C. nõ oportet 37. de cõſ. dixt. 5. *vel quoslibet Clericos ſpectaculis aliquibus, quæ aut in nuptijs, aut in ſcænis exhibentur, intereſſe, ſed antequam thimelici ingrediantur, ſurgere eos de conuiuio & abire.*

Et ſanè quis adeò impudoratus erit, vt deformia hæc turpiaque ſuâ velit dignitate ſuæque præſentiæ lumine decorare? Proborum Antiſtitum ſemper fuit ab illis populos ſuos auertere, vtpote quæ cultum quendam Idolorum referant, honeſtatem quodam naufragio obruant, moreſque Chriſtianos fœdè corrumpant. validiſſima hæc tria ſunt, vt ad ea prorſus cæcutiamus.

l. de ſpect. c. 4. Vt à primo ordiamur, enthimemate hoc grauiſſimo Tertullianus euincit: ſacro D
nos fonte ablutos quis ignoret ſæculi & Satanæ pompis, eiuſque Angelis & idolis abrenuntiaſſe; hoc ſanè *de fide* eſt; iàm accipe quid ex his conſequatur. *Igitur ſi ex Idololatriâ vniuerſum ſpectaculorum paraturam conſtare conſtiteris, indubitatè præiudicatum erit, etiam ad ſpectacula pertinere renunciationis noſtræ teſtimonium in lauacro.* Luculentiſſimus hic ille eſt, vt oſtendat, ſcœnicos hoſce apparatus, & hanc ſpectaculorum pompam ad Idolorum cultum referri, & ex hoc, imò ab ipſo Diabolo originem ſuam ferre.

Tertulliano Magiſtro Diuus Cyprianus diſcipulus & Carthaginenſis Antiſtes adhæret: Docet enim, quòd cùm Satanas non ignoret, rectæ rationi Idololatriam aduerſari, ſpectaculorum illecebris populorum animos ad ſuum amorem allicit, iiſque fraudolentis veluti quibuſdam retibus incautos homines deprędatur; Ipſum audi. *Idololatria ludorum omnium mater eſt, quæ vt ad ſe Chriſti fideles veniant,*
l. de ſpectac. *blanditur illis per aurium & oculorum voluptatem: Diabolus artifex, quia Idolatriam*

per

per ſe nudam ſciebat horreri, ſpectaculis miſcuit, vt per voluptatem poſſit amari. In l.5. de pro-
A eandem ſententiam accedit ardentiſſimæ fidei vir Saluianus Maſſilienſis Præſul,qui uid.
multis allatis tandem ſtatuit, ſpectaculis delectari, idem prorſus eſſe, ac ad Dœ-
monum eiuſque opera nobis olim reprobata reuerti; eorum pariter authorem fuiſ- hom. 6.in Matth.
ſe nequiſſimum Satanam Diuus etiam Chryſoſtomus affirmat; quin, Satanas ipſe,
Tertulliano referente, hoc ipſum de ſe ipſo pronunciauit; cum enim Chriſtianæ
mulieris vnâ cum alijs theatro adſtantis corpus inuaſiſſet, exorciſmi vi à Sacerdo- l.de ſpect.
te coactus vt diceret, cur nam Chriſti fide ſignatam fœminam aggreſſus ingreſſuſ- cap.26.
que fuerit, audacter reſpondit, *Iuſtiſſimè quidem feci; in meo enim eam inueni.* Vi-
det, vt ad ſe & ad ſua ſpectare theatralia Dœmon contendat?

§. I.

B IAM verò vt ad ſecundum accedamus, de eo quis dubitet; illis etenim ſpecta-
culis adeſſe, quæ amatorijs tantùm lenocinijs reſonant, procacibus dicterijs,
nutibus obſcœnis, inhoneſtis illecebris, geſtibus luxurioſis, alijſque ſexcentis
exundant, quibus Venus tota deſpumat, & fœlicitèr luxuriatur, vt de profligatâ
pudicitiâ triumphum decantet, adeò vt iure meritò Diuus Baſilius dixerit ex eſſe, de ſpect. c.
Communem & publicam diſcendæ omnis incontinentiæ officinam,& quod deterrimum 17. & 10.
eſt, inter fœminas ibi verſari, quæ ad omnem concinnitatem ornatæ non tam
ſpectaturæ quam ſpectandę accedunt iuxtâ illud Poeticum,

Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſæ. Ouid.

Quid aliud porrò eſt, quam ſuæ integritatis candorem proſtituere, naufragium
honeſtati parare, libidinemque ipſam iaculis validiſſimis obarmare? Theatrum
certè vocauit Tertullianus, *Priuatum conſiſtorium impudicitiæ & arcem omnium* hom. 4.in
turpitudinum; mox etiam ſubdit, quod *Theatrum propè Veneris ſacrarium eſt.* De- Euang.
mum ſtatuit, quod ſi nos ab omni voluptatum ſorde diuina lex amouet, audire
ea nullatenus licet, quæ vel loqui, vel patrare non licet. Quod ſi nobis omni-
C bus,impudicitia execranda eſt,cur liceat audire,quæ loqui non licet? ac ſi aures im-
purare adeò indecorum ſit, quam indecorum, linguam ſordidare. Amatoria
hæc vel audire vel ſpectare aliud ſanè non eſt, quam animi robur euirare, mentem
ſordibus obuoluere,carnis pruriginem adeò ad obſcœna properantis nouis aculeis
titillare, ruborem exuere, induere impudentiam, vt enim cum Minutio Fœlice lo-
quar, *Eneruis Hiſtrio dum amorem fingit, infligit.* Proluſio quædam ad exercen- in Octau.
da Venerea eſt, ait Diuus Cyprianus. *Quid inter hæc Chriſtianus fidelis facit, cui
vitia nec licet cogitare? Qui oblectatur ſimulacris libidinis, vt in ipſis depoſitâ ve-
recundiâ audacior fiat ad crimina; diſcit facere, dùm conſueuit videre.*

Sententiâ quadam confirmat hæc Diuus Chryſoſtomus, quæ paradoxon quidem
videtur, veritati tamen prorſus inſeruit; ea autem eſt, quod qui theatralibus hiſce
fabulis adeſt, adulter quodammodò eſt: hoc vt ipſe penitùs probet, verba illa
olim à Chriſto Domino pronunciata firmiſſimum veluti fundamentum adhibet.
D *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo.*

Si ergo vel fortuito obtutu mulierem inornatam inſpectans non rarò de hone-
ſtate periclitaris ex aliquâ delectatione quæ blandè animum inuadit; quàm faci-
lius & certius diſcrimen fuerit, cum datâ operâ periculis illis immixtus aures,
oculos, in re voluptuosâ conſumis, mentemque imaginibus fœdiſſimis imples è
eò etiam validiora pericula hæc ſunt, quò te Veneres vndique præcingunt, ſuâ
venuſtate obarmatæ, & iaculis in cor immittendis oculorum ex arcu intentæ. Si
in ipſa Dei domo, qua preces Deo facturi animum, mentemque noſtram obualla-
mus, ne euagetur, vix Dœmonis inſidias & fraudes carnis euadimus, adeò vt ve-
latâ illuc facie accedant, præceperit Apoſtolus; ineptiſſimi profectò fuerint illi,qui
perſuaſum ſibi animo habeant, inter tot fomenta libidinum & ſtimulos amatorios
honeſtati ſuæ poſſe conſulere,præſertim cum ijs diuinæ beneuolentiæ prſidijs ſpo-
lientur, quæ iuſtè eis negantur, qui ſpontè ſe periculis tantis illaqueant. *Quidquid* hom.15. ad popul.
enim illic agimur non eſt oblectatio, ſed pernicies, ſed pœna, ſed ſupplicium. Hinc

San-

Sanctiſſimus idem Magiſter Antiochenum aliàs populum inſtruebat, vt pericula
iſta deflecteret, quæ paulatim animum eneruant & vitijs eum inficiunt, eo prorſus A
modo, quo qui ad præcipitij marginem deambulat, quolibet greſſu ſuum metitur excidium.

l. 3. pædag. cap. 11. Animum his ſpectaculis euirari quis neſciat? in theatro enim, triumphali velut
in curru pompam facit obſcœnitas, vt propterea Diuus illud Clemens Alexandrinus vocauerit *Cathedram peſtilentiæ*.

Has fuiſſe ferreas Catenas, quibus arctiſſimè obſtringeretur, nec ſe è voluptatum laqueis pateretur auelli, de ſe Diuus fatetur Auguſtinus; amorum enim imagines, quibus ſuauiſſimè fruebatur, eius menti colorabant; *Rapiebant me ſpectacula theatrica plena imaginibus miſeriarum mearum, & fomitibus ignis mei*.

Verùm quia non deſunt, qui omnium audaciſſimi Xenocratem imitati iactitant
ad huiuſmodi flammas ſe prorſus algere, ſuaſque niues fideli conſortio ſeruari pu-
D Cryſ. ho. 38. in Matt. riſſimas *Spectamus quidem, ſed nihil nocemus*. Vt hos mendacij eloquentiſſimus
Antiſtes euincat; Dauidem eis repræſentat; quanto nam hic Diuini Amoris ſubſi-
dio fouebatur, quantâ pietate, quantâ fide Deo adhærebat? hic tamen ad vnius B
aſpectum fœminæ captus interijt. an igitur tanto cadente viro, homuncio ſtabit in-
ter tot amorum lenocinia inuictus? perge: miſerrimè præceps Dauid ruit, cum
in atrio ſuæ regiæ eſſet, è quo nulla Dei lege, nullo periculo arcebatur, *Tu autem in theatro, vbi & locus condemnat animam ſapientis, in quo cum tanta ſint præcipitia, tanta corruptela, quomodo poſſum tibi credere, quod à talibus beſtijs vulneratus non ſis?*

His è Saluiano adde; quòd alibi vnâ tantùm ex parte nos Dœmon ſuis armis
aggreditur; mentem inhoneſtæ cogitationes inuadunt, oculos obſcœni obtutus irrumpunt, amatorij ſermones ſibi aures vſurpant; extrà theatrum, ſi vna tantùm
vbi ſup. ex his peccauerit, innocens alia eſſe poteſt, *In theatris verò nihil horum vacat, quia & concupiſcentijs animus, & auditu aures, & ſpectaculis oculi polluuntur*.

Sed eſto: ſit aliquis inter theatralis illecebras ſtipitis aut ſilicis inſtar, & Sala-
mandram imitatus inter flammas non ardeat, ſed algeat, adeò vt nullum ex eis ſu- C
beat honeſtas ſua periculum; quis tamen praui exempli reatum ab eo ſubducat, &
peccandi occaſionem, quâ ſuâ præſentia alios imbecilliores excitat ad ſui imita-
Chriſ. ho. 1. in pſ. 50. mentum? *Et ſi tu quidem excelſi animi robore nihil inde mali contraxiſti, attamen quoniam alios imbecilliores exemplo tuo ſpectaculorum ſtudioſos feciſti, quomodo non ipſe commiſiſti, qui cauſam committendi alijs præbuiſti?*

Quos theatralibus ſpectaculis ſtudere ſciebat idem Chryſoſtomus, à ſacræ Synaxeos munere remouebat; quis ergò non laicos tantùm, ſed ſacros Viros ad theatra ſuæ exemplo præſentiæ frequentanda impellens, hoc ſibi licere per ſummum ſui nominis dedecus arbitretur?

§. II.

Ad tertiam iam properemus oportet rationem explicandam: ſi enim candi- D
dâ quis voluerit mente perualuere, ea quæ in theatris aguntur, verba, ſcommata, geſtus, nutus, omniaque ad impudentiam compoſita, fraudes amatoriæ, ſales meretricij, venerei obtutus, riſus inconditi; qui ea perpenderit ſimulachra, quæ vel è ſermonibus auditis, vel è ſpectatis rebus phantaſiæ adhæreſcunt, adeò vt mens ipſa in theatri compendium migrans ea omnia ſibi repræſentet, quæ ibi ſpectauit, fateatur neceſſe eſt, morum probitatem in eis vitiari, totam pietatis diſfluere diſciplinam, ſceleraque omnia velut in ſuâ ſede formari. ad Donatum ſcribens hæc ſanè omnia deſcripſit Diuus Cyprianus, *Deinde morum quanta labes, quæ*
L. 1. ep. 2. *probrorum fomenta, quæ alimenta vitiorum, hiſtrionum geſtibus inquinari?*

Experientiam hac in re magiſtram ſatis habes, ait Diuus Chryſoſtomus: diem, quo ſacris Hymnis vacaſti conferas, inquit, eo cum die quo fabulis amatorijs in theatro excipiendis hiſtrionum ex ore ſtuduiſti, quantum profectò diſcrimen erit, quod inter vtrumque reperies? quàm igitur aptè Petrarcha pronunciauit, nunquam

como-

comœdorum licentiam, eum morum probitate poſſe conuenire, *& quò quiſque ma-* de remed.
A *lus ierit, redibit peſſimus.* quin ex Ethnicis ipſis Seneca, nihil illis ad morum euer- dialog. 30.
tendam diſciplinam pernicioſius & potentius eſſe dixit. *Nihil eſt tàm damnoſum*
bonis moribus, quàm in aliquo ſpectaculo deſidere; tunc enim per voluntatem faciliùs
vitia ſubrepunt, cùm eorum ſimilitudines, aut exempla ſenſibus viſibiliter impri- epiſt. 7.
muntur.

Hinc Alcibiades cùm à ſcęna non ſemel Eupolij Comędias excipiens emolliri &
abripi ad meretricia animum aduertiſſet, vt in mare pręceps ageretur imperauit
pronuncians, *Tu me in ſcœnâ ſæpè merſiſti, Eupolis, ego te ſemel in mari.* Tiberius lib. 57. hiſt.
autem Cæſar, Dione Caſſio referente, è tantâ colluuie quâ fęminas & plebeios po-
tiſſimum vitiari ſciebat, mimos omnes & hiſtriones procul ab vrbe exules abegit.
Diuus item Auguſtinus è Tito Liuio refert, quod cùm pro Equitum ordine Sedilia l. p. de Ciu.
in theatro conſtruenda Senatus iuberet, probiſſimus è Romanis vir Scipio Naſica Dei cap. 31.
Senatui fortiter reluctatus, panegyri diſertiſſimâ Senatores admonuit, ne theatra- Liu. l. 45.
libus hiſce delicijs Romani nominis fortitudinem euirarent, & ne Græcis illece-
B bris patrium nomen eneruantes, illi morum licentiæ locum darent, quæ Romanæ
Reipublicæ maieſtatem extingueret; tantâ autem ſermonis vi fuit eos allocutus,
vt ab incepto non tantùm opere eos amouerit, ſed & ſedilium gradus iàm extru-
ctos euerti deſtruique impetrarit.

Iulianus verò nequiſſimus Chriſtianæ fidei transfuga, vt ſuorum Idolorum
myſthæ nefarij eam ſaltem probitatis ſpeciem referrent, quâ Chriſtiani Præſules lib 5. c. 15.
elucebant, Ad Arcadium, vt è Sozomeno habetur, ſcripſit, vt ſua quâ pollebat
authoritate, Lythurgos omnes ab theatralibus inuiſendis ſpectaculis amoueret;
quàm igitur nobis erubeſcendum eſſet, ſi ea nos inuiſeremus? Si autem in Codi- lib tit. de
ce Theodoſiano grauiſſimas inter cauſas quibus repudiari vxor poſſit, illa recen- repud.
ſetur, ſi nempè, prohibente marito, theatralibus ludis adfuiſſet; an non à ſacræ
Sponſæ amplexibus auellendus ille meritò ſit, qui tot æquiſſimis ſanctionibus ne-
glectis tàm pernicioſæ & indecorę vellet indulgere voluptati?

C Rationes iſtæ quibus illæ etiam Comędiæ reprobantur, quas conciues viri fa-
miliaritèr agunt, multò validiùs in eas acuuntur, quas circumforanei mimi vagi-
que hiſtriones explicant, & potiſſimùm ſi impudentiſſimæ mulieres partes etiam
ſuas enm illis ibi haberent: quanta enim in his exundat obſcęnarum formularum
copia, quibus veluti laqueis explicatis ſpectantium & audientium animos facilè
Dęmon deprędatur? Memini, quod eum adoleſcentulus adhuc Romæ degerem,
Hiſtriones aliqui ſingulis ibi diebus amatorijs fabulis excitatis otiantum curioſi-
tatem explerent, Sacerdos quidam familiaris meus, & nobili ſanguine illuſtris,
diù eorum conatibus, qui eum ad eas audiendas excitabant, fortitèr reluctatus,
tandem fractus animo ad eas acceſſit, & venuſtiſſimam fœminam amantis ibi ge-
ſtum facientem inſpectans, ſe eius aſpectu abripi in tam fęda paſſus fuit, vt Cir-
cęo propè maleficio in alium virum migraſſe videretur: adeò ſibi ipſi diſpar ab eâ
redijt, vt obſcęnis vndique cogitationibus obuolutus, temperare ſe non potuerit,
quin in libidinum ſordes irrumperet, Deoque dilectam Caſtimoniam turpiſſimè
D impuraret, illud expertus quod de theatris Saluianus ait, ea ſcilicet eſſe libidi-
num alimenta, *Vt qui forſè ad ſpectaculum puri venerant, è theatro adulteri reuer-*
tantur. De ſuo Alipio ſimile quid à Diuo Auguſtino narratur; hic enim cùm ami- Aug. lib. 6.
corum lenocinijs inuitus ad huiuſmodi ſpectacula raperetur, adeò illorum amore Conf. c. 8.
exarſit, vt ea non tantùm non abhorreret, ſed ijs potius præ omnibus alijs enixiſ-
ſimè inhiaret.

Ad hoc tantùm in ipſo ſui exordio Comędia fuit excepta, vt nempè grauibus
quibus aſpergebatur ſententijs, ſpectantium mores ad prudentiam componeren-
tur: nunc autem, proh dolor, de Virgine in meretricem conuerſa vires ſuas om-
nes explicat, vt cum Diuo Baſilio loquar, *ad nocendum.* lib. 3. epiſt. 336.

Perge porrò: Theatrales fœminas infames ſuâ lege vocauit Iuſtinianus Cæſar, l Imperial.
quod ipſum de mimis & hiſtrionibus dicendum nullus ignorat: nam in ſententiâ 23. cap. de
Conſtantinopolitani Concilij, (quod vt à falſo diſtinguerent, *in Trullo*, appel- nupt.
larunt) cui centum ſeptuaginta Antiſtites vnâ cum Pontificijs Legatis adfue- Canon. 53. ann. 680.

Canon. 35. c.Scenicus. 96 de con-ſecr. diſt.2. l.p. ep.10. ſunt, ſancitum fuit, vt diris ſacris obſtringerentur huiuſmodi farinæ homines:
antiqua tamen edicta in his ego reſtaurata potiùs dixerim; nam in Carthaginenſi A
Synodo Tertia ducentis viginti ſeptem annis ante Conſtaninopolitanam Synodum
definitum fuit, vt Comędi & Hiſtriones, qui pęnitentiâ ſuorum criminum tacti ſua
ab exercitatione diſcederent, in partem ſacræ Synaxeos vocarentur; quin duobus
etiam anteà ſæculis, cùm Diuum Cyprianum Eucrarius Antiſtes per Epiſtolas con-
ſuluiſſet, an ſacramenæ participem facturus eſſet hiſtrionem quendam, vetuit ſan-
ctiſſimè Diuus Cyprianus his verbis, *Quod ego puta nec Maieſtati diuinæ, nec Euan-
gelicæ veritati congruere, vt pudor & honor Eccleſiæ tàm turpi & infami contagione
fœdetur.*

His iàm ſtatutis, Petrarchę ſententia fuit, non infames tantùm hiſtriones fore,
de remed. dialog 30. ſed eos etiam qui audiendis illis incumbunt; cum res ſit quæ *nec honeſtè geritur,
nec honeſtè cernitur.* Quin infamia maiori ſe polluere ſpectatores ipſe pronunciat;
mimi enim & circumforonei hiſtriones huic tantùm miniſterio ad paupertatem
declinandam vacant, cùm ſpectatores vanitatis tantùm & voluptatis ſtudio eo-
rum ſpectaculis adhæreant; leuiùs igitur præ iſtis illi delinquunt; *In omni enim ſa-* B
nè delicto plurimùm intereſt, vtrum inopiâ an libidine quis delinquat.

Famam certè ſuam vulnerant & deturpant, qui ſpectaculis hiſce videndis va-
cant; amores enim illos meretricios amare videntur, & ea quæ ibi repræſentan-
ur impudicitiæ ſimulacra, ardenter appetere. fauet Diuus Valerianus Cemelien-
hom. p. ſis Antiſtes. *Quis te caſtum putabit, ſi te viderit meretricum fabulis mixtum, fœ-
mineo ſermone compoſitis?*

Si tanto igitur crimine ſe illaqueat, qui theâtri tantùm ſpectando indulget, quan-
tò flagitioſior is erit, qui hiſtrionum ſtudia patrocinio ſuo fauebit, eorumque fę-
dis artibus blandietur? quantò nequior, qui eorum infamiam ſuâ potentiâ ful-
ciat, ſuo auro, ſuis opibus illuſtret & nutriat? Diuum Auguſtinum hac de re in-
terroganti reſpondebit Præceptor ſanctiſſimus, inter ſacros Canones à Gratiano
relatus, quod *Donare res ſuas hiſtrionibus vitium eſt immane non virtus.* Si autem
quandoque acciderit, vt vulgari plauſu horum liberalitas commendetur, id eâ C
pſal. 9. de ratione contingere, *quia laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua
gerit benedicitur.* Cum igitur theatralibus ludis adeſſe, adeò Chriſtianæ Religio-
nis integritati aduerſetur, tot tantiſque periculis ſcateat, tàm inhoneſta, abiecta,
& vel ſæcularibus viris indigna res ſit, facilè argui poteſt, quid hac in re Dei ad-
miniſtros deceat, & quàm deformis monſtri loco ſit Antiſtitem illis adeſſe: tenuiſ-
ſimæ voluptatis ſtudio ſuam ipſe famam, ſuum nomen denigraret, ſalutem ſuam
& alienam periculis magnis obijceret; Diuinum in ſe Iudicem ille obarmaret, ad
cuius lancem vel leuiſſima verba ſunt expendenda; Hyerarcharum hic certè mo-
cap. 1. res diligentiſſimè inquiſiturus eſt, iuxtâ illud Sophoniæ Vatis, *Scrutabor Hyeruſa-
lem in Lucernis.* Quod ſi, ne ſuas opes in Hiſtrionum munera effundere cogeretur
Tiberius Cæſar, à ſpectaculis abſtinebat, quàm alieni ab iiſdem ſint oportet infu-
lati & ſacri viri, ne breuiſſimæ leuiſſimęque oblectationis amore, ab æternæ bea-
titatis ſtudio arceantur. Plinij exemplum ſibi ipſis exhibeant, qui ne tempus inu-
tili quiete contereret, Circenſes ludos aliis optatiſſimos omittebat, ſuam volup- D
tatem æſtimans eâ voluptate carere, quæ nullam ei voluptatis ſpeciem refere-
l.9. ep. ... bat. *Capio aliquam voluptatem, quod hac voluptate non capiar; ac libentiſſimè
per hos dies otium meum in litteris colloco, quos alij otioſiſſimis occupationibus
perdunt.*

Breuia illa ſed aculeata Tertulliani verba eorum auribus inſonent, *Heu! quale
eſt, de Eccleſiâ Dei ad Eccleſiam Diaboli tendere.* Ac ſi theatra Dęmonum delubra
de ſpectac. ac receptacula ſint omnibus Chriſti fidelibus inacceſſa, ſed iis potiſſimùm, qui ar-
ctiori religionis munere obſtringuntur.

Vnum tantùm mihi è ſacris litterarum monumentis exemplum occurrit, quod
ſpectatiſſimæ virtutis Antiſtes Circenſibus ludis adeſſet. Thomas hic fuit Apa-
l.17. c.14. meæ Epiſcopus, qui cùm Coſdroâ Perſarum Rege ad eos inſpectandos acceſſit:
opportunè autem Nicephorus ſcripſit, quod tunc temporis legatione fungeretur
apud illum barbarum Regem Apameæ Vrbem proximamque prouinciam iam in-

ſolenti

ſolenti animo deuorantem: quàpropter amantiſſimus Paſtor, ut præferocem eius A animum deliniret, tempori ſapientèr indulgens, ludis illis vnâ cum ipſo adſtare non dubitauit. Ex hàc igitur eàdem ratione, & vt faciliùs ad ardua ſuæ legationis negotia pertractanda locus detur, licet Epiſcopis, qui apud aliquem Principem Pontificis Oratores adſunt, vrbanâ comitate ſe illis in ſpectaculis intuendis adiungere. Ego ſanè hoc iàm opere abſoluto ad Neapolitanum Proregem Pontificis Orator non alienus ab eis aliquoties fui.

Quatuor ſpectacula recenſentur quibus adeſſe non tantùm licet, ſed commendandum Epiſcopis. Cap. XVI.

B VERUM ſi theatricæ voluptati adhuc inhiamus, quàmplurima nobis non deſunt, quibus vtiliùs perfruamur; hinc illud Diui Cipriani. *Habet Chriſtianus ſpectacula meliora ſi velit; habet veras & profuturas voluptates, ſi ſe recollegerit.* (De ſpetc. in pſ. 118. ſerm. 5.) Primam inter hæc, Diuo Cypriano & Ambroſio docente, ſedem habet, huius tàm elegantis vniuerſitatis meditatio. Quid vnquam volupruoſius, quàm Solem curſu citiſſimo nobis diem afferentem intueri, ſuoſque veluti nuncios Luciferum Auroramque præmittere? Molem adeò magnam explicatamque videre, vt, ſi nonnullis Aſtrologis danda fides fuerit, centies quadragies telluris magnitudinem antecellat, tàm citato rapidoque motu perennitèr circumuolui, vt vigintiquatuor horarum ſpatio duodecies centena leucarum millia exęquet.

Quid vnquàm noſtris oculis iucundius obiici poteſt, quàm lucidiſſimum contemplari proſcœnium, quo nocturnas inter vmbras cælum effulget, tantâ ſtellarum copià redimitum. hic tùm fixa, tùm errantia ſydera licet inſpicere ab omni C errore aliena, motu quidem ſuiſque effluuijs diſcordia, ſed in ſeruandâ orbis connexione concordia: à primo quidem cælo motum ipſa deſumunt, ſuum tamen motum incorruptum ſeruant, tantàque celeritate rapiuntur, vt eorum aliqua vnius horæ ſpatio viam eam exuperent, quam citatiſſimus Eques vix mille ſeptingentis viginti ſex annis expleret. hæc tamen motus celeritas non efficit, quin ſuas temporum menſuras æquiſſimè ſeruent, dierum vices, tempeſtatum conuerſiones; cùm ècontra quædam in Antarctico cęlo ſydera, licet perenni tot ſæculorum motu ſe agitauerint, nondùm tamen noſtro ſe conſpectui dederint. Operæ pretium hic ego nequaquam duxerim, vt fuſiùs in his deſcribendis euager, cùm vix ad ea adumbranda voluminum labor ſufficeret.

Secundum theatrum, quod nobis inſpectandum reſerant, tanquam aliorum iucundiſſimum Sancti Cyprianus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, alijque ſacræ Scripturæ Patres amantiſſimi, ſacra Scriptura eſt. *Scripturis inquam ſacris incumbat* (loc. cit.) *Chriſtianus fidelis, ibique inueniet condigna fidei ſpectacula.* Sic Cyprianus. Quàm D delectabile, hic Deum videre, qui ſui ſolâ fruitione æternùm beatus, vt ſui beatitatem perfruendam alijs daret, leuiſſimo *fiat* totam hanc mundi vniuerſitatem effingit, limum ſuo ſpiritu animat, ſuàque illuſtrat imagine; ex hominis latere fœminam elegantiſſimam trahit, cóllium coronâ valles redimit, montes acuminat, prata exornat, tantàque venuſtate tellurem depingit, vt ipſamet admiratio eam admiretur: tantâ animantium varietate eam dixtinguit & replet, vt vix recenſeri eorum numerus queat, & ex iiſdem aquis natantia monſtra compingit Oceani amplitudinem inhabitatura, volucreſque educat pennarum remigio aerem peragraturas.

Circenſes iam ſi ludos ſpectare mens fuerit, en Eliam dabo veteri Phaetonte feliciùs igneo curru tractus ethereos percurrentẽ: en mare ſe pãdit, viaſq; reſeratis aquis aperiens Dei populũ ambulantem excipit, Pharaonis inde falcati currus accedent, armis armatiſque agminibus ferocientes, in quos ſe maris fluctus exonerent, & vnâ cum Rege, Duces, equites, milites, currus miſerando naufragio obrutos abſor-

abſorbet & vorat. Si verò Gladiatorum ſpectacula exoptes, dabo Danielem, qui
Leonibus immixtus cum eis, tanquàm cum ſuis adminiſtris verſatur & ludit. Gym- A
naſticis ludis delectaris, innumeros propè ſubminiſtrabo: cum fide luctantes flam-
mas in fornace Babylonia aſpicies, à Iudithæ pudicitià libidinem Holofernis edo-
mitam, Eliæ pietate Iezabellis fraudes diſſolutas, Dauidis magnanimitate Saulis
nequitiam deletam, Annæ ſanctimonià arrogantiam Phenennæ ſubactam, totam-
que Erebi ferociam vnius Iobi patientià profligatam.

Ad ſingularia iàm certamina contemplanda properemus: immanem Gigantem
hic habes corpere formidandum & Coloſſo parem æneis vndique armis commu-
nitum, Hebræi adoleſcentuli fundà cruentum & ſtratum: prodigioſa ſi quæras,
Iericho validiſſima mœnia in promptu ſunt, ad leue tubarum flamen euerſa; igni-
tos dracones è terrà ſcatentes dabo, bellicas acies vaſtantes & mordentes, quorum
tamen morſus & vulnera ad ænei ſerpentis aſpectum obducuntur. Prophetam in
mare proiectum dabo, quem ſuo in alueo tuto velut in hoſpitio cete grandis exci-
pit, & nauis inſtar incolumem ad portum adducit: hoſtiles inter acies tres viros for- B
tiſſimos irrumpentes dabo ſibique viam vi facientes, vt aquam in galeâ præferen-
tes ſitienti Principi donent: Heroem alium dabo per confertos hoſtium cuneos
ingentem Elephantem inuadentem & fodientem, quo ſepulchri ſimul & trium-
phi loco vſus occubuit: Ditiſſimum Principem dabo, qui magnificentiſſimi con-
uiuij delicijs affluens, Principum ſatellitio ſtipatus, manum in pariete aduerſo
ſcribentem inſpectans expalleſcit, extremàque mortis ſententià ſe iudicandum
agnoſcit.

Quid de Tragœdijs dicemus, quibus cothurnatæ ſacræ litteræ ingemiſcunt? or-
bem videas totum vniuerſali eluuione tumulatum, Pentapoleos Vrbes flammis de-
uoratas, ingentes Sennacherib acies cruentâ internecione deletas, Dinæ viola-
toris Regiam, Dauidis aulam funeſtiſſimis calamitatibus inuolutas, aliaque hu-
iuſmodi ſexcenta quis abſque gemitu ſpectet? habes & Tragędias in Ioſephi in-
nocentiâ, in Suſannæ caſtimonià, in Mardochęi dignitate repræſentatas tantà cum
rerum immixtione, & euentuum varietate elegantes, vt ex ijs ad eas compingen- C
gendas ſuas deſumere leges Ariſtoteles videatur. Si comicos demùm iocos affe-
ctes, quidnam magis admirandum eo, quod in Tobiâ adoleſcente deſcribitur, quid
iucundius, quàm Reginæ Sabæ ad Hyerololymitanam vrbem magnificus acceſſus,
quidnam magis delectabile, quàm quod de Samſone refertur, quid nam illo gra-
uius, quod de ſe ipſo Eccleſiaſtes enarrat? amatorias & prædulces ſi cantiunculas
quæſieris, è ſponſę labijs reſonabunt, & ab Herodiadis filiâ ſaltatriculâ varijs in-
tertextam actibus choręam.

l. de ſpect. Demùm vt cùm Tertulliano loquar, *Si ſcænicæ doctrina delectant, ſatis nobis
litterarum eſt, ſatis verſuum, ſatis ſententiarum, ſatis etiam canticorum.* Si ſpecta-
culis delectamur, ſatis abundè eſt, ne vitiatus alijs voluptatibus animus illa fa-
ſtidiat, ſatis eſt, vt fidei & pietatis ſtudio teneamur; tantà affluentià hîc redundant,
vt quodcumque aliud proſcœnium vltrò deſeramus, *Magna ſpectacula Deus præbet*
in pſ. 96. *cordi Chriſtiano, & quibus verè nihil poſſit iucundius inueniri, ſi tamen adſit pala-
tum fidei, cui ſapiat mel Dei*, ſic Auguſtinus. D

Hîc nobis Paleſtinę regio quò infęlicior, eò imprudentior, puellam nobis ex-
hibet Virginem ſimul & Parentem, ſpecioſiſſimum iuuenem præſtabit Deum ſi-
mul & hominem, immortalem ſimul & mortalem, impatibilem ſimul & patien-
tem, innocentiſſimum quidem, at reorum more damnatum; ad alienam vitam hic
moriens mortuos recenti ſpiritu donat, & ad regnum latrones attollit, illuditur
ſimul & timetur, contumelijs à uitis impijs denigratur, obſequijs à cælitibus ado-
ratur, & cùm ſe omnium abiectiſſimum fingit, omnium potentiſſimus cæli terræ-
que ſuffragijs approbatur.

Iniurioſi nobis ipſis nimis eſſemus, ſi voluptuoſiùs profanis, quàm ſacris hiſce
ſpectaculis vacaremus, cùm ipſimet Ethnici ea ſibi magis inſpectanda eligerent,
quæ Philoſophorum libri, quàm quæ theatrales paleſtræ aperirent. Porrò Marcus
Capitolin. in M. Ant. Antonius Imperiali lege obſtrictus, vt Circum identidem frequentaret, ne mo-
roſè & inutilitèr inter ille tempus abſumeret, libros peruoluendos ſecum affere-
bat;

A bat; Plinius verò Circenſium voluptatum voluptati ea ſolatia præhabebat, quæ tractatis è codicibus hauriebat. Quid plura! Iulianus nequiſſimus ille fidei ſanctiſſimæ transfuga de ſe ipſo teſtatur, hoc ſe Præceptoris Magiſterio edoceri, quod theatri ſpectacula declinans nobiliora & iucundiora in libris exquireret. Præceptor ſæpènumero mihi admodum puero, teſtor Iouem & Muſas, dicebat, *Ne ſinas te à iuerum æqualium multitudine in theatra induci, neque vllo eius ſpectacula teneatis.* Vt autem ad hoc præſtandum eius animũ validiùs excitaret, ſubdit. *Circenſes deſideras? apud Homerum eos elegantiſſimè deſcriptos inuenies, cape librum & lege: Hiſtriones audis ſaltatores? ſine eos valere, fortiùs ſaltant iuuenes apud Phaacas; habes illic cytharadum Phęmium & cantorem Demodocum. Quid Circes antra? quid hortus Alcinoi? Crede mihi, nihil videbis iucundius.*

Præ cæteris autem contemplandum nobis eſt theatrum illud quod in nobis ipſis gerimus & habemus, hoc eſt conſcientiam noſtram, quæ tùm Dei, tùm hominum oculis reſeratur, vt non tantùm ſpectatores eos ſed approbatores etiam habeamus; quis enim ignoret, quod *ſpectaculum facti ſumus Mundo, Angelis, & hominibus*. B Quod nam autem ſpectabilius & elegantius theatrum nobis vnquam obiectetur, eo quod nobis in ſe ipſo refert Diuinæ probitatis imaginem. Nullum è mente Tertulliani in totâ orbis vniuerſitate magnificentius dari ſpectaculum poteſt, quod Chriſtianæ animæ poſſit comparari, cuius in conſcientiâ, velut in abdito proſcœnio, admiranda & pulcherrima repræſentantur. Huic profectò ſententiæ Antigonus Macedonum Princeps adhæſit, qui de morte Zenonis Philoſophorum è Stoica ſectâ primarij certior factus, in ea verba non ſine gemitu erupit, *Quale theatrum ego perdidi*. Adeò tantus Rex nullum nobilius excellentiuſque theatrum dari poſſe arbitrabatur, quàm Philoſophum, qui Philoſophiæ ſtudio ſe ſuprâ res creatas attollens, virtutum ſe gemmis coronat. Laert. in Zen.

Faſtidioſus hic ego fortè videar, ſi fuſiùs in quarto repræſentando theatro immorarer, quod nobis luctuoſiſſimum non Parca fabuloſa, ſed mors formidanda componit. formidandum etiam magis & horrendum illud eſt, quod in valle Ioſaphat, C Diuino à Iudice primarium geſtum faciente habebitur. non hic ad Minois & Rhadamantis aſpectum, ſed ad Dei oculos potentiſſimi Duces ac Principes ſiſtere cogentur, & ab eo poſt exactam ſuorum operum rationem, iudicium ferent, quem tanquam gentium opprobrium illuſere Iudæi & morte nequiſſimâ perdiderunt.

Saltationibus & Choræis adeſſe nefas Epiſcopis eſt. Cap. XVII.

Feſtiua inter ſpectacula, choręæ etiam & ſaltationes tàm validè nobis interdicuntur, vt non solùm earum aſpectus declinandus ſit, ſed ipſum inter earundem nomen tanquam horridum & funeſtiſſimum nobis ſit fugiendum, cùm Dæ- D monum artes ſint & Idololatriæ reliquiæ: hinc à Diuo Chryſoſtomo vocantur, *Diabolica choraa*. Diuus etiam Ephrem poſtquàm oſtenderit choræas huiuſmodi è ſcholâ Chriſti non eſſe, ſubdit, *Antiquus Draco eas docuit, Magiſter omnis impuritatis*. quod autem earum præceptor & author Diabolus fuerit, cum Idolorum cultum humanos in animos ingerens, choræas etiam illis adiunxit ſyderibus aliiſque mendacibus Numinibus adſcribens, ſatis luculentèr probat Honorius Auguſtodunenſis. quin ex Iſaiæ oraculo colligendum hoc idem mihi videtur, *Piloſi* è Chaldæo habetur *Dæmones ſaltabunt ibi, vlula in ædibus eius & Syrenes*, explicat Diuus Hyeronimus, *ideſt Dæmones in delubris voluptatis*. Quod autem non tàm ſcœnarum, quàm ſaltationum ſpectatores & inſtitutores Dæmones ſint, Diuus Chryſoſtomus egregiè probat, ijs verbis, *Vbi ſaltus laſciuus eſt, ibi certè Diabolus eſt*. tùm ſubdit ipſos inter ſaltatores ſe Diabolum immiſcere, tanquam præ lætitiâ & gaudio è ſaltatoribus vnum. *His tripudijs Diabolus ſaltat.* ſerm. quod ludis ſit abſtinendum t p. de antiq. rit. c. 139. Iſa 13.

Iſta demum è ſpectaculis omnibus eſſe periculoſiſſima, & caſtimoniæ pietatique

que lethalia; quis expetientiæ Magiſterio eruditus ignoret? nec enim abſque pro-
teruiæ notâ inficiari quis poterit, è fœminis ad venuſtatem omnem totâ Mundi ar- A
te compoſitis, ſi ſaltare ſpectentur, choræas agere, iocos ducere, riſus amatorios e-
dere, illecebras & lenocinia fundere, humanum animum perturbari, blandiſque
cogitationibus emolliri, eoque ex aſpectu amores omnes, vno velut agmine in no-
ſtrum pectus irruere, ad noſtræ pudicitiæ arcem eruendam. quod ſi Diuini Spiritus
eloquio docemur, ne vnum quidem obtutum in bene comptam ornatamque fœ-
minam figendum, ne eius venuſtate rapiamur, & laſciuienti cupidine ſubigamur,
Eccl. 9. *Auerte faciem tuam à muliere comptà, & ne circumſpicias mulierem alienam. Prop-
ter ſpeciem enim mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia, quaſi ignis ex-
ardeſcit.* quid nam oro vos, de eo affirmandum, qui pluribus cum fœminis ſimul
verſabitur, quæ omni arte pulchritudinis & amoris inſtructæ ad fortiſſimos quoſ-
que edomendos ſunt validiſſimæ.

Vna ab Herodiadis filiâ ducta choræa an non in tantam inſaniam Herodem Re-
gem adduxit, vt dimidiam ſui regni partem ſtatâ mercede ei conceſſerit, & im-
pudentiſſimum Regem coegerit ad tam profligatum flagitium, quale fuit, virum B
omnium hominum ſanctiſſimum, ſibique etiam ſummâ veneratione ſpectatiſſimum,
capite diminuere? Egregiè igitur Petrarcha. *Ex choræis nihil vnquam niſi libi-*
De remed. cap. 14. *dinoſum ac vanum ſpectaculum, honeſtis inuiſum oculis, viro indignum.* Pijs ab ocu-
lis arcendum omninò ſpectaculum hoc eſt; quod ſi ſapientibus viris fugiendum il-
lud eſt, quantò magis ſacris Deoque initiatis viris erit indecorum?

Iure quidem meritò eos irridet Diuus Chryſoſtomus, qui procul ab omui caſti-
moniæ, pietatiſque diſcrimine inter huiuſmodi choræas adeſſe audactèr affirmant,
cùm hàc in re nullus eſſe valeat, qui viribus ſuis innixus formidinem omnem poſ-
Contra Mul. ſit exuere. Quàmplurimi ij ſunt, qui (do ſtylum Chriſoſtomi) ferreis catenis
præcincti, cilicinâ veſte induti, prolixis ieiunijs ventris ingluuiem ſedantes, inter
nemorum obſcura montiumqne abrupta faſtigia, ab aſpectu fœminarum protſus
amoti, vix cruentis ſupplicijs, quibus aſperrimè ſe ſpontè cruciabant, refrænare
potuerunt *furioſum impetum concupiſcentiæ*; tu autem is es, vt præſumas, fœmina- C
rum inter choræas te inuictum præſtare, totque inſidijs appetitus, quibus vndique
tùm carnis, tùm Dœmonis ferociâ obſideris, inter eas ſecurè verſari, obtutus,
iocos, ſaltus, aliaque laſciuientis animi lenocinia, quibus fortiſſimus quiſque
eneruatur, & foditur, citrâ cruorem citraque periculum pati?

Totus ego certè admiratione ſuccutior, quotieſc nque meo animo Diuus Hye-
ronimus obuerſatur; totâ hic ſæcularium rerum pompâ calcatâ, & ab humano cō-
ſortio in Paleſtinâ profugus, ſpecum pro palatio incolebat, ſcorpijs tanquam ſer-
uis præcinctus, ieiunijs & vigilijs adeò fractus, vt vix oſſa pelle contegeret, diui-
nis itâ deditus rebus, vt Cælum mente ſemper excoleret, & tenuiſſimas labes ab-
luturus, irriguo ſemper lacrymarum fonte manaret: adeò autem è mulierum Ro-
manarum aſpectu, quas pede ſaltatorio ludere ſpectauerat, emollitum ſe aduer-
tebat, vt vix mihi dicenti fides daretur, niſi ſibi ipſi fidem Hyeronimus faceret,
teſtis ſimul & author. *Ille ego*, do eius ipſiſſima verba. quid ni igitur nos inter de-
licias & commoda his periculis immunes fore noſtro animo ſuadebimus? Sanctè D
In ſerm. vbi ſup. igitur Diuus Ephrem, *Vbi cythara ac chori & plauſus manuum, ibi virorum tenebræ
& mulierum perditio, Angelorum triſtitia & diaboli feſtum. O improbum Diaboli con-
ſilium!*

Si ergò in tàm pernicloſas fœdaſque voluptates ſpontè præcipites nos egeri-
mus, quidnam nos excuſauerit & noſtram purgauerit conſcientiam? an algebunt,
qui ſe flammis immittunt? Deus immortalis! cùm fide magiſtrâ ſciamus quemcun-
que obtutum, greſſum, nutum; tàm ſeuerâ exactâque libellâ diuino Iudici expen-
dendum, fieri ne poterit, vt tàm periculoſis ſolatijs ſtudeamus, quæ tàm ſollici-
tè fugienda ſunt, vt quæcumque fuga licet citiſſima tarda videatur & ſegnis?
Quàm igitur meritò Concilium Agathenſe Symmacho Pontifice imperante coa-
ann. 505. ctum, viriſque tùm ſapientiâ tùm ſanctimoniâ clariſſimis illuſtratum, Canonem
c. Presbyt. 29 34 dixt. hunc, quem Gratianus recitat, ſapientiſſimè ſtatuit. *Presbyteri, Diaconi, Sub-
diaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxorem licentia non eſt, etiam alienarum nu-*

ptiarum

ptiarum euitent conuiuia, nec his catibus miſceantur, vbi amatoria cantantur & tur-
A *pia, aut obſcani motus corporum choreis & ſaltationibus efficiuntur, ne auditus aut obtutus ſacris Myſterijs deputati, turpium verborum atque ſpectaculorum contagione polluantur.* Illud hic ego crediderim, Epiſcopos hic ab ijs Patribus non recenſeri, eò quòd nullum fore ſibi ſuaderent, qui coercendus in re tàm graui tàmque perniciosâ eſſet; quàpropter fuſiùs hic euagari non placet; addendum ſolum mihi illud videtur cum Diuo Chryſoſtomo & Ricchardo, choræas tantùm noſtras in eo verſari, vt non corpora ſed corda ſursùm erigamus, terrenaque omnia deſpicientes, cæleſtia tantùm animo appetamus; cùm Diuo etiam Ambroſio dixerim imitandum nobis eſſe Dauidem, qui non laſciuiæ genio, ſed pietatis ſtudio coràm Dei arcâ pede feſtiuo ſaltauit. de defect. in pſ. 103. l.6. in Luc.

Cum ſemel Magnus Alexander adhùc puer in tractandâ lyrâ immoraretur, Antipater eius præceptor, ea abreptâ effractâque ſic eum aſperis verbis admonuit, *Tua atati iàm regnare conuenit, pudeatque in corpore Regis voluptatem luxuria dominari.* Plutarch. Aptiſſima quidem verba hæc ſunt, quæ ſacris Deo viris accommodentur,
B ſed multò aptius Epiſcopis accommodanda videntur, quos in ſui partem imperij Deus euexit, hoc eſt ad populorum ſalutem, ad Diuinæ fidei incrementum. Quàm igitur indecorum his eſſet, ſi vel vno quidem obtutu ſaltationes huiuſmodi dignarentur aſpicere, nobis adeò diſcordes, vt cùm exules cæleſti è patriâ ſimus, illud potiùs non ſine lacrymis repetendum nobis eſſet, quod olìm exules Iſraelitę luctuosè pronunciabant. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terrâ alienâ.*

Choræas huiuſmodi ludoſque ſaltatorios lege ſanctiſſimâ eliminauit Diuus Carolus Borromeus, adeò vt ne ipſis quidem ſæcularibus viris feſtiuis diebus permitterentur, eorumque loco ſacra alia exercitia inuexit, pios muſicorum concentus, & auguſtam potiſſimùm Euchariſtiam publicè omnibus adorandam exponebat, hunc ego imitatus, tùm in meâ Eccleſiâ, tùm in alijs, Bacchanalium ferias iàm pijs ſtudijs ſacriſque diſciplinis abſumo.

C

Otij ſegnitiem fugiendam Epiſcopis eſſe. Cap. XVIII.

ADeò in naturam ipſam odioſum otium eſt, vt ad eam deſtruendam conſpirare ſemper videatur: quàpropter tanto furore illud inſequitur, vt eius abominantionem odiumque omnibus rebus inſinuans, ab eo illas auertat. *Nullum ens naturaliter natum eſt otioſum*, ait Stagyrites. Ariſt. l.p. de anim. Verùm longè etiam magis pietati aduerſatur, cum aliud ipſum non ſit, quàm voluptatis negotium, peccati fomes, animorum virus, virtutum hoſtis, nequitiæ alimentum, ingeniorum rubigo, mentis tempeſtas è Diuo Hyeronimo, & è Diuo Baſilio vitiorum omnium magiſter diſertiſſimus, quæ omnia Diuini ſpiritus oraculo comprobantur. D. Hieron. in c.10. Eccleſ. *Mul-*
D *tam malitiam docuit otioſitas* Deſidiæ cathedram occupans otium facultatem perceptu faciliimam publicè docet, hoc eſt, vitiorum amorem: adeò autem deforme ſibi eſt, vt ſe ipſum fugiat, & ne otioſum videatur, videri quodammodo vult negotioſum. D.Baſil. orat. 5. de ieiun. Eccl. 33.

Eximius enimuerò magiſter otium eſt, ait Theodoretus, quod breui labore ea omnia crimina edocet, quorum ſingula longâ tantùm ætate addiſcuntur. ibid. Theodoreto Cato ipſe præiuit de otio hæc pronuncians. *Nihil agendo homines malè agere perdiſcunt.*

Omnibus quidem hominibus magno pretio hæc ſunt habenda, ſed Epiſcopis præſertim & Præfectis Religionis. excutiendum ipſis otium eſt, tùm vt ſaluti propriæ conſulant, tùm etiam vt ſuo muneri ſatis ad populorum commodum faciant, tùm vt detrimenta fugiant, quibus ipſi eſſent obnoxij, tùm ex incommodis quæ in ſubiectos populos deriuarentur.

Duo hæc duobus proximè ſcribendis capitibus commodiùs pertractabimus; vt

ergo

Digitized by Google

ergo à primo exordiar, impensè cogitetur oportet, quod Deus vix è nihilo ad lucem vniuerſitatis homine educto, in otium bellum inferre viſus fuerit; vt enim è A
Geneſ.2. ſacro Codice habetur, *Tulit ergò Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum*. Quonam labore, quonam opere ſolum illud excolendum erat, quod ſpontè tùm flores, tùm fructus ad hominis commodum effundebat omni deliciarum genere præſtantiſſimos? profectò non amæniſſimum Paradiſi hortum cultus ille reſpiciebat, ſed hominem; ſic docet Chryſo-
hom.4.in Geneſ. ſtomus, vt enim ab otio Adam abeſſet, ſolum excolere, laborem exercere, hortum purgare oportebat, ne in vitium aliquod, quod ex otio velut è fonte defluit, tor-
ibid. piter laberetur. Ad hortum cuſtodiendum euigilare vtique debebat Adam, ait Procopius, ne furtiuè illùc Dœmon irreperet, atque vtinam otio duce non irrepſiſſet. Quid hic è innocentiſſimus Adam, omniumque ſcientiarum chotagio inſtructus, à Deo vt operetur cogitur, ne otio deditus operibus prauis incumberet, ac ſi ex eius fœlicitatis apice in omnium calamitatum abyſſum vnius otij vi poſſit deturbari: adeò ne igitur nos caligabimus, vt criminibus vndique obſtricti, & cum ipſis peccatis enati, ab otij malis immunes fore vaniſſimâ fiduciâ contendamus? B
De Paradiſ. *Cum igitur legatur Adam in loco voluptatis ab initio poſitus vt operaretur, quis ſanum ſapiens filios eius in locum afflictionis ad feriandum poſitos arbitretur?* ſic Bernardus, Si Paradiſi ditiſſimum fœudum hac pactione poſſedit Adam vt operaretur, & glorioſo puluere aſperſus ſegnitiem à ſe abdicaret, quis ſanæ mentis vir æſtimauerit, nobis eius poſteris in tàm calamitoſum exilium ablegatis licere otiari, dieſque omni labore liberos abſumere?

Quin licet ſuo tantùm commodo vacans ab otio diſcedere Adam non debuiſſet, vtpote qui ſui perfectè dominus procul ab omni phantaſmatum & ſenſuum ſeditione in vniuerſitatis volumine Deum relegens, in eius contemplatione dies ac noctes traducere tùm vtilitèr, tùm ſuauitèr dies potuiſſet: adhuc tamen ad poſteritatis documentum ad aſſiduos in operando labores exercendos tenebatur, vt nos exemplo ſuo erudiret ad deſidiam profligandam & auerruncandam inertiam. fauet Ambroſius. *Quamuis Paradiſus operibus ruralibus non egeret, tamen quia homo primus lex poſteritatis futurus erat, ideò legitimi etiam in paradiſo ſpeciem ſuſcepit laboris*. C

Quod ſi ea verba, *vt cuſtodiret illum*, non ad ipſum Adam referre liceat, ſed ad Deum, qui hominem cuſtodiret; rurſus ex Hugone addiſcas velim, quod ſicuti deſides animos cuſtodit Dœmon, qui in otij telonio ſuam mercaturam exercet, ſic laborioſi viri non ab Angelis tantùm, ſed ab ipſo Deo cuſtodiuntur, ac ſi eos quos vehementiori amore Deus diligit, ad luctas & labores adducat, vt vitiis procul fugatis innocentiam in eis vigil cultor obſeruet. Hugonem audi. *Talis Deus homi-*
in 2. Geneſ. *nem extrà paradiſum formatum, vt ipſe homo operaretur non laborioſè, at ſtudioſè, & ſic Deus cuſtodiret illum*.

Omnium quotquot Diuinarum Scripturarum oracula iugi meditatione ſcrutantur admirationem rapit præceptorum copia, quâ populum Hebræum Deus obſtrinxit, vt facilè in Exodo, Leuitico, Numeris, & Deuteronomio videre par eſt; tredecim enim ſuprà ſexcenta numerantur, quorum ſolummodo quadraginta octo affirmatiua dicuntur, reliqua verò alia negatiua. Proh Deus! fieri ne poteſt, vt pergratus Deo populus tantâ præceptorum mole premeretur, & ex alijs gentibus ſibi à Deo ſelectus tàm arctis obſequij Diuini legibus obſideretur; amori Diuino hæc tribuit Abulenſis Antiſtes: cùm enim eos ad vitia maximè propenſos perpenderet, vt eorum voluntatem dirigeret, & tam pijs operibus amoueret ab otio, tot eos legibus quaſi quibuſdam nexibus obligauit, *Vt per occupationes variorum ſacrificiorum & ceræmoniarum obſeruationum otioſitas tolleretur, quæ multis malis incrementum tribuit & fomentum*. D

Hinc Ariſtoteles de regimine habendo Principes inſtruens, ſapientèr eos admonuit, ne permitterent, vt otio deſidiâque populi torpeſcant, ſed aſſiduo eos labore cogerent, licet inutilis videretur, ſi tamen inutilis dicendus ille fuerit labor, qui ab otij tyrannide populos eripit; vt autem ſuam ſententiam validiùs Philoſophus fulciat, Aegyptiorum Principum exemplum vſurpat, quorum famam tam

fauſto

ſauſto nomine vniuerſus orbis admiratur. *Huius rei exemplo ſunt Pyramides Ae-*
A *gypti*, hoc eſt immaniſſimos ſumptus, quos in Obeliſcis erigendis Aegypiij Princi-
pes diſpergebant & ferè dilapidabant, ad hoc potiſſimùm inſtituerunt, vt popu-
los ab otio corrumpendos arcerent, & aulicorum deſidiam ſceleribus vitiatam
expurgarent.

Hæc omnia Ruſticum & ſacros omnes in eo viros abundè Diuus Hyeronimus e- epiſt. ad
docuit, vt ſanctimoniæ gemmam tueretur, & hoſtium fraudes declinaret, *facito* Ruſt.
aliquid operis, vt te ſemper Diabolus inueniat occupatum. Porrò Caſſianus rerum
Diuinarum Magiſter eximius pronunciabat, Monachum, qui in aliquo agendo ſe l.11. de in-
ſemper exercet, vnius tantùm Dœmonis vi tentari; ſed innumeras propè eorum ſtit. Monac.
acies eſſe, quibus otioſus & deſes oppugnatur, *Operantem Monachum Dæmone vno* cap. 23.
pulſari, otioſum vero ſpiritibus innumeris deuaſtari.

Verbis illis, quibus Iob loquebatur, roborari hæc omnia poſſunt, quód ſcilicet
Dœmon *dormit in ſecreto calami*: otiū enim egregiè harundine adumbratur. Verùm
quis dixerit ſoporatū Dœmonem obdormiſcere? Argi inſtar oculatus & vigil adeò
B ipſe eſt, vt ſi otij ſopore noſtram viderit mentem occupatam, illicò prauarum co-
gitationum zizania in eam inimicus effundit: ad otij fugam ſic olim Demetria- ep. ad De-
dem ſuam Diuus Hyeronimus excitabat, *Ne dormiente patre familias, qui eſt ani-* met. c. 5.
mus Deo ſemper adhærens, inimicus homo ſuperſeminet zizania.

§. I.

O Sanè miſerrimam otiantum conditionem! dùm enim ab vnius operis la-
bore moleſtiaque diſcedere contendunt, ſexcentis alijs illaqueantur: otio
quietique ſe tradunt, vt otij filias tentationes in ſe obarmari ſentiant: ipſamet de-
ſidiâ cruciantur, ipſumque otium moleſtiſſimum experiuntur. *Dum otio vacant*, l. 6.
in rem negotioſiſſimam incidunt, ait Laertius. Vt ab hac otij moleſtiâ ſe Thebaidos
C Anachoretæ ſubducerent, vſitatum illis erat, tempore precibus vacuo ſportulis,
ciſtulliſque intexendis operam dare, & perenni ſemper labore poſtea deſtruendis,
vt rurſus intexerent.

Tam facilè noſtra mens agitur, varioque motu fluctuat & rapitur in diuerſa, vt
Mercurio componi videatur: haud ſanè tot vices Euripus patitur, tantoque vnda-
rum reciprocantium æſtu ſuſdeque perturbatur, quàm cor humanum æſtuat & e-
bullit. hinc illud Bernardi, *faciliùs poſſem Mundi athomos numerare, quàm motus* de inter.
cordis mei. Molæ ſemper circumactæ perſimile motu nutritur, motu viuit, re- dom. c. 61.
quieſcit in motu. Quàpropter niſi piarum rerum cogitandarum frumentum in eâ
apponatur, in rerum inutilium paleâ molendâ dies abſumit, fœnumque immiſſa-
rum cogitationum conterit, quibus vita cruciatur, & tota mentis tranquillitas
iniquè perturbatur. *In deſideriis eſt omnis otioſus*, ſic è Septuaginta Interpretum
explicatione Diuus Hyeronimus habet; quot ſanè motibus animi quatiuntur o- Prou. 13. epiſt. 8.
tiati, quàm immaniter ſemper tumultuantur! cùm pudicitiam ſpecie præferunt,
D impudiciſſimi re uerâ ſunt, cùm ſimulatâ pietate Dei cultum oſtentant, in Deum
in homines ſunt maximè iniurioſi, *Sunt quorum corpus innoxium eſt, & in mille fa-* Publicus
cinorum furias mens otioſa diſcurrit. dùm autem tot inter cogitationum fluctus Mimus.
abripitur animus, fluctuat etiam eodem impetu acta lingua, adeò vt vel obtrecta-
tionibus & calumnijs, vel inhoneſtis fœdiſque ſermonibus omninò ſe prodit.

Verùm licet nullâ aliâ in re pernicioſum nobis otium eſſet; ex eo tantùm capi-
te, quòd temporis pretioſiſſimum theſaurum nobis abripit, iniquiſſimum videri
omnibus debet, cum iactura nulla tanta vnquam ſit, ac ea, quâ tempus æternæ no-
bis beatitati acquirendæ impertitum inutili ſocordia dilapidamus. Fluminis inſtar
humana vita fluit; tot eius aquis fruimur, quot laboris manu haurire conamur;
maximam eius partem infantia, ſomnus, aliaque corpori neceſſaria furantur,
otio nequidem momentum concedendum relinquitur, quin per ſummum dedecus
illud diſpergamus & diſperdamus. quæcunque temporis particula, pernicioſiſſima
nobis eſt, ſi eâ abutamur; ſi enim nihil vitâ nobis charius eſt, huiuſque pars quæ-

liber hora eſt, neceſſariò ſequitur, vt horæ vnius iactura, ne vel ipſius Cræſi theſau-
13.ep.15. ris poſſit compenſari, *Non exiguum detrimentum eſt vel hora vnius, & vna hora tetius vita pertio eſt*. Sic Ambroſius. Quàm meritò igitur Moralis Philoſophus A
pronunciauit, *Nullum eſſe ſumptum pretioſiorem tempore, cuius vnius honeſta auaritia eſt*. E ſacris fortè paginis hæc ille deſumpſit, quarum ſtylo ad auaritiam hanc
de breu. vitæ. Eccl 4. temporis pretioſiſſimam erudimur, *fili conſerua tempus & deuita à malo*, hoc eſt, ſi morum innocentiæ ſtudeas, vigili ſolertiâ tempus cuſtodi, manuque auarâ diſpenſa.

Maximi momenti quis hoc inficietur? ipſa eadem æterna beatitas temporis profuſione periclitatur, & ſicuti diligentiæ manibus diadema ſalutis nobis imponitur, ſic otij opere catenis igneis erebo alligamur. Torpore igitur excuſſo ad otium eliminandum elaboremus, vt illud Diui Bernardi vſurpare valeamus. *Hinc mihi*
ſerm. 31. paruis. *gehenna, inde corona paratur, & inter hanc & illam medium nugari libet, oſcitare delectat? Vſque adeò nec trahor deſiderio, nec periculo terreor, nec cupidus planè nec pauidus, in quibus magis fuerat negotium, pernicioſiſſimè inſenſibilis ad vtrumque.* B

Hæc interim quoad primum caput mihi dicta ſufficiant; nec enim hic mihi cum ijs agendum duxi, qui tempus omne diſſipantes vitam inertiſſimam ducunt, à quocumque vel tenui opere alienam: de his enim, quibus anima ſalis loco eſt, quod à putredine corpus eximat, longiorem ego ſermonem egi, cùm ad otij fugam populum meum Eugubinum ſalutari concione informarem.

Fuſiùs idem confirmatur. Cap XIX.

VErùm ſi tanta in Epiſcopum ex otio incommoda deriuantur, quatenus ipſe, vt priuata perſona ſpectatur, quantò magis, ſi ad publicum miniſterium, quod gerit referatur, damnandum in eo otium erit, cuius inertiâ ab eo labore, eaque diligentiâ ſubducitur, ad quam maximè obſtringitur, vt populorum ſaluti C
ſibi à Deo commendatæ proſpiciat? Si præ alijs ea vitia Præſul cultaturus eſt, quæ otium ſubſequuntur, annon ad præcipitij marginem poterit ille altè ſoporatus cum ſuâ ſecuritate quieſcere?

Inter alia, quibus, admonente Diuo Gregorio, operam ſuam dabit Antiſtes, illud eſt, quod ſubiectas ſibi gentes erudiat, earumque animis intimè inſculpat, vt otium velut hoſtem teterrimum fugientes, virtutum ſtudio laborioſiſſimè incumbant, cùm enim noſtra mens nauis inſtar ſit quæ aduerſo flumine nauiget, nullo
l. 3. Paſtor. cap. 35. pacto fieri poteſt, vt ſtet, *ſed ad ima relabitur, niſi ad ſumma tenetur*. Arx illa eſt, quæ duorum robore ducum ſimul oppugnata, vtriuſque ferociam patitur; eorum tamen victus ille diſcedit à pugnâ, qui otioſâ inertiâ diffiuit. *Manus fortium dominabitur: quæ autem remiſſa eſt, tributis ſeruiet.* An igitur alios hoc Præſul edoceat, qui in ſemet ipſo hoc idem non exercet? Potiſſimum iuxtâ Apoſtoli legem munus eſt in Antiſtite, vt pugil orthodoxus ſit, & nobilis fidei Pancratiaſtes, *Certa bo-*
p. Tim. 6. D. Valer. ho. 2. *num certamen*. quis autem palmis & laureis illuſtrem eum vnquam viderit, quem D
mollis & delicata quies obſedit? *Quis vnquam otioſus tropæa compeſuit.* Excolenda præ alijs virtutibus caſtimonia Antiſtiti eſt; hanc autem nulla vis adeò eneruat, nullus hoſtis tam validè quatit, vt otium, cuius, qui credatis inertiâ inuicti fortiſſimique duces cecidere.

Hannibal ſanè Romani Nominis terror, qui prærupras Alpium rupes niuibus obſitas & glacie obarmatas ſui flammâ roboris ſuperauit, qui maris indomitos æſtus edomuit, potentiſſimæque Reipublicæ vires ad extremum ferè adduxit interitum, dum ſegnis in Campania hibernat, vt appetente verè Capitolium victor inſideat, otij manu laureas illas & victorias ſibi rapi ſenſit, quas ſuo tùm ſudore,
ep. 52. tùm Romano ſanguine ſæpius irrigauit. Senecam audi. *Vna Hannibalem hyberna ſoluerunt, & indomitum niuibus atque Alpibus eneruarunt fomenta Campaniæ; armis vicit, vitijs victus eſt.*

Nec illud mihi obijciatur, quòd Hannibal vt veri numinis ſcientiâ destitutus, ne luxu-

luxuriæ corrumpendum ſe daret, in otium eo modo pugnare noluit, quo ſacer Antiſtes pugnaret: ſacris enim è paginis in medium ego ſtatim efferrem Dauidem vi-
A rum Deo gratiſſimum, Diuinæque ſtudioſiſſimum gloriæ, Principum & Præſulum abſolutiſſimum exemplar, inſoleſcentium ferarum Gigantumque victorem eximium, hic autem otij deſidiâ vitiatus tàm breui fuit, vt conuerſione planè miſerrimâ in virtutem, in Deum rebellis aſſurgeret, innocentiam à ſe reijceret, caſtimoniam perderet, & cùm elapſis anteâ temporibus, Solis inſtar ad Mundi oculos ſplendeſceret, tantâ deinde caligine fuit denigratus, vt vix eius tenebras tota hæc vniuerſitas caperet; *factum eſt autem vertente anno, eo tempore, quo ſolent Reges ad bella procedere, &c. Dauid autem remanſit in Hieruſalem: dùm hæc agerentur, accidit, vt ſurgeret Dauid de ſtrato ſuo poſt Meridiem, & deambularet in ſolario domus regia, viditque mulierem ſe lauantem ex aduerſo ſuper ſolarium.* 2. Reg. 11.

Salomonem educam emiſsâ cęlitùs ſcientiâ clariſſimum, Deoque itâ percharum, vt eum ſuum veluti delicium deperiret amantiſſimus Deus, eiuſque ex ore Diuinus Spiritus ſuas voces effunderet; huic autem quis ignoret, quocunque bello quo in eum Principem omnium vires conſpiraſſent, magis exitioſam fuiſſe
B quietem, qua per ſummam ignauiam fruebatur: otij enim delicatâ mollitie, tàm turpitèr quacunque libidinum ſorde ſe obuoluit, vt veræ Religioni deficiens, fallacia numina, fædaſque ſimul fœminas loco veri Numinis per ſummam vęſaniam adoraret. Samſonem pariter efferam, quem ſingulari Dei beneficio è ſterili matre naſciturum diuinus Nuncius pronunciauit, & antè conceptum ad Philiſthęos profligandos Diuina virtus robore admirando præmuniuit; eximijs hic totoque orbe decantatis victorijs illuſtriſſimus, cùm per Gazæ vrbem otioſus peragraret, vnius fœminæ formâ correptus adeò exarſit, vt ſimul integritatem, oculos, vires, famam eius perfidiâ amiſerit. diſce hinc, quàm verè Diuus Ambroſius pronunciauerit, quod *ſentant otia, quos bella non fregerunt.* ſerm. 11. in pſ. 118.

Meritò igitur Diuus Auguſtinus poſt commemorata trium horum Magnatum commendatiſſima facinora, legentes admonet, vt ad eorum aſpectum, cautiores, deſidiâ exutâ totis vbique viribus otio aduerſemur, *Ergò fratres mei vigilate* Ad fr. de
C *& nolite deficere, quià nec ſanctiores Dauid, nec fortiores Samſone, nec ſapientiores Salomone vos eſſe cognoſco.* Er. ſerm. 19

Calatitanus Antiſtes pietate ſpectatiſſimus, ſenectute extremâ laborans, vt totus Deo ſtuderet, enixiſſimè ab Innocentio Tertio Pontifice Infularum abdicationem poſtulauit; hic tamen ſingulari quâ præſtabat prudentiâ eius votis obſiſtens, ne otij nequitiâ voluptati ſe daret, æternique ſupplicij reum ſe faceret, ei reſpondit, quòd otioſitas & voluptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras animas capiendas. Quid vltrâ? ijdem Chriſtianæ fidei ſatores Apoſtoli, licet diuinâ virtute in diuinâ lege ſeruandâ roborati, in populorum comparandâ ſalute totâ animi contentione laborantes, quæ ſupeterant à ſuſcepto labore alienas horas, manualia inter opera tranſigebant; da fidem Diuo Clementi, ſic eos ad noſtrum documentum alloquentes afferenti. *Etenim nos quoque vacantes verbo Euangelij ſubciſiuas operas non negligimus; alij enim ex nobis piſcatores ſumus, alij ſcenarum artifices, alij agricola, nec vnquam otioſi ſumus.* in conſtit. Apoſtol.

D

§. I.

SI autem tàm vigili impenſáque ſolertiâ, vt noſtræ ſaluti conſulamus, ab otio fugiendum nobis eſt, quî fieri poterit, vt deſidiâ ſupinus iaceat, qui populorum etiam ſaluti præficitur, exactamque rationem de commiſſis ſibi populis Deo Iudici eſt redditurus? ſui viridarij regimen nobis Deus præ ſuâ beneuolentiâ commendauit, vt noxia lethiferaque vitiorum germina inde euellentes, ſalubres virtutum herbas excolamus, ſuperfluaſque & venenatas arbores reſecantes, eas ibi tantùm plantas inſeramus, quas ori Diuino pergratos fructus parituras non ignoramus. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, vt euellas & deſtruas, diſperdas & diſſipes, ædifices & plantes*, An ergo deſides ad vmbram iacebimus, & pla- Hieron. p.

cidiſſimæ ſinu qnietis tempus abſumemus? Ex innumeris propè hominibus nos amore præcipuo Deus elegit, vt ſuæ vineæ, quam in beatiſſimo Chriſti Seruatoris A
ſolo conſtituit, eiuſque ſanguine irrigauit, fideles vinitores in eâ excolendâ deſudemus: an igitur, vt otio torpeamus, ſalcem, ad inutiles ramos abſcindendos omittemus, & ad vites fœcundandas ligonem proijciemus inertes, patiemurque, vt per noſtram ſummam ignauiam in labruſcas turpiſſimè vites degenerent?

Ad pretioſiſſimas animarum margaritas lucrandas nos Deus in hoc vitæ emporio mercatores inſtituit; an ne igitur breue hoc nundinarum tempus abſumamus, nullâ ad eas poſſidendas adhibitâ diligentiâ. *Mercaturam hanc vitam exiſtima: quod ſi nundinarum tempus effluere ſinas, nullum aliud es habiturus.* Sic Nazianzenus. ne vel minima labatur lucri faciendi occaſio, quàm laborioſi, quàm induſtrij mercatores ſunt? numquam à ſuâ mercatoriâ tabernâ diſcedunt, oblectamentis omnibus vacant, tenui ſe cibo reficiunt, parciſſimo incommodoque ſomno ſe tradunt, enixè omnes venerantur, & iurgia, quibus identidem laceſſuntur B
aure ſurdâ diſſimulant; an ne igitur nos cæleſtes Mercatores deſides & ſegnes otiabimur, & ignaui domi ſedentes patiemur, vt *filij huius ſaculi prudentiores ſint filijs lucis in generatione ſua?*

Luc 16. Si verò è nobis aliquis futurâ forſan ætate abiectum adeò indueret animum, vt tantâ in re pateretur mundanis à Mercatoribus ſuperari, en à Salomone ad par-

Prou. 6. uulorum animantium conſiderationem mittitur vt inſtruátur: *Vade ad apem, & diſce quomodo operaria, eſt* Vide Apes, earumque ſolertiam aduerte, quàm illæ induſtriæ ſunt, quàm cuſtodiendi temporis auidæ, quàm ab otio prorſus alienæ, vt aliorum vtilitati adlaborent; admiranda profectò eſt earum induſtria, earum vigi-

l. 5 c. 52. lantia, adeò, vt cum Aeliano loquar, *diligentiſſimè & laborioſiſſime operatur, nec quiſquam extrà hyemale tempus videat apem otiari.* quapropter fit, vt ſi quæ earum

Ariſt. lib 9. hiſt. anim. c. 40. otiari & torpere ab alijs videatur, ſtatim veluti fucus inutilis, earumque conſortio indigna ab alueario depellatur. *Quin & ſocias otioſas ac deſides pellere, in more apibus eſt.* C

Hoc autem, quod omnibus vniuerſim Diuinus Spiritus ſignificat, ſingulari quodam ſtudio viris Deo deuotis & Epiſcopis aptari, ſatis conſtat ex eorum miniſterio, quod totum dirigitur, vt Apum inſtar ad mel Diuinarum laudum conficiendum, ſanctorumque operum ceram cogendam, operam ſuam ſolertèr impendant, iuxtà

Hæres. 8. illud Diui Epiphanij, *Velut Apes in manibus quidem habentes ceram opificij, in ore verò guttas mellis, cum propria hymniferà voce vniuerſorum Dominum iuxtà proprium ſenſum laudant.*

Verùm ſi ad ſui imitationem nobiles nimis nobis apes viderentur, tanquam

Prou. 6. noſtræ diligentiæ præceptrices, audi rurſus Salomonem, viliſſimi alterius animalculi exemplum nobis exhibentem, *Vade ad formicam ò piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam.* Qui tàm delicatè torpeſcis, formicas adi, earumque ſolertiam laboremque perpende, quo temporis hiberni neceſſitatibus abundè proſpiciat æſtiuâ tempeſtate. quàm viuidâ lynceâque oculorum acie diſperſa frumenti grana perſpiciunt, quà celeritate ſibi illa corripiunt, quà ſedulitate operi vacant, D
quàm leue pondus illud cęteroquin graue exiſtimant, quám vigiles ea cuſtodiunt, quàm validè frangunt, ne telluris virtute complexa in alia egerminent, & ſi fides

l. 9. de hiſt. anim. c. 38. Ariſtoteli danda ſit, diurno labori non acquieſcentes, nocturnas etiam horas labori producendo impendunt, cùm Lunæ ſubſidio lux illis propitia effulget. Temporis igitur pretium à formicis addiſce, & otij fęditatem auerſare. *Ah pudeat,* hæc

de clem. l. p cap. 19. Seneca, *ab exiguis animalibus non trahere mores.* Quis non erubeſcat, vt minutæ beſtiolæ nos prudentiâ & ſolertiâ antecellant? Quid nobis infęlicius, ait Chryſoſtomus, qui magiſterio formicarum erudimur, earumque diligentia in exem-

ſerm. de Pentec. plar & Idæam nobis obijcitur? *Formicarum facti ſumus diſcipuli; formicarum æmulatione viuimus, formicarum conuerſamur exemplis.*

Hinc autem iuxta Diui Baſilij mentem, colligere ſatis poſſumus, qua animi conſtantiâ, & propoſiti ni, in otium nos obarmare debeamus, vt illud aperto Marte

in c. p Iſa. proſligatum à nobis penitùs arceamus; otij namque fœditate fit, vt homines in-

natam

natam nobilitatem exuentes abiectiſſimis terræ beſtiolis conferantur, imò poſtha-
A beantur. *Quomodo enim non odio proſequendum otium, quod formicâ & ape peiorem hominem efficit?*

Horrore intus ego perfundor, cùm aſperam illam obiurgationem mente peruo-
luo, quâ, Chriſto Præceptore mandante, Epiſcopum Sardicenſem Ioannes eius
Scriba reprehendit; cùm enim otij amantiſſimus moleſtiam laboris ille declinaret,
quo commiſſum ſibi gregem excoleret, vt ſegnitiem illam excuteret, verbis illis
eum excitauit, *Eſto vigilans*. ſin autem in ſuâ ſegnitie permanſerit, intempeſtam Apoc. 3.
ei mortem minatur, & in pœnam temporis tam prodigè decocti, tempus ei omne
rapiendum exitu inopinato ſignificat. *Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies quâ horâ veniam ad te.*

Ne igitur commiſſi nobis muneris, iniqui ſimus adminiſtri, Deumque debito
cultu, populoſque debitis fructibus fraudemus, nobiſque demandatum tempus vti-
litèr ad beatitatem acquirendam inſumamus, peſtis inſtar otium fugiendum nobis vbi ſup.
eſt; nihil enim in totâ rerum vniuerſitate, docente Diuo Baſilio, datur, quod
B magis humanæ fœlicitati aduerſetur, eiuſque nobis poſſeſſionem rapiat ſummo-
perè appetendam.

Quàm igitur indecorum eſſet, ſi otiaretur Epiſcopus, qui licet centimano Briareo
maior eſſet, adhuc tamen ſui muneris excellentiæ impar eſſet? ſi namque tanta in-
commoda, vt ſuperiùs expendimus, è priuati hominis otio inferuntur, quid de
ijs dicendum, quorum quies & ſegnities in populorum detrimentum refertur, or-
biſque bonum & ſalutem extinguit?

Si Antiſtes, qui, vt tertiâ parte ſcribetur, eximiè vigil è ſuo munere debet eſſe,
in animarum comparandâ ſalute dormitauerit, quis vitia ne ſubrepant, impediet,
quis iam enatos errores excindet, prauos quis mores deleat, quis impudentium
virorum æſtus refrænabit, quis abiectos eriget, quis exulem pacem reuocabit,
quis in ſcelera bellum indicet, quis virtutum ſobolem educabit, quis demùm
gregi enutriendo elaborabit, adeò vt è tartarei lupi faucibus liber nullum ſuæ
C ſalutis diſcrimen offendat?

Verùm quia fieri ſemper haud poteſt, vt operi aſſiduo vacemus, dieſque ſemper
nonnulli ſuperſunt, quibus æſtiuo præſertim tempore feriari fas eſt, Diuus Ber-
nardus nos admonet, vt in ipſomet otio nobis otium fugiatur. *Cauendum & in* De conſid.
otio otium eſt. In eo pariter libro, quem ad virginem inſtituendam inſcripſit eam l. 3. ſi 13.
hortatur, vt triplicem in partem diem diſtinguat; in quarum primâ comple- de modo be
ctitur ea, quæ ad Diuinum cultum referuntur, ad preces ſcilicet Deo litandas, in nè viuendi
ſecundâ ſacrarum litterarum ſtudium, libroſque pios peruoluendos, quibus etiam ſerm. 51.
pro ingenioſis viris addere fas eſt, vt ſcilicet ad poſteritatis commodum ſalutares
libros inſcribant iuxtâ illud Sapientis *Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis*, vel vt Eccl. 38.
legit Diuus Bernardus *Sapientiam ſcribe in otio*, vt ſimul cum Tullio, ſed Tullij fa-
ſtum exutus illud pronunciare valeat, *Maius commodum ex otio meo, quàm ex alio-* Saluſt. in
rum negotio Reipublicæ venturum. In tertiâ demum ea, quæ cum indifferentia ſint, Iug.
licitè præſtari à nobis poſſunt: illud igitur Senecæ meminiſſe nos oportet, *Otioſi*
D *videmur & non ſumus*. ep 57.

Si autem teſte Sabellico, Scipio Africanus, *Otium conuertebat in graue negotium*; L. 10. c. 11.
quantò validiùs id ab Epiſcopis præſtandum eſt, vt enim egregiè de more Diuus l. 3 de off.
Ambroſius ait, *Otium Sanctorum otium eſt negotiorum*. cap. 1.

Licet, vt verum fatear, vix dari Epiſcopis tempus aliquod poteſt, quo ſi ſui
vim Sacerdotij perpenderint, otioſi abſque vitio eſſe poſſint; eos ſanè, qui ſermo-
ne ineptiſſimo eos implicabunt, corripere eâ ratione poſſunt, quâ olim apud La-
ertium Plato Dyoniſium Siciliæ Regem diſcedens excepit; Regi enim interro-
ganti; quid de ipſo Philoſophi Athenienſes dicturi eſſent, reſpondit, non adeò o-
tioſos Athenienſes Philoſophos fore, vt eis tempus ſuperſit, quo vel de eo, vel
ſuis de rebus colloquantur.

Hinc cum magni nominis Antiſtes, quem illuſtres anteâ Præfecturæ, primatiæq;
dignitates exornauerant, ſe iam otiari, nulloque implicari negotio pronunciaret, in vit. Sãct
Sancto Carolo Borromeo admonente, multa addidicit ſibi facienda ſupereſſe, que Caroli l. 3.
ad cap. 18.

Digitized by Google

ad Epiſcopale Sacerdotinm ritè peragendum ſpectabant : quia verò nullam ex eius
monitis vtilitatem ille decerpſit, illudque etiam addidit, Carolum ſanctitatis fa- A
mam affectantem ad multa facienda, quę verè facienda illi non erant, vires ſuas ex-
plicare, vir pijſſimus diuinâ charitate ſuccenſus, oneris molem, quá Epiſcopi gra-
uantur, ſcriptis oſtendit, & illud ſuperaddidit *Ergo ne nil faciendum ſuperſit Epiſ-
copo* ? Haud tamen hac alia correptione quidquam ille profecit, vt eius animum
ſæcularibus rebus irretitum, ad cæleſtia erigeret, ad diuina vocaret; quàpropter
cum Borromeus Antiſtes accepiſſet, Romam eum adijſſe, vt de Præfecturâ qua-
dam recentèr ab eo adminiſtratâ Gregorium Tertium Decimum Pontificem inſti-
tueret, acerrimè contendit, vt Sanctiſſimus Pontifex præ ſuà clementiâ caligantis
Antiſtitis animum illuſtraret, vt re verâ factum eſt : totam enim, quam altè imbi-
berat animi duritiem excutiens, ad meliorem frugem ſe reuocauit. poſt quæ breui
obijt, vt nobis exemplo eſſet, quòd ab otio alieni, Chriſti vineam totis viribus
excolamus.

Quàm probè Diuus Auguſtinus non ſatis amplæ Eccleſiæ regimini præpoſitus
experiebatur, otiari nullatenus Epiſcopum eum poſſe, qui ſuas vices obire pro di- B
gnitate vellet, illudque ſuo animo inſinuaret, non ſe in alios, ſed alios in ſe do-
minari, adeoque ad amicum ſcribens in hæc erupit. *Ob diuerſas curas, quas no-*
ep. 135. *ſtra ſeruitutis neceſſitas habet, vix mihi pauciſſima gutta temporis ſtillantur, quas*
ſi impendero in alijs rebus, contra meum officium mihi facere videor. Non aduertenda
tantùm nobis hæc verba ſunt, ſed accurato opere adimplenda.

A ludis alienum Epiſcopum fore.
Cap. XX.

PRima inter & ſolidiora fundamenta, quibus duodecim Chriſtianæ legis Præ-
ceptores Diuino Spiritu imbuti, noſtræ Religionis molem erexerunt, non C
illud poſtremo loco fuit, quo vetabatur, ne Præſules primùm, alijque inde Chri-
ſti fideles inanibus ludis & aleâ potiſſimùm ſe immiſcerent, quo etiam nomine om-
nes illi ludi ſignificantur, qui non ingenio, ſed fortunâ & caſu quodam conficiun-
tur. optimè namque illis innoteſcebat, quàm difforme eorum muneri eſſet, & quàm
eorum Sacerdotio indecorum ſimul eſſet & vitioſum. Quàpropter inter octuagin-
cap. 2. ta Canones à Sextâ Synodo receptos & confirmatos, duo ſunt quibus hoc validiſ-
ſimè præcipitur. Ad Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos primus refertur, *Epiſco-
pus, aut Presbyter, aut Diaconus aleæ atque ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut dam-
netur, ideſt deponatur.* ad minores Leuitas viroſque ſæculares alter refertur. *Sub-
diaconus, aut Lector, aut Cantor ſimilia faciens deſinat, aut certè communione priue-
tur: ſimiliter etiam Laicus.*

can. 50. Hoc idem poſteà Patres Concilij Sexti Conſtantinopolitani ſtatuerunt, & ipſe-
e de vit. & met Innocentius Tertius in Oecumenicâ Synodo decreuit : ad Epiſcopum enim
hon. Cler. Turonenſem decretali Epiſtolâ ſcribens ei præcepit, vt Clericum publicè aleis lu- D
c. inter di- dentem exautoraret; demùm hæc eadem Sancta Tridentina Synodus approbauit.
lect. 11. de Quin Iuſtiniani Cæſaris lege vetitum quoque Epiſcopis Deoque deuotis viris eſt,
excess. non tantùm ne luderent, ſed ne vel ludentibus alijs adeſſent: quod tamen ità intel-
Conc. Tri. ligendum eſt, vt non hæc propriâ authoritate Cæſareâ ab ipſo ſtatuerentur : nulla
ſeſſ. 22. de enim in ſacros illi viros authoritas erat, ſed tantùm vt Pontificiarum legum ro-
refor. c. p. bur ſuâ etiam poteſtate validiùs roboraret, quod Cardinalis Baronius ſapientèr
aduertit.

Nemini autem admirationem faceſſat conatus iſte, quo ad eliminandos è ſa-
cris manibus ludos Eccleſiaſticæ leges iam piè exardeſcunt; cùm ad eoſdem pe-
nitùs profanis à viris ablegandos eodem impetu politica decreta decertent: ſanè
Iuſtinianus ipſe Cæſar vniuerſali & quadam velut oſtraciſmi lege eos prohibuit.
l. 1. 2. de Quod tamen admirandum erit omnibus, illud eſt, quòd ipſimet Idolorum culto-
aleat. res è ſuâ Republicâ illos amouerint; præter Romani Prætoris edictum legis inſtar

ab

ab Vlpiano conſcriptum in eos qui aleatores domi recipiunt, Venuſinus ipſe Poe-
A ta hoc abundè teſtatur.

Verùm vt ad noſtros Canones reuertamur, quandoquidem ſacris diris impeti
non poteſt aliquis, vel ſua dignitate ſpoliari, quin læthalis noxa præceſſerit, hinc
eſt, vt aliqui ſacrorum Canonum & Theologiæ Magiſtri, quibus ſuffragatur Na-
uarrus, doceant ſub pænâ læthalis culpæ ludos hoſce ſacris viris prohiberi: & licet
hac in re mitiſſimus omnium videatur Molina, qui docet ad publicos tantùm luſo-
res illas pęnas referri, hoc eſt ad eos, qui præ nimiâ conſuetudine frequentiſſimè
inter ludos verſantur, ideoque lythurgos illos ab omni culpâ liberet, qui vel rarò
& tantùm recreationis ſtudio, vel vllo ſine ſcandalo aliquam pecuniæ ſummam
ſuo gradui congruam ludendo abſumunt; nihilominus fatetur, ludum huiuſmodi
eorum Sacerdotio penitus eſſe difformem, & ab eo eſſe illos auertendos: addit in-
ſuper, in Religioſis viris longè magis inhoneſtos eos eſſe, eo quòd ad virtutes ab-
ſolutas acquirendas hi voto obſtringantur, bonamque famam, quâ apud ſæcula-
res præſtant, excolere & fouere teneantur: hinc argui facilè poteſt, quòd cum Epiſ-
B coporum gradus Religioſorum virorum gradum non æquet tantùm, at ſuperet, in-
decoros magis magiſque pernicioſos in eis ludos eoſdem eſſe, adeò vt vix à lethali
noxâ poſſint excuſari, licet vel perrarò, vel tantùm ad animi oblectamentum ſe
illis exerceant: Hæc profectò eſt Diui Petri Damiani ſententiâ; quin de ſæculari-
bus ipſis hoc idem ſtatuit Diuus Cyprianus, qui totus eſt, vt ſuâ dicendi docendi- ep.10.l.3:
que elegantiâ eos ab illis non exercendis tantùm, ſed ne quidem inſpectandis a-
uertat. *Aleâ ne luſeris, vbi luſus nocivus eſt, & crimen mortale.* poſt quæ illud de aleatoribus.
vltimò addit *Aleam noli reſpicere.* Hùc pariter collimare ſubobſcurè videtur
Diuus Ephrem Syrus, cui facilè Hugo Cardinalis adhæſit, qui voces illas Tobiæ
explicans, *Nunquam cum ludentibus miſcui me*, hac loquendi formâ aleas ſignifi- Tob.3.
cari docet, quarum vſu peccatum immiſcetur, *Quas peccatum eſſe manife-
ſtum eſt.*

Quidquid tamen de alijs dixeris, ſanè ignoro quî læthalem noxam poſſit Epiſ-
copus ludens effugere! tùm quia leges eas violat, quas ritè ſanctèque ſibi ſeruan-
C das iuramento ſe obſtrinxit, (de illis hic loquor, quarum iam vſus inualuit, vti
nobis illæ ſunt, quæ ad hoc ipſum referuntur) tùm ex alijs circumſtantijs, quibus
ludens plerumque implicatur, Epiſcopali ſanctitati maximè aduerſantibus. Ex his
tres tantùm proferre licet in medium, quibus validiſſimis tanquam rationibus v-
tar, vt ludos auerſemur, licet quæcumque ex illis, ſi benè perpendatur, ad hoc
præſtandum ſufficiat.

Priorem ſedem obtineat temporis iactura, quod tùm ad noſtram, tùm ad alie-
nam comparandam ſalutem largè diuinus amor impertiuit. Proh Deus? populis
gubernandis præficimur, quos tamen perdere nos immani quadam arte conamur:
vt ouem aliquam deuoret, Tartareus lupus & Stygius Leo vires omnes exerit, cùm
ex aduerſo nos, qui vel Argo vigilantiores, vel Briareo validiores futuri eſſemus
ad eius impetum profligandum, inter aleas & latrunculos inanes horas abſumimus!
Tanti pretij tempus eſt, vt prodigentiæ notâ damnandus ſit eius abuſus: anne igitur
D tam pretioſa res inter ludos dilapidetur?

Nec apta erit excuſatio ſi dixeris, eas tantùm in ludis agendis horas abſumi,
quæ non ad negotium, ſed ad animi oblectamentum addicuntur; nam prætcrquam
quod oblectamentum huiuſmodi repugnat Epiſcopo, ludendi voluptas ea eſt, vt fa-
cillimè ſibi totum cor ludentis vſurpet, adeòque ſicut nullam menſuram voluptas
patitur, ſic nullâ temporis lege ludi modus coercetur. Mihi ſanè olim Præſul in-
notuit, cui enim primò recreationis vnius causâ ludus placeret, poſteâ tam arden-
ter aleas deperibat, vt ſingulis diebus illuſtres aliquas fœminas neptes ſuas ad ſe
in aulam accerſeret, vt ſecum ad multas horas verſarêtur in ludo, Eccleſiæ regimen
Vicario ſuo totum ferè committens. alium pariter ipſe noui, in quem dicteria ſa-
leſque mordaciſſimos cuibrabant populi ex huiuſmodi alearum tractatione, eo
quod in populis ſuis audiendis parciſſimus, largiſſimus erat in ludi paleſtrâ ver-
ſandâ. Quanta autem hinc malorum copia, quanta ſeges egerminat vitiorum!
illud de ipſis dicendum videtur, quo olim Cæſar irriſus eſt, cùm ludi amantiſſi-
mus

Digitized by Google

Suet. in Ceſ. mus vel inter bellica infortunia eſſet. *Bis claſſe victus naues perdidit, aliquando vt vino, aſſiduè ludit aleâ.* A

Chriſtum Seruatorem hoc ſtyloloquentem Diuus Bernardus deſcribit, eoſque increpantem, quos aleas inter & ludos pecunias miſerè decoquentes aſpectat. *Ego te acquiſiui manibus cruci affixis, tu conſumis te manibus delicijs dedicatis?*

Alteram iam rationem educo, quæ in hoc verſatur, vt ludus theatrum quoddam ſit, cuius in area tanquam ad ſcęnam implendam cuiuſcunq; vitia ſe produnt: quàm facilè in ludo æſtuat iracundia, impotentia, auarities, ſuperbia! hinc egregiè Petrarcha pronunciauit, quod ſi laſciuientis Ouidij conſilio à ludis agendis arceban- Dialog. 3. de arte amand. l. 3. tur feminæ, ne corám viris inter ludendum vitia ſua explicarent, quantò iuſtiùs, ab iiſdem Chriſti fideles, multoque magis ſacri Præſules ſunt amouendi, ne vitia noſtra, quæ virtutis imperio ſubiicienda ſunt, coram omnibus proferantur: hæc autem ſi prodantur, quis non videat, non humano tantum aſpectui, ſed ipſi Diuino lumini ingentem nos moleſtiam allaturos? *Sed etiam Dei oculos omnia videntis, & bonos animos, moreſque ingenuos amantis offendunt.* Sic ille. B

Opportunè hìc illud narrandum occurrit, quod de Polono quodam Dynaſta Iuſtus Lipſius refert; hic enim ſemel cum quodam è ſuis aulicis, quem præ aliis diligebat luderet, ludens rixari, vt plerumq; ſolet, eum eo cępit: quia tamen ingentem auri ſummam aulicus ille deperdebat, inſano furore concitus è verbis in eum à Principe Domino iactis, alapam in eum impegit, fugâque celerrimâ ſaluti ſuæ conſuluit; poſtridiè tamen comprehenſus & Principis aſpectui datus, tanquam Maieſtatis offenſæ reus damnandus, non tantùm à Principe æquiſſimo damnatus non fuit, ſed crimine omni abſolutus; quin ſe ipſum Princeps tanquam mali authorem accuſans, aulicum excuſans, eum gratijs & muneribus quibuſdam affecit, eò quod illius alapæ magiſterio eum ab aleis diſtraxiſſet, in quarum ludo, prudentiam, grauitatem, & Principe dignam maieſtatem adeò turpiter exuebat. *Vtili caſtigatione me do-* Lipſ in mō. l. 2. c. 12. monit. 3. *cuiſti, ne quid in poſterum indignum Principe committam.* hinc Antiſtes colligat, an ſacrum virum deceat ſe aleis immiſcere.

Mea dum adhuc floreſceret ætas, duos ſemel Antiſtites aſpexi vnâ cum ſæculari C viro ludentes ad fritillum: vtroque hìc in fortuito ludo fœlicior, ad ſpectatores conuerſus feſtiuè ait, ſe cum duobus Epiſcopis ludere, qui ne quidem vnum Clericum æquarent: Vides, vt tàm veneranda dignitas deriſioni alijs ſit? Vides vt inter aleas obſcuretur exiſtimatio, & grauitas ruat? recentiſſimè enim Antiſtiti meo perquàm familiari accidit, quod cum frequentèr eodem alearum ludo cum ſuis Canonicis verſaretur, adeò ludibrio illis ſe dedit, vt præ moleſtiâ quâ agebantur, eo quòd infelices aleas ſortirentur, ſcommata & indecoros ſales in eum iacerent, voceſque ipſi Deo iniurioſas proferrent: quàm benè his acommodari ea poſſunt, quę in quadam è ſuis Decretalibus Innocentius Tertius ad ludos amouen- c. inter 22. de Eccl. Præſ. dos adſcripſit, *Occaſione quorum ſub quadam curialitatis imagine ad diſſolutionis materiam deuenitur.*

Ex aduerſo Arriani Comes Eleazarius apud Surium, indecorum aiebat eſſe ei, qui Chriſtianæ fidei ſe profiteretur alumnum, vt ludis intereſſe ſpectaretur; adeò- D que pœnis ingentibus enunciatis, aulicos omnes ſuos à quocumque ludorum genere diſtrahebat: Quid tamen Principes hic ego Chriſtianos recenſeam, cùm ipſiſmet Idolorum cultoribus fuerit hoc idem egregiè probatum?

Magiſtratus omnes à ludo quocumque Themiſtocles clariſſimus Athenarum Præfectus arcebat, ne inter ſeria videretur ludis locum dare Reſpublica: an igitur æquum erit, vt nos ludentem noſtris manibus repræſentemus Eccleſiam! Chilon etiam Spartanus è Septem Græciæ Sapientibus vnus, tantæque ſapientiæ famà, vt eius oracula in Apollinis Delphici Templo fuerint inſcripta, cùm ad fœdus cum Chorinthiis ineundum Legatus à ſuâ Republicâ mitteretur, Chorinthios Magiſtratus inueniens ludis ſe oblectantes, re infectâ redijt ad ſuos pronuncians, indecorum Lacedemoniis eſſe, ſi cum luſoribus ſe coniuncto fędere deuouerent. Si rem tam alienam à profano magiſtratu ludum æſtimauit, quantùm in eos exarſiſſet, qui ſacræ Religionis & rerum Diuinarum Principes inter alearum iactus horas tranſegiſſent?

Quod

Quod autem hac in re præ cæteris admirationi mihi eſt, illud recenſeo, quod Cuſp l.de
A Ioannes Cuſpinianus de Turcis, quos etiam Agarenos appellat, fideliter memo- Turcharũ
rat; hi enim tum ſupplicijs acerbis, tum contumelioſis pœnis eos afficiunt, quos inſtitut & ;
aurum ad quemcumque ludum decoquere ſciunt; quis ergo ſibi non ſuadeat, morib.
rem nimis indignam Epiſcopis eſſe, vt ludos frequentent, & in aleis tractandis,
non famam tantùm ſuam, ſuumque nomen dehoneſtant, ſed ſacras Infulas, thia-
ram, & ſanctiſſimam omnium venerandamque dignitatem, diridendam ponunt in
tabulâ, & inter ludos illudendam: verſari ne ergo poterit inter ludos Antiſtes? Petrar.dia-
Vbi, ſic Petrarcha loquitur, *non decor morum, non modeſtia verborum, non amor* log.27.
erga homines, non erga Deum reuerentia.

Tertiam mihi Plato rationem adminiſtrat: hæc autem tota in eo eſt, vt aſſerat Plat. in
aleas, teſſeras, aliaque id genus à Diabolo, quem Theut ipſe compellat, reper- Phedro.
ta lucique data fuiſſe; omnium primus è Stygio Magiſtro Thamus Aegypti Prin-
cipes hanc ludi artem excepit, è cuius poſtea magiſterio in totam terrarum vniuer-
ſitatem facilè deriuata eſt; ex his autem obiurgatio illa, qua Iudæos Iſaias arguit,
B mihi innoteſcit, *Qui ponitis fortunæ menſam, & libatis ſuper eam.* Quædam Ido- Iſai. c.53.
lorum cultus ſpecies eſt ludus; tabula quæ luſoria dicitur, campumque ſternit ta-
lis & aleis, fortunæ menſa eſt, quam tacitè aleones adorant, cùm ab eà vel auri
lucrum, vel iacturam agnoſcant.

Ad hæc ſe Diuus Cyprianus accommodans ait; è trophæis, quæ de profligatâ
virtute Dœmon erigit, qualia ſunt, adulteria, furta, rapinæ, aliaque huiuſmodi,
illud non deeſſe, *quod eſt ex alea tabulà*: poſt quæ omnes eloquentiæ ſuæ neruos D.Cipr.de
intendit, vt alearum ludum tanquam ſacrificium Satanæ auerſemur: do eius Aleatorib.
verba. *Abſconde inde manum tuam, & auerte inde cor tuum; extrahe caliginem*
inimici ab oculis tuis, & purifica manum tuam à ſacrificijs Zabulon.

Ea etiam eſt in ſententiâ Diuus Carolus, vt exiſtimet, nunquam ſolos eſſe lu-
dentes, eò quod, vt ipſe ait, *ſpiritus malignus aſſiſtat*, quod idem dixerat antea
Diuus Cyprianus, hoc eſt ad alearum ludum, *Diabolus præſtò eſt*; nobilem enim- D.Baſil.
C uerò ipſiſque dignum inſpectorem ſortiuntur, eumque, quoties de re aliquâ luſo- hom.5.in
ria ambigunt, velut arbitrum habere poſſunt. Nulli ergo admirationem faceſ- exam.
ſat, ſi vitiorum ſeminarium ludus ſit, cum vitiorum parens author eius fuerit, D.Cypr de
eiuſque ſit aſſiduus inſpector: quàpropter iure quidem merito in eos exardeſcebat Aleatorib.
Diuus Ioannes Chryſoſtomus, qui tenuem ſolùm leuiſſimamque maculam animo
ex ludo inuri aſſerebant, cum re verâ vitiorum & flagitiorum omnium parens ſit,
Aleas tractare non videtur multis peccatum eſſe manifeſtum, ſed infinita vitæ mala D.Chryſo.
ſolet afferre. Chryſoſtomum audiſti; ſed dabo etiam Ambroſium docentem, ſin- hom 1. ad
gulis à vitijs virtutes ſingulas oppugnari, ſed omnes ſimul ab vno ludo deſtrui & pop. Anthic.
extingui. D.Ambr.

Sexdecim vitia è ludo alearum pullulantia recenſet Cardinalis Hoſtienſis in ſua Hoſtien.in
Summa; Diuus verò Antoninus tot ex eis enumerat, quot in talis puncta notan- Sum tit.de
tur: quare nil magis indecorum & contumelioſum mihi videtur in ſacros viros pa- excuſ Pr.l.
trari, quàm ſi ad verſandas aleas aduocentur: Diui Pauli authoritate hæc roboren- ..Cler.
D tur, verba ſacræ Geneſeos ad hoc confirmandum afferentis: Sara enim, vt ibi S.Antonin.
narratur, Iſmaelem cum ſuo puerulo Iſaac ludentem aſpectans, nuſquam quieuit, inz.p.Sum.
quoad vſque eum ex ædibus ſuis ablegaſſet: *Cumque vidiſſet Sara filium Agar* c.23.9.6.
Aegyptia ludentem cum Iſaac filio ſuo; dixit ad Abraham: eyce ancillam illam, & Gen.
filium eius; perſecutionis nomine ludum illum compellat Apoſtolus. *Sed quomo-* Ad Galat.
do tunc is, qui ſecundùm carnem natus fuerat, perſequebatur eum, qui ſecundum 4. 19:
ſpiritum: ita & nunc, &c. Hoc idem perpendit Origenes, qui ad pænam Iſmaeli
irrogatam obſtupefactus interrogat, *Quid læſerat, cui nocuerat, ſi ludebat? quaſi* Orig in eat.
non hoc in ætate illâ etiam gratum eſſe debuerit, quòd luſerit filius ancillæ cum filio Lippoman.
liberæ? ac ſi verò dubitatione vnà ſoluere velit aliam, ſubdit, *tùm deinde, & Apo-* ad Galat.
ſtolum miror, qui ludum hunc perſecutionem pronunciauit. Iure perſecutio vocetur, 4.29.
nam vel in pueris, quorum ætas, cum ad ſeria magnaque tractanda impar ſit, ad
huiuſmodi oblectamenta videtur idonea, ludus ab Hennodio vocatur, *Aetatis nau-*
fragium. Quid igitur in Epiſcopo erit, cuius terga mole humeris Angelicis for-

midanda premuntur? quàm ſanè hic famæ ſuæ lucem obſcuraret, ſui gradus ſanctitatem, ſui populi amorem, Deique ipſius voluntatem fruſtraretur, ſi luſor & maximè aleator noſceretur? Hac in re temperare mihi non poſſum, quin exemplum hìc adſcribam nobis Dyoniſij Carthuſiani ſtylo donatum in hanc formam: *Diui Cyrilli nepos obierat, enixè ab eo dilectus; vt eius ſpiritum patruus adiuuaret, perennes ad Deum fundebat preces, illud maximè à Deo perquirens, an iam foret de ſuà beatitate ſecurus: flammis vndique circumſeptum ſpectandum ei ſe noctu dedit nepos, aitque, ſe iam æternis cruciatibus addictum, eo quòd ludi amantiſſimus, nunquam de eo parem dolorem ſuſceperit.* Si ergò liber adoleſcens, virique Sanctiſſimi nepos, licet cæteroqnin non tenui virtute illuſtris *tantà pulchritudine, eloquentia, & morum decore ornatus, vt ab vniuerſis miro amaretur affectu*, è ludo tam miſerandum vitæ exitum inter Stygias pœnas fuit ſortitus, nullum è Sancti Patrui precibus auxilium aſſumens, an non inferorum aditum ſibi aleis Epiſcopus reſerat, quas auerſari deteſtarique tenetur? A

Carthuſ de arcta via ſalut. art. c.26.

B

§. I.

Innoc. & Abb. in c. lator de ho. Coſta cum rel. de lud. ſub n 25. vbi de com. Ab. in c. Cler. 2. de vit & oneſt Cler Abb cum rel. vbi ſup. Graff. p 2. dec l. 3. c 9. Capr. cum rei cor. 66. num. 7. Couar. cum rel in Clem. ſi furioſus p. 2. 4 de ho Vinius com. opi. 467. n 3. 4. Nauar. in Manual c. 20. ſub n. 3. ſub n. 3. Alex ab Alex. l. 3. Genial. c. 21. Cic. l. 1. off.

COmpertum mihi ſatis eſt, concordes eſſe Canonum Præceptores, vt ſacris viris latrunculorum ludum ſine vllâ noxà permittant, cum ingenio potius quàm fortunâ ludus ille ducatur, & potius eo delectationi conſulatur quàm lucro, dummodo tamen quatuor in eo ſeruentur, quæ vnà coaleſcere ſimul poſſunt: ea autem ſunt, vt ad oblectationem, non ad lucrum ludus inſtruatur, vt non magno temporis ſpatio abſoluatur, ne ſacris a rebus abſtrahantur, vt aliorum & ſæcularium præſertim aſpectus euitetur, demùm vt prophanos viros in eo ſocios non admittant: nec enim decet, vt ſacra prophanis miſceantur, & in partem eorum oblectationis alij aduocentur, quorum famam fieri poteſt, vt in ludi ſtudio deperdant: Martinus autem Nauarrus, licet in ea ſententia ſit, vt hoc ludi genus magis alijs abeſſe à vitio doceat, adhuc tamen exiſtimabat, non æquè ac alios, idoneum eſſe ad animum reſtaurandum, qui potiſſimus finis eſt, ad quem ludi omnes referuntur: perquàm libenter Nauarro & ipſe pariter adhereo, cùm ad latrunculos cum lege verſandos ea exigatur ingenij contentio temporiſque prolixitas, vt ad animum potius defatigandum quàm relaxandum aptus videatur, capitique dolores ingerens, aulicos potiùs deceat, qui deſides & ceſſantes in procætonibus dies integros immoraotur: nec aliâ de causà eum dicitur Palamedes inueniſſe, quàm vt Græcorum acies vmbratili illo bello vel bellico illo ludo exerceret, & præ obſidionis prolixitate nauſeantes animos aliquatenùs recrearet: vt enim animum defatigatum remittat & reficiat ludus, breuis eſſe debet, cum ſi prolixus fuerit, potius moleſtiæ ſit atque faſtidio: Sali dixeris perſimilem, qui ſi nimius fuerit, non condit, at deſtruit dapes, & ſomni inſtar vires onerat nimius, reficit moderatus. Oratori Romano hæc debes. *Ludo & ioco vti quidem licet: ſed ſicut ſomno & cæteris quietibus.* C D

Præterquam quod in hoc potiſſimùm ludo animus exardeſcit, & maximè impatiens eſt, vt victus alteri cedat: cùm enim non fortunæ, ſed ingenij ſit opus, ægerrimè quiſque patitur, vt ingenio ſe alteri minorem inſpectet, iuxtà illud poeticum,

Ouid. D Petr Dam l. 5. ep. 10.

Qui velit ingenio cedere, nullus erit.

Quidquid tamen de Lythurgis dicatur, pro comperto eſt, ab hoc etiam ludi genere, docente Dino Petro Damiano, Epiſcopum alienum fore: hic enim Alexandro Secuodo & Cardinali Hildebrando, qui Pontifex poſteà fuit ſaloratus, narrauit, quod cùm Antiſtitem ſuum in itinere ſocium inter latrunculos verſandos inuenerit, acerbè eum grauiterque corripuit hac formâ, *Rectè ne tui erat officij, veſpere in ſcacchorum vanitate colludere, & manum Dominici Corporis oblatricem, linguam inter Deum & populum mediatricem, ſacrilegi ludibrij contaminatione fœdare? præſertim cum canonica decernat auctoritas, vt aleatores Epiſcopi deponantur.* Quia tamen Antiſtes ille excuſatum ſe habebat, eò quod Canonum authoritate Antiſtites non à

la-

A latrunculis, ſed ab aleis repellerentur, excuſationem profligauit vir Doctiſſimus
docens. *Scacchum Scriptura non ponit; ſed vtriuſque ludi genus aleæ nomine com-*
prehendit, adeòque eaſdem pœnas vtriuſque luſoribus irrogandas: Tanti Cardina-
lis ſuffragio Antiſtes adhæſit, de patrato crimine ſtaturas illi pœnas excepit libens,
illud etiam ſpondens, ſe maculâ eadem non vlterius aſpergendum; ſed ſtatutas il-
li à Damiano pœnas accipe, vt ſcilicet tèr ſacros omnes Dauidis hymnos lentâ
voce recitans, in eorum meditatione verſaretur, vt duodecim pauperibus ablue-
ret pedes & deoſcularetur, vt tum manus, tum labia quæ in criminis partem ve-
nerant conceptâ labe purgaret. *Hoc autem diximus, vt quam inhoneſtum, quàm*
abſurdum, quàm denique fœdum ſit hoc in Sacerdote ludibrium, & alterius emenda-
tione noſcatur. Sic ille. An non tonitrua & fulmina dixeris hæc, quæ terrorem
vnicuique incutiant, quem tum famæ, tum beatitatis cupido inceſſit? licet autem
aſperior quàm par fuerit hac in re fuiſſe mihi videatur Diuus Damianus, & om-
nibus Canonum Magiſtris refragari, adhuc tamen tanti viri authoritas magni du-
cenda eſt, cùm fuerit in causâ, vt Antiſtes ille ſuâ voluntate ſubactâ, ſe illi tam
B generosè dimiſerit, ſe ipſum plenè triumphans: ſatis etiam nos eo docemur, vt
ludum huiuſmodi licet ex ſe non vetitum fugiamus.

Vt perdoctis viris faueam, non hic ego prætercam, quod Suidas refert talorum
etiam ludum Græcâ voce ζαζολά appellatum, à Palamede pariter fuiſſe repertum,
refertumque eſſe admirandis Philoſophiæ totius arcanis, adeoque maximo pretio
antiquitùs habitum. ipſummet audi. *Tabula ludi nomen à Palamede ad exercitus*
Græci delectationem, non ſine multâ philoſophiâ inuenti. Nam tabula ipſa terre- Suida.
ſtris hic mundus eſt: duodenarius verò numerus punctorum in teſſeris, ſiue talis, Zo-
diaci ſigna notat: ſeptem grana ſeu tali, ſeptem Stellæ ſunt planetarum: turricula ve-
rò per quam tali dimittebantur in tabulam, Cœli altitudinem refert, ex quâ multa bo-
na & mala omnibus rependuntur, admonebantur etenim non ab inani fortuna,
non ab ingenij ſolertia, ſed Diuino conſilio teſſeras volui, incertoque caſu eo mo-
uente tractari.

C Verùm ſi ludendi prurigine adhuc Antiſtitum aliquis titillaretur, ludum eorum
miniſterio accommodatum Diuus Cyprianus exhibet, vtilem ſimul & iucundum
dignumque cui ſupremarum mentium acies, imò Deus ipſe inſpector interſit. non
fortuna huic tabulæ inſidebit, at Diuina Sapientia; aurum huic tabulæ appone, non
vt vel aleis, vel talis abſumas, at vt pauperibus eroges, & ſocios in ludo hos ha-
bens Regnum cæleſte lucreris. *Eſto potius non aleator, ſed Chriſtianus: pecuniam* De Cypr. de Aleatoribus.
tuam, aſſiſtente Chriſto, ſpectantibus Angelis, & Martyribus præſentibus, ſuper men-
ſam Dominicam ſparge: patrimonium tuum, quod forſitan ſæuo ſtudio perditurus eras,
pauperibus diuide: diuitias tuas Chriſto vincenti committe, &c. Sit tibi cum pauperi-
bus quotidianus luſus, &c. Dedi Cyprianum.

Oblectationi ſimul & vtilitati ludo alio Diuus Idelphonſus conſuluit, Toleta-
nus Archiepiſcopus, Antiſtitum Sydus & Virginis Auguſtæ delicium. Caſtiliæ
Regem hic aſpiciens florentem ætate, deliciarum flores vbique carpentem, & vo-
luptates vndique odorari, cæleſti beatitate contemptâ, Apoſtolum imitatus ad om-
D nium ſalutem adeò propenſum vt diceret, *factus cum infirmis infirmus, vt infir-* 1. Corin. 9. 22.
mos lucrifaciam, excogitata opportunitate modum inuenit, quo eum frugi meliori
donaret; Regi igitur ſignificauit, an pergratum ſuæ Maieſtati fuerit, ſi ſub veſpe-
ras eum ipſe adiret, vt ſimul aliquandiù ad animum oblectandum immorarentur:
Annuit Rex, aulam Antiſtes adijt, mutuiſque beneuolentiæ officijs abſolutis, Rex
à grauibus rebus agendis alienus, ad alearum ludum facilis Antiſtitem inuitauit,
paruit beneuolentiæ Regis Antiſtes, aleis hinc inde impertitis, ex eis aliquas, inter
quas Regis imaginem præferens vna erat, reiecit, abiecitque Rex; hîc Antiſtes,
quæſitam opportunitatem nactus, Quid, inquit, in causâ ô Rex eſt, vt aleas reii-
cias? Prauas, & infauſtas fui ſortitus, ille reſpondit: praua ne, hîc eum inter-
pellauit Antiſtes, & infauſta alea illa eſt, quæ ex omnibus regia eſt? hic iterum
Rex, hoc in ludo nullius pretij eſt Regem eſſe, regiamque ideo aleam conſtanter,
vtiliterque reijcio: ita ne, ſic rurſus Antiſtes, mi Rex? quàm probe, *nunc in-*
telligo quid ſibi velit Apoſtolus, cum dicit. Præterit figura huius mundi, Pulchra
quidem mundi huius figura eſt, ſed tranſit; Ergò ne tranſeunt & Reges? ergo ne

tu quoque Principum maximus celeti conuerſione tranſibis? nobiſcum mors ludit, & regias potius aleas quàm vulgares abducit; quid de tua ſalute, quid de ſtatu beatitatis; ſi ludens mors tuam aleam abduceret in præſenti? an quidquam tibi regale faſtigium proderit? Satius ergo erit ſi æternitati nunquam tranſituræ ſtudueris: hæc aliaque non abſimilia tanti momenti fuere, vt in ludo victor euadens, fauſtiſſimo iactu ludicrum certamen abſoluerit: Rex è priſtino vitæ more reſpuit, & ſanctiora conſilia induens, pietatem quam viuens coluerat, ſeruauit moriens. Habes hîc dignos Antiſtite ludos, & oblectamenta, quæ pro tantâ dignitate ſeqnaris. A

Ad Honeſtam animi corporiſque relaxationem tempus aliquod ab Epiſcopo concedendum. Cap. XXI. B

Ariſt. 10. & pol.

NON is ego ſum, vt Stoico ſupercilio aſper, omne ab Epiſcopis oblectamentum amoueam, eoſque in perenni quadam rerum circumuolutione defigam: cum enim è mente Ariſtotelis fieri non poſſit, vt ſemper inter ſeria grauiaque agenda hominum animi immorentur, ceſſationem aliquam honeſtam poſtulare iure videntur, quâ ſe primum reficientes, ad laborandum poſtea fiant vegetiores; laborum curarumque nubes fugantur, vt in otij tranquillitate clarius & lucidius lumen veritatis innoteſcat. *Remiſſiones* ait Diuus Chryſoſtomus *præparamenta ad labores ſunt; & arcus, & lyra, & homo vegetantur quiete*, quæ eadem è Græco ſermone latio donauit Seneca, *danda eſt remiſſio animis: meliores acrioreſque requieti ſurgent*; ſi campos ſingulis annis aratra proſcinderent, in hominis inconſultam libidinem indignati fere ſterileſcerent; ſic propemodum mentis humanæ acies hebeſcit, ſi longo diutinoque laborum vſu atteratur: *naſcitur ex aſſiduitate laborum, animorum hebetudo quædam & languor*, Quies è contrâ, quâ campi identidem otiantur, pernicioſa videtur, ſed vtilis re ipsâ eſt; largiſſimè enim merces affluit, quâ ſua otia remunerantur, ſuſceptamque quietem compenſant; ſi moderata & honeſta relaxatio fuerit, mirùm quantùm ex ea vehementiores ingenij impetus euadunt, mens reficitur, refecta acuitur, & promptior, validiorque ad ardua peragenda perficitur: *Vt nouales licet alternis requieſcant annis, tamen eam ceſſationem compenſant; ita relaxatio ingeniorum mediocris, facit, vt ad ſtudia reuerſi plus efficiamus vigore animi, licet breuiore temporis ſpatio*. Hæc è Plinio. C

Dio. apud Lipſ. ad Sen. de tranquil. c. 15. n. 318. Sen. de tranquil. c. 15.

Cic. l. 2. de orat.

Maximè induſtriæ aues ſunt in ſuis coagmentandis nidis, ait Tullius, at interdùm relaxationis ſtudio pennas explicant, laboreque intermiſſo ſolatium quærunt in volatu. Volemus identidem & nos, noſtriſque ingenijs in diutinâ rerum agendarum defatigatione defixis relaxationem aliquam demus, per vacuum aera ſpatiantes: non tantùm vitio quis hoc vertat, ſed laudi, ſed virtuti tribuendum eſt, vt docet Auguſtinus. *Sapientem docet interdum remittere aciem rebus agendis intentam*. D

D. Aug l. 2 de muſic. c. vlt. in fin.

Plut. in moral.

Eo autem modo, quo lyrę vel arcus fides remittimus, ne ſemper eædem intentæ frangantur, ſic etiam iuxtâ Plutarchum, recreandus otio animus, vt ad labores reddatur vegetior, cui forſan Horatius adhæſit concinens,

Horat. l. 2. carm. ode 10.

Neque ſemper arcum tendit Apollo.

Caſſ. coll. 24. c. 10. & 21. D. Tho 22. q. 16. ar. 2.

Quin ad torporem animi fugiendum, viriumque imbecillitatem, quam nimius ſolet labor adducere, euitandam, ſanctiſſimis Aſceticis hoc idem ſignificauit Caſſianus, exemplumque ſatis hìc opportunum, quo vtitur etiam Magiſter Angelicus, ad ſuam ſententiam roborandam adſcribit: huiuſmodi autem illud eſt: cum perdice iocantem Diuum Ioannem Euangelici Verbi præconem & ſcriptorem venator inuenit; ad eius aſpectum non leui ſpectator offenſione exardeſcens, ita ne, ait, tu Ioannes ille es, cuius nomen tam illuſtri famâ vndique peruolitans, meum accendit ardentiſſimè animum ad te videndum ſimul & venerandum; qui ergo tàm

leui

leui ludieràque voluptate animi magnitudinem conteris, & abſumis, mentem-A que excellam hebetas & extinguis? ad hæc ille, quid nam hoc eſt, ò fili, quod præ manibus habes? arcum vides, tum ille, ò Pater; quid autem eſt, ſic rurſus Ioannes, vt non eum ſemper intentum feras & ad feras vulnerandas expeditum? interroganti reſpondit venator, tot peſceret arcus, perennique labore fatigatus adeò lenteſceret, vt ad venatorium miniſterium explendum ineptus redderetur; ad hæc vir ſanctiſſimus, *nec noſtri animi te offendat, ò iuuenis, tam parua hæc, breuisque laxatio, qua niſi remiſſiane quadam rigorem intentionis ſua interdum releuet, ac relaxet, irremiſſo vigore lenteſcens, virtuti ſpiritus, cum neceſſitas poſcet, obſecundare non poterit.*

Trium illuſtrium Virorum exemplo hæc Seneca confirmat; Socratem prius affert, qui vt à Palladijs miniſterijs & à labore paleſtçç fatiſcentem animum aliquo ſolatio recrearet, ipſiſmet pueris, vt luderet, ſe immiſcebat; Inde ad Catonem accedit, qui ad langueſcentis ingenij vires reficiendas vini potu ſe exhilarabat; Scipionem demum profert, qui corpus bellicis laboribus perferendis & triumphalibus laureis colligendis aſſuetum, chotæis & ſaltibus recreabat.

Seneca de tranquil. cap. 15. D. Th. vbi ſup.

B Rationem ſi quæſieris, ipſamet natura ſuggerit, & Angelicus Magiſter explicat; vt enim noſtri corporis vires, cum certis quibuſdam limitibus definiantur, aſſiduam rationem motumque perpetuum non patiuntur, adeòque ſomnum ſoporemque exigunt, quo vel elanguidæ vel deperditæ roborentur & reficiantur; ſic propè de animo philoſopheris, cuius virtus, eò quod certâ quadàm menſurâ ſe porrigat, ſi nimium defatigetur, vel extinguitur, vel hebeſcit; quapropter quiete aliquâ indiget, cuius auxilio recreatus animus ad maiora denuò confirmatus aſſurgat.

Hinc fit, vt moderata aliqua iucunditas, quâ laborantis animus relaxetur, & veluti floridior iuueneſcat, non tantum arguenda non ſit, at commendanda, virique clariſſimi Auguſtinus & Bonauentura, alijque Sacrorum ordinum conditores pro lege ſtatuant, vt poſt menſam per horam ſimul verſantes honeſtâ aliqua voluptate animum erigant & oblectent: de Sanctâ etiam Elizabethâ Hungariæ Regi-C nâ, & de Sanctis Ignatio Loyola, & Philippo Nerio habetur, quod aliquando cum ſuis humaniſſimè luſerint; quod tamen aliquantulò aſperior pręſtare nunqnam voluit Diuus Carolus Borromæus: ſed audi oraculum Diui Gregorij Nazianzeni nobis ſuffragantis. *Non interdictam volo animi relaxationem, ſed immoderantiam coerceo.* Quin Seruator noſter, vt primùm è concionibus laborioſè habitjs diſcipulos ſuos recepit, in montem eos abduxit, ibique cum illis aſſidens aliquam dedit eis animi relaxationem, exempla Herculis, Ageſilai, aliorumque lubens hic prætermitto, quæ habes apud Aelianum: hæc animi remiſſio, quæ Græco idiomate Eutrapelia, vocatur inter morales virtutes à Diuo Thoma poſt Ariſtotelem collocatur, & potiſſimum in iocoſis feſtiuiſque quibuſdam ſalibus, vel operibus ad animi quietem neceſſarijs verſatur: *Huiuſmodi autem dicta, vel facta, in quibus non quæritur niſi delectatio animalis, vocantur ludicra vel iocoſa: & ideo neceſſe eſt talibus interdum uti, quaſi ad quandam animæ quietem: & hoc eſt quod Phi-D loſophus dixit in 4. Eth. quod in huius vitæ conſeruatione quædam requies cum ludo habetur.* Iocosâ hac vrbanitate, qui deſtituitur, aſper cum alijs euadit, & moleſtus, ſibique ipſi grauis & inutilis: Inter aquas ſi aurum ieceris, ait Diuus Chryſoſtomus, iubar ſeruat ſuum, ſi flammis dederis non tantùm ſeruat, ſed auget; habes in auro viri iuſti ſymbolum, hic enim ſolatia inter perſeuerat integer, inter ærumnas non detrimentum, ſed incrementum habet ſanctitatis.

D. Aug. l. 2. de muſic. D. Bonau. de quatuor virt. Card. Card. Iob 6. 3. Elian. l. 12. de var. hiſt. D Gregor. Nazia. orat. 5. Marci 6. 31. D Th. vbi ſup. D. Th. 2a. 2æ. 168. ar. D. Chryſ. hom. 5. ad pop.

Licet autem ab eodem uiro Sanctiſſimo nonnulla Apoſtoli verba perpendente, vrbanitates iſtæ iocoſę in Chriſti fidelibus reprobentur, & lachrymæ potius gemituſque, quàm ſales & lepores approbentur; adhuc tamen in eâ ego ſum ſententiâ, quod cum ipſe in huiuſmodi ſolatia nimis effuſos & immodicè propenſos humanos animos aduerteret, eâ arte uſus, eſt, quâ quis mollem adhuc plantam obliquam & diſtortam componere volens, ad aliam partem violentèr plus æquo conuertit; præterquam quòd eius verba Apoſtoli ſententiæ ſunt aptanda, qui iuxta recentis interpretis explicationem de ſcurrilitate loquebatur, quæ inhoneſta nimis

D. Chryſ. Ehef 5. 4.

mis

mis noſtro Sacerdotio eſt : aliàs quot eſſent aculei, quibus noſtræ conſcientiæ cru- A
Corn. à Lapid. ibi.
ciarentur, ipſoque nos Apoſtolo, viriſque aſperrimis Antonio & Hilarione, alijſ-
que Aſcetis aſperiores eſſemus: hos enim conſtat, *ſuos habuiſſe iocos ſed Chriſtia-
no ſale conditos*: quin recentiſſimâ hac ætate laudem ſibi maximam feſtiuis hiſ-
ce ſalibus vindicarunt Sanctus Philippus Nerius, & vndique pijſſimus Cardinalis
Bellarminus: ſanè vrbaniſſimum è Philoſophis fuiſſe ipſum Xenocratem legiſſe
me memini, licet rigidum turgidique ſupercilij virum, adeò vt feſtiuos eius io-
cos, argutoſque lepores commendantibus non abſque admiratione nunnullis, qui
acerbam eius indolem ruſticamque agnoſcebant, reſponderit Plato. *Quid mira-
mini? nonne inter carduos & vrticas, lilia plerumque, & roſas naſci cernitis.*

Quatuor à Præſulibus in relaxatione obſeruanda, vt ſacris viris digna æſtimetur. B
Cap. XXII.

D. Tho. vbi ſup.
ILLVD potiſſimum hac in re eſt, vt ſcilicet in morbum remedium non
migret, in venenum vertatur Antidotum, eaque tantum nobis placeant
oblectamenta, quæ ſalutaria, non pernicioſa ſint, nec licentiam animo ferant, ſed
leuamen, adeout non ea libido ſubminiſtret at ratio, non intemperantia, ſed pru-
D. Tho ibi aſt 3.
dentia; ad hoc præſtandum tria ſuggerit Doctor Angelicus, quæ potius quatuor
ex eius verbis eſſe colliguntur.

Primum eſt, ut non ſuperflua & immodica, ſed moderata relaxatio ſit: è Diuo
D Gregor. Nazianz. orat. 6.
Gregorio Nazianzeno hoc ille hauſit, cuius ea ſententia eſt, *non interdictam volo
animi relaxationem; ſed immoderationem coerceo*: ſicut enim nimia membrorum
quies & corporis deſidia prauos humores parit, quorum malignitate tùm corrum- C
pitur ſtomachus, tum caput inuaditur, ſic animi quies hoc eſt relaxatio, ſi oppor-
tunum modum exceſſerit, fœdis eum cogitationibus obſcurat & occupat, & cum
D Bern de confid.
otij fœtus ſit, *mater eſt nugarum, nouerca virtutum*, vt ait Diuus Bernardus: hoc
Diog. apud Philoſ.
fortè Diogenes innuit, cum teſte Philoſtrato ait, *Mel ſummo digito, non caua ma-
nu guſtandum eſt*, id eſt obiter & leuiſſimè delibanda ſunt ſolatia & voluptas, ita
vt in illis non adhæreſcat, & prope noſter animus abſorbeatur: & quia huiuſmo-
di oblectamentis, veluti quibuſdam condituris & bellarijs, ad noſtram vitam con-
diendam vtimur, ſalis inſtar nobis illa eſſe debent, qui ſi parcè adhibeatur, dapes
Ariſt. 9. Eth.
perficit, inficit ſi immodicè diffundatur: audi iam Ariſtotelem, cui argutiem de-
bes: *pauci amici propter delectationem ſunt habendi; quia parum de delectatione ſuf-
ficit ad vitam, ſicut parum de ſale ſufficit in cibo.*

Media fini aptanda cum rectâ menſurâ eſſe, Philoſophi conformi ſuffragio do-
cent, & Diuus Thomas egregiè probat; cum ergo ad animum erigendum rela- D
xatio dirigatur, ad hoc, ut aptior ſit vel ad opus vel ad meditationem, accom-
modanda huic fini eſt, ſuamque legem ab hoc acceptura: hinc Seneca, *Corpori
Sen. ep. 8.
tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini ſatis eſt*. Cùm illuſtrem de Madiani-
tis victoriam Gedeoni Deus impertire vellet, ut experimentum de ſuis militibus
Iud. 7.
faceret, ad flumen iuſſit illos accedere, *Duc eos ad aquas & ibi probabo illos*; ac-
ceſſere hi, & eorum plerique genibus humi procumbentes, placidiſſimè ſiti indul-
ſerunt; trecenti tantũ ſummis labijs aquam lambentes celerrimè ſe expediuerunt,
ut deſtinatam pugnam promptiores adirent; tunc Deus: hos tantùm trecentos,
qui bibendi voluptatem aſpernati, aquam leuiſſimè & fugientium inſtar deguſta-
runt, vt tantùm neceſſitati conſulerent, aptiſſimos cenſeo, qui ad meos hoſtes pro-
fligandos eligantur, palmam arrepturi poſt pugnam: bellatores reliquos, *qui bi-
bunt flexo poplite*, dimitte, voluptuoſi enim ſunt & delicati, *& trecentis viris, qui
lamberunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tuà Madiam; omnis autem reli-
qua multido reuertatur in locum ſuum.*

Quàm

Quàm benè hîc noſtra mens exprimitur! ad Stygios hoſtes delendos, ad laureas
A ſacras colligendas aptiſſimi tantùm videntur, *qui ſummis labys*, ad uires reficiendas
ſolatijs honeſtis indulgent; qui uero immodicè totoque illis animo adhæreſcunt,
quis credat alumnos fore victoriç, & in Sacerdoralibus palæſtris glorioſo puluere
ſordidandos? quin, ait Chryſoſtomus, ab ipſius Chriſtianis certaminibus auertendi
hi ſunt, *nihil enim eſt, quod adeò ſit inconcinnum, & alienum à Chriſtiano, atque re-* D.Chriſoſ.
quiem & recreationem quærere. Infulas noſtras, Hyerarchiam noſtram, noſtræ de-
nique ſanctitatis faſtigium nimis dedecent huiuſmodi voluptates, quibus niſi mo-
dicæ fuerint, ad noſtras cædes, animique excidium corpus obarmatur? quis adeò
cæcutit, ut tot in illis pericula, tot laqueos in illis non agnoſcat? *Sicut piſces ca-* Eccl.9 12.
piuntur hamo, ſic homines in tempore malo. Malum autem tempus illud iure dixeris,
quo relaxationibus ſolatijſque uacamus.

Cum Satanæ ſacrum Aſceterium circumeunti, Diuus Dominicus occurreret,
eumque cogeret, vt ſingulatim ea cuncta referret, quæ in ſingulis domus religioſę
partibus nequitiâ ſuâ conficeret, ad locum relaxationi deſtinatum perueniens, Dę- Sur. in vit. S Domin.
B mon *cachinnatus! dixit: hic locus totus eſt meus, hic exiſtit riſus, hic vani referuntur* menſ Aug.
rumores, & verba inania proferuntur. Si ergo de ſolatijs, quibus uiri pijſſimi religio-
sè utebantur, triumphum adeò ſonorum canit Dæmon, quàm ſonorè, quam fe-
ſtiuè plauderet, & buccinaret noſtras immoderatas relaxationes inſpectans?

Quamuis autem ex huiuſmodi ſolatiorum intemperantia mali nihil hauriremus,
an non ingens malum eſſet, quod ex eis noſtra pietas exareſcit, illaſq; à ſe remouet
cæleſtes voluptates, quibus inter cæli gaudia noſter animus loritur in terris: ſa- D.Bern. ep.2.
nè inter cæleſtes & terrenas voluptates eadem prorſus lege proceditur, quæ inter
putei fiſtulas datur: ex his enim eò altius erigitur vna, quò altera profundius de-
mergitur, & inſtar ignis & aquæ eò magis ille exæſtuat & furit, quò magis hæc
torpet & frigeſcit: *Quomodo ignis & aqua ſimul eſſe non poſſunt, ſic ſpirituales, &* Ioſuè 5.
carnales deliciæ in eodem ſe non patiuntur. Dedi verba Bernardi. Quoaduſque D.Ber. n. ſer. 6.
terreſtrium uoluptatum uinum non exaruerit, Chriſti uirtute in uinum aqua non
C migrat: tunc cæleſtis dulcedinis manna deficit, cùm immodicè humanæ ambro-
ſiæ uſurpantur. *Defecit manna poſtquam comederunt de frugibus terræ, miſceri non*
poſſunt vera vanis, æterna caducis, ſpiritualia temporalibus, ſumma imis.

Vtinam hæc animo altiùs inhærerent! quàm parcius, quàm moderatius noſtris
relaxationibus uteremur? quàm libenter, ne pietas noſtra areſcenti languore con-
fecta ſitiret, immodicas rerum terreſtrium potiones amoueremus? O ſi cum Diuo
Auguſtino perciperemus, quod *dulciores ſunt lachrymæ orantium, quàm gaudia thea-* D.Aug in pſ.127.
trorum, quàm facilè mundi delicijs abactis, noſtra ſolatia in vno Deo quære-
remus?

§. I.

D VT ad ſecundum progrediamur, quo modus, quem ſeruaturi in noſtris ſo-
latijs ſumus, reſpicitur, adeò vt in his aſſumendis noſtra voluptas itâ me-
tienda ſit, vt modeſtia exterior non obſcuretur, & interior aoimæ pietas nnllate-
nùs minuatur, *Attendendum eſt, ne totaliter grauitas animæ reſoluatur.* Sic Diuus D.Th. vbi ſup.
Thomas: adeò enixè ſolatijs noſtris uacandum non eſt, vt ſpiritus eneruetur, &
hebeſcat; Vltimus ſemper finis reſpiciendus nobis eſt, & inter ipſas relaxationes,
Infularum, quibus illuſtramur, iubar præferre debemus ad populorum documen-
tum, ad inſpectorum exemplum: ad hoc fulciendum duo affert vir doctiſſimus,
tùm è ſacrâ, tùm è prophanâ hiſtoriâ. A Diuo Ambroſio prima habetur autho-
ritas hoc ſtylo, *Caueamus, nè dum relaxare animum volumus, ſoluamus omnem ar-* D.Ambr. 1. de off.
moniam, quaſi concentum quendam bonorum operum. ab Oratore Romano datur al- Cic. de off.
tera, *vt in ipſo ioco aliquid probi ingeny lumen eluceat.* Profectò qui, licet honeſtis,
ſolatijs immodicâ liceotiâ ſe committit, quàm periculoſum ei eſt, ut quas uirtu-
tum opes diuturno labore collegit, breui decoquat, pueroque fiat ſimilis, qui fa-
culæ fulgore deceptus, dum digito circa illam ludit, ab illa illuditur dum læditur.

Aſpi-

Aſpidum oua ſi ſpectes exteriùs, quàm candida ſunt; ſed quæ veneni peſtis latet intus? frangi ſanè non poſſunt quin frangenti mors citiſſima irrepat; huiuſmodi aliqua ſolatia ſunt, quæ ad ſpeciem honeſtatem præſeferunt, & ſi breui delibentur, labem omnem excludunt; verùm ſi voluptuosè nimis illis adhæſeris, quam facilè virus arcanum effundunt, cuius nequitiâ mens ipſa perimitur: quàm benè iſtis accommodanda videntur ea Vatis Iſaiæ verba, *Oua aſpidum ruperunt*. A

Iſai. 59. Comparari facilè poſſunt ſolatia diuitijs: Si vtrumque in ſemetipſo reſpexeris, vel bonitatem præfert, vel ſaltem prauum dici non poteſt; omnem in ipſo prauitatem prauus amor inſpergit. De opibus Pſaltes Regius ait *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere*; tota enim earum nequitia in immodico amore verſatur, quo illis deuincimur, eiſque cor mancipamus vni Deo mancipandum: de alijs verò ingenioſiſſimus ait Auguſtinus, *Deliciæ ſi affluant, nolite cor apponere*: in harum igitur vſu illud tantùm ſpectemus oportet, ut ſcilicet confirmatis magis è relaxatione viribus, validiori pietatis contentione feramur in Deum: hùc ſanè collimauit Apoſtoli monitum, quo Timotheum Epiſcopum erexit, *Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino utere propter ſtomachum tuum & frequentes tuas infirmitates*: ſi modicum fuerit uinum, uires elanguidas roborat, ſtomachum fouet, honeſtatis ſimul & utilitatis eſt adiumentum; ſi uerò immodicum fuerit, nec decet, & nocet: vides igitur, vt hac moderatione humana ſolatia condiantur, & quæ cæteroquin fœda eſſent, eius pulchritudine ſuam induant venuſtatem: non Ethnicum, ſed Chriſtianum oratorem ſapuit Tullius cum hæc diceret, *Cum relaxare animos, & dare ſe iucunditati volunt, caueant intemperantiam, meminerint verecundiæ*. Radius quidam excelſi animi verecundia hæc eſt, omnibus quidem, ſed Lythurgis omnibus & Hyerarchis potiſſimùm per quàm neceſſaria, tùm ob exemplum quo ſubiectis populis præire debemus, tùm ut noſtræ integritatis famæ conſulamus; nam nulla gratior Dæmoni victima eſt, vt ad Nectarium Diuus Auguſtinus ſcribit, quam ſi ad eius aras modeſtia & verecundia immolaretur.

Pſ. 61. 11.

D Aug. ep. 121. ad Paſt.

B

Tim. 23.

Cicero.

D. Auguſt. ep. 105.

Verùm, quia non æque omnibus facile eſt intra temperantiæ limites ſua ſolatia definire, egregiam morbo huic medicinam apponere idem exiſtimauit Orator, ea cogitatione, qua quis æſtimet ſibi inter quælibet oblectamenta grauem prudentemque virum præſentem adeſſe; ex ea enim obſeruantia, qua ueneranda ſemper omnibus fuit ſenum canities ſapientumque authoritas, ea uitia facilè euitaueris, quæ blandè inter relaxationes irrepunt; quapropter addidit, *Quod facilius quidem erit, ſi in eiuſmodi quidem rebus maiores natu velint intereſſe*. C

Cic. vbi ſup.

Salutari hoc documento omnes Diuus Carolus Borromæus inſtruxit, vtpotè ualidiſſimo, ad temperantiam in omnibus agendis induendam, ſed Hyerarchis potiſſimùm perutile cenſuit, quo non tantùm ſolatia componerent, ſed quælibet alia; quapropter è ſuis aulicis, quos ferè omnes viros ſacris initiatos & ſapientes elegerat, dùm alijs tum probitate tum prudentiâ præſtantiores habebat, quos diu noctuque ad ſuarum operum faciendam fidem ſui ſocios eſſe uoluit, illud aſſerens, Epiſcopis omnibus hoc eſſe ualde conſentaneum; his etiam duos addidit admonitores, qui liberè & candidè de quibuſcumque, in quibus ipſe aberraret, eum ſecretò commonerent & corriperent: quæ omnia poſtea ut ab Epiſcopis omnibus ſuffraganeis fierent, in Sextâ Prouinciali Synodo religiosè decreuit. D

Giuſſan. in in vit. S. Caroli l. 2. c. 3.

Verùm quia huiuſmodi viris non omnes Vrbes abundant, & aliquando faſtidioſa potius quàm utilis nobis eſt ſenum conſuetudo, ad alia ſalubriora ſimul & ſublimiora medicamenta nos aduocat Seneca; hoc autem eſt vt ſpectatiſſimum aliquem prudentiâ virum nobis eligamus, eumque nobis præſentem ſemper coram mentis oculis ſtatuamus; ualidiſſimum autem quis hoc inficietur, ad immoderatam licentiam in noſtris ſolatijs compeſcendam, nam *magna pars peccatorum tollitur, ſi peccatori teſtis aſſiſtat*.

Sen. ep. 11.

Excelsè quidem hoc excogitauit Seneca, ſed Chriſtianis viris prorſus inutile eſt: cum Orthodoxa fides nos abundè edoceat, Deum ipſum ſemper nobis adeſſe, eique ſinuoſiſſima noſtri cordis adyta facili aditu patere; an non obſequium & venerationem Deus optimus à nobis efficaciùs extorquebit, quàm vir aliquis licet

cet

cet ſapientiſſimus? de primæuis Chriſti fidelibus in ſuo Apologetico Tertullianus Tertull. in
A refert, honeſtiſſimè ſimul & modeſtiſſimè ad menſam eos recreari ſolitos, eâ prorſus pietatis ſpecie, quâ ſe geſiſſent, ſi eorum medius Deus ipſe adſtitiſſet. apolog.

Hoc ſe frœno cohibens vir pijſsimus Iob tàm ſanctè ſe temperabat. *Nonne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos meos greſſus dinumerat?* Iob. 31.4. hoc antidotho in venenoſas vitiorum acies ſe Vates Regius obarmabat, *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.* Pſal. 118. hac etiam arte Lythurgos omnes noſtra Religio inſtruit illis vocibus,

Speculator adſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus
Actuſque noſtros proſpicit.

Ne autem indecoram vel inanem cautionem huiuſmodi noſtris relaxationibus eſſe quis æſtimet, quarum auxilio animum è grauioribus curis eruentes, eum ad lætiora conamur erigere, Purpuratus idem Vates ab hoc errore nos eximit, oſtendens noſtris quibuſcumque relaxationibus, ne labe aliqua denigremur, Deum præ-
B ſentem nobis exhibendum: *Iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei & delectentur in lætitiâ*: Pſ. 67. ſic Pontifex Aaron, vnâ cum Lythurgis omnibus ſui Soceri Moyſis domum adijt, conuiuio magnificè excipiendus, numquam tamen ſuis ab oculis præſentem Deum amouit, quem oculatiſſimum ad quæcumque cernenda ſibi non ignorabat; *Et venit Aaron, & omnes Presbyteri de Iſrael manducare cum Socero Moyſi in conſpectu Dei.* Exod. 18. Ex hoc Diuus Hyeronimus Canonibus ſacris immixtus, legem non Epiſcopis tantùm idoneam eruit, ſed viris omnibus ſacris dignam, *Sancti manducant, & bibunt in conſpectu Domini, & omnia quæ agunt, in conſpectu Dei agunt.* c. & venit 45. de pœnit. diſt. Viden vt nullam recipiat relaxationem! quin potius in illis habendis hoc magis exigitur quàm in alijs, eo propè modo, quo in lubrico ſolo calcando ſolliciti magis & vigiles ſumus, quàm ſi æquam & regiam viam ambulemus.

C

§. II.

ROmano ab Oratore tertium hauſit monitum Magiſter Aquinàs, vt nempe tùm loco, tùm tempori, tùm perſonæ, tùm alijs humanis actibus congrua ſit relaxatio, quâ quis oblectatur. Cic. de off. l. 1. *Attendendum eſt, ſicut & in omnibus humanis actibus, vt congruat perſonæ, tempori, & loco, & ſecundùm alias circumſtantias debitè ordinetur; vt ſcilicet ſit tempore & homine dignus*, vt Iulius dicit ibidem, ex quo colligendum facilè videtur, quàm meritò ſuperiùs nos docuerimus, indecora ſacris viris aliqua eſſe ſolatia, quæ nimiam licentiam redolentia, maturitatem noſtro muneri parem à nobis perniciosè diripiunt.

Ipſimet Plutarcho innotuit, quòd ſicuti riſum excitauit Hercules, cum Nemæi Plut. in moral. Leonis exuuiâ depoſitâ, ad Omphalis cultum, fœmineâ indutus cyclade ſeruiebat; ſic omnium probra irritat, qui grauitatem ſuo miniſterio dignam inter ſolatia
D abiectè dimiſerit.

Inter hos, ſuffragante Diuo Ambroſio, à Diuo Thoma ij adſcribuntur, qui ſcurram ad ſociorum riſum excitandum ſapiunt, & ridicularij ſunt; hi enim *ab Eccleſiaſtica abhorrent diſciplinâ*, D. Ambr. 1. de off. D. Tho. vbi ſup. cum ſacris in paginis ne vllum quidem hac de re veſtigium habeatur: mihi ſanè Antiſtes quidam olim innotuit, qui cum in huiuſmodi ſcurriliter dictis diſſeminandis oſtentare ingenium affectaret, deriſioni omnibus fuit; argutum ſe exhibuit, ſed Epiſcopi famam amiſit, tantoque Sacerdotio imparem ſe fecit, cum ſe ſcurriliter fecit vrbanum. Hoc tanquam noſtro nomini nimis indecorum delere prorſus in Epiſcopis conatus impensè fuit Apoſtolus, imò ab omnibus Chriſtianæ fidei ſectatoribus eliminauit, *Stultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet*; Eph. 5. 4. ſi rationem de hoc quæſiueris, ex oraculo Diuinæ Sapientiæ illam habes, *ex abundantiâ cordis os loquitur*, Luc. 6. 45. è verborum leuitate tanquam è lingula arguitur, an benè cordis horologium ſit compoſitum, & è verborum ſonitu deprehenditur animi habitudo: vt adoleſcentis cuiuſdam animum cognitione

aſſequeretur Philoſophus quidam, egregiè dixit, *loquere vt te videam*: ad iocoſa A
Cle Alex. l.2.pædag 5 & ridicula nimis verba tanquam ad certum argumentum, procacis & leuiſſimi animi ſtatus agnoſcitur: *Cum verba omnia à cogitatione, & moribus manent, fieri non poteſt, vt verba aliqua mittantur ridicula, quæ non procedant à moribus ridiculis.*

Nullus igitur admirationi locus detur, ſi in huiuſmodi ſcurrilia dicta adeò Diui Bernardi ardor exarſerit, vt huiuſmodi ridiculas nugas, blaſphemiæ notâ ſignauerit, *Inter ſæculares, nugæ, nugæ ſunt; in ore Sacerdotis, blaſphemiæ*, quæ vlterius confirmans ait, *Conſecraſti os tuum Euangelio: talibus iam aperire illicitum, aſſueſcere ſacrilegum eſt.* (D Bern. l.2 de conſid.)

Quin non tantùm ſcurriles hoſce ſales ex ore noſtro tanquam blaſphemias Diuus Bernardus auertit, ſed ipſaſmet aures ne huiuſmodi voces excipiant, obſtruit. *Verbum ſcurrile quod faceti vrbanitate nomine colorant, non ſufficit peregrinari ab ore, procul & ab aure relegandum: fœdè ad cachinnos moueris, fœdiùs moues*; haud tamen eius mens eſt, vt Ariſtarchi virgâ quæcumque notemus; ſatis erit, ſi obiter aliqua audieris, moleſtiam ſimulare, *interdum tamen ſi incidant, ferenda fortaſſis, referenda numquam.* B

Apertè ex his patet, quàm ſibi ipſi Præſul iniurioſus eſſet, ſi in huiuſmodi iocos & ſales ſermonem ſuum turpiter liberalis effunderet. Toloſanum illum Antiſtitem quis imitetur, qui ſcurrilitatis vitio laborans, ſæpiuſque de eo à Diuo Hugone correptus, nunquam ad bonam frugem ſe recepit: quare poſt obitum Monacho cuidam ſpectandum ſe dedit, purulentum ſe oſtendens labiaq; vomicis fœdiſſimis diſpumantia, aſſerens inſuper, ſe inter purgantis carceris flammas propter huiuſmodi ſcurrilia diriſſimè cruciati: quandoquidem è Diui Bernardi ſententiâ, pueri eſt inter facetias & iocos immorari, non eorum, qui virtutibus excolendis præficiuntur: ſi autem opportunè quis vllâ ſine offenſione identidem iocabitur, non corripiendus rigidè erit, iuxtà illud Diui Bonauenturæ, *poteſt grauitatis cenſura remitti pro tempore, non dimitti.* C (Sur in vit. S Vgon. D. Baſil. in exhort. ad ſpiritu. D. Bonau. in ſpecul diſcipl. c.4. p.4.)

Tunc autem opportunior facetia aliqua videri poteſt, cum ex eâ ſalutarem vel eruditum immiſcendi ſermonem idoneam viam aſſumit Antiſtes: quid enim hoc aliud eſt, quàm ſilueſtri germini ſurculum vrbanum inſerere, & dapum amaritiem dulci aliquâ conditurâ mollire; vetus illa paræmia hoc indicabat, *Iucundiſſima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare*: huiuſmodi oblectamentis menſas & ſolatia veterum Chriſtifidelium abundaſſe refert Tertullianus; ſacra quiſque elogia piiſſimè diſpergebat, Deique laudes & obſequium longè redolebant. (Prou. græc. Tertull. in Apolog.)

In hanc item ſententiam conſpirauit Diuus Bonauentura, vt ſcilicet nunquam inutiles inaneſque noſtræ relaxationes eſſent, at ſemper aliquâ, vel pietatis, vel aſpergine ſapientiæ condirentur. Nam *prudens numquam marcet otio; aliquando animum remiſſum, nunquam diſſolutum habet.* Sic ille. (D Bonau. de 4. virt. Cardin.)

Hæc omnia de iis, quæ perſonam ſpectant, dicta velim; nam illud tantùm, ne longiùs quàm par eſt euager, de loco dixiſſe ſufficiat, ſcilicet inhoneſtum Antiſtiti eſſe, vt huiuſmodi relaxationibus vacet, vel in extraneis domibus, vel publicis D ædibus, & quod maximè omnium nefas eſſet, in locis ſacris, ne offenſio populis detur; ſi verò de tempore agatur, quis non animaduertat, prudentiſſimi viri eſſe, ſi tempus illud in eis non impendatur, quod ad Diuinas laudes, vel ad litteras excolendas idoneum videatur? quantum autem flagitium eſſet, ſi horas eas, quas vel populorum regimen, vel Eccleſiæ vtilitas ſibi poſtulat, inter ludos & iocos abſumeremus? Audiant quid è Tullio Diuus Thomas hac de re dixerit, *ludo & ioco vti quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris, tunc, cùm grauibus, ſeriiſque ſatis fecerimus.* (Cic. de off. D. Th loc. cit. in fin.)

§. III.

SVpereſt, vt tertio iam loco cum Diuo Thoma expendamus, quod ab eo primum, ut pote in hac re potiſſimum, ſibi locum uindicauit: hoc autem in eo eſt,

vt

vt noſtræ relaxationes turpibus obſcęniſque verbis, vel operibus nullatenùs pol-
A luantur; hoc enim ſolatij genus è Romani Oratoris mente *eſt illiberale, petulans, flagitioſum*. Inter reliquas dotes, quas Diuus Iſidorus à Gratiano inter Canones ſacros adſcriptus in Epiſcopis exigit, è potiſſimis illa eſt, vt *obſcænitatem etiam verborum, ſicut & operum, penitùs execrentur*. Quin apud Laertium, honeſtum quemque hominem Archeſilaus admonebat, vt verbis hiſce abſtineret, cum non viris ingenuis at ſeruis hæc loquendi forma ſit accommodata. *Obſcæna nati ſeruorum loqui ſolent*.

Cic. 1. de off.
D. Iſid. de ecc. off. l. 2. c. 2. cap his igitur 2. diſt. 27.

An horologium ad æquam temporis menſuram componatur, lingula oſtendit; ſic propemodum è verbis obſcœnis Venerei cordis inditium habetur.

Sed omnium validiſſima eſt illa Diui Iſidori formula, vt *penitus execrentur*, illudque ſignificat, ne ferendum quidem nobis eſſe, vt aliqua ex huiuſmodi verbis coram nobis proferantur.

De Diuo Bernardino Senenſi Surius refert, quod adoleſcens adhuc & prophanus, adeò ad vel vnam obſcœnam voculam audiendam vultu erubeſcebat, vt ala-
B pam excepiſſe in eo videretur; adeòque cùm inter obſcœna proferenda, ſocij verſarentur, accedente Bernardino, ſermones alios implicabant dicentes, *faceſſant hi ſermones, ecce enim Bernardinus adeſt*.

Sur. in eius vit. menſe Maii.

Quâcumque purpurâ Tyriâ pretioſior iſte rubor eſt, quo pudicorum genus ſuo pingit colore modeſtia: ingens illibati animi argumentum eſt, Deoque pergrati, ſi fędis vocibus veluti quibuſdam iaculis feriatur. Sed ad maiora procedendum Epiſcopis eſt; Sacerdotium ſuum tenetur ipſe tueri, eumque acerbè corrigere, qui turpi ſermone ſuas infulas violauit, vt documentum alij habeant, de probitate ſermonis coram Epiſcopis inſtituendâ.

Quà de re clariſſimam ſibi adeò famam vſurpauit Sanctus Epiphanius Salaminæ Hyerarcha, vt Simone Conſtantinopolitano referente, vel mortuus calcibus quendam petierit, qui propior quàm par erat, decumbens in pheretro, corpus curioſiùs inſpiciebat.

Sim. Cõſt. in eius vit.

C Ex aduerſo Antiſtitem ipſe noui, qui cum viuens in pronunciandis frequentiſſimè verbis nefandis obſcalluiſſet, maximo, quod ipſe credam, ſupplicio Dei vlciſcentis percuſſus fuit: dum enim extremum ferè ſpiritum agens, ad dolorem è peccatorum memoriâ enixè eliciendum admoneretur, obſcœna, quis credat, ore turpi eructabat, licet fœminæ aliquæ eius conſanguineæ loquenti illi adſtarent; ad hæc inhorrui præſens ego, & quicumque contremiſcet, quem beatitatis amor tangit & cura ſalutis adde his quòd qui non erubeſcit in paruis, in magna poſtmodum præceps ruit, facilique gradu è verbis accedit ad opera; ſi morum moderatori Philoſopho danda fides eſt, *Turpia ne dixeris, paulatim enim per verba pudor deijcitur*.

Seneca.

Nullâ fœdatas immunditie verborum veterum Chriſti fidelium menſas aſſerit Tertullianus, eàque nos ſolertiâ ab inhoneſtis ſermonibus abſtinere, quà morſus belluarum effugimus, docet Athanaſius.

Tertull. in apolog.
D. Athan. ep. ad ſolit.

Eadem propè menſurâ intelligendum hoc idem eſt de verbis ijs, quibus alio-
D rum animum exaſperamus, vel famam lædimus; hæc enim honeſtatis leges prætergreſſa, contumelioſa alijs ſunt, & acerba, adeòque ab Antiſtitum auribus amouenda, vtpotè tùm vrbanam politiam, tùm Diuinam legem & Chriſtianam charitatem deſtruentia.

Cum ſacros aliquos Viros ad ſui menſam ſocios ſibi adiungeret Diuus Auguſtinus, ad omnium aſpectum vncialibus caracteribus hoc diſtichon iubebat inſcribi,

Poſſid. in Aug.

Quiſquis amat dictis abſentum carpere vitam,
Hanc menſam vetitam nouerit eſſe ſibi.

Cum autem ſemel in obtrectatorias aliquas voces Epiſcopi aliqui, quos conuiuio exceperat, lapſi fortuitò fuiſſent, author eſt Poſſidonius, quod omni vrbanitate aulicàque comitate exutus in hæc aſper eruperit, vel hæc carmina deleantur, vel è menſâ diſcedam, vel huiuſmodi ſermones euaneſcant: eos arcere à noſtrâ ſo-

Prou. 24. cietate tenemur, qui alijs iniurioſi, nos honorare contendunt: *cum detractoribus ne commiſcearis* ,ſic olim Regum ſapientiſſimus. A

Quàm egregiè & piè ſato conceſſurus Sanctus Galliarum Rex Ludouicus, inter alia documenta, quibus Philippum Regni ſucceſſorem inſtruxit, hoc pariter appoſuit, vt vel inter ſolatia nullum ex eis in ſuam ſocietatem adſciſceret, qui non erubeſceret iniquis verbis vel ſe ipſum perdere, vel alienum nomen obruere: ad laicos Principes inſtruendos optimum hoc eſt, ad ſacros Viros & Hyerarchas neceſſarium.

Illud hic extremo loco non prætetierim, nullam nobis æquiorem, honeſtioremque relaxationem eligi poſſe, quàm corporis exercitationem, quâ deſilientes è curru liberiori aurâ extrà Vrbem perfruamur; mirum enim quantùm vires reficiuntur, erigitur animus, cruditates abſumuntur, totum denique corpus vegetatur; non tantùm hæc mihi comperta ſunt ex omnium ſuffragio Medicorum, ſed ex ipſo Senecâ, cuius verba profero. *Indulgendum eſt animo; dandumque ſubindè otium, quod alimenti ac virium loco ſit, & in ambulationibus apertis vagandum, vt cælo libero, & multo ſpiritu augeat, attollatque ſe animus.* Sed omnium optimè ipsâ experientiâ hoc idem doceor, cum ambulationibus hiſce valida hæc valetudo, quam Deo fauente tot inter curas, & numquam interpellatos ſtudendi labores fruor, potiſſimè tribuatur. B

Seneca de tranq. c. 15.

Clem. Alex. l. 3. Pedag. c. 10. D. Gregor. Nazian. tract. 21.

Sed ipſimet Alexandrino Clementi hoc relaxationis genus in ſacris Vitis approbari comperio. *Alijs ſufficit deambulatio rus euntibus, vel in Vrbem deſcendentibus.* Sanctus verò Gregorius Nazianzenus ad maris litus obambulans, multa de fluctuum motu, perenniqne vndarum acceſſu receſſuque philoſophatus animum & ſimul oculum recreabat.

Commendanda etiam ea iucunditas videtur, quæ vel è pulſato cymbalo, tactâque magadide percipitur, vel è ludo trudiculario, qui tùm ad corporis tùm ad animi ſimul vires reficiendas, moderatâ quadam exercitatione conducit; ſed hæc ne faſtidioſus videar, delibaſſe ſufficiat. C

De Caſtimoniæ in Epiſcopis neceſsitate. Cap. XXIII.

Potiſſimum Chriſtianæ Religionis ornamentum Caſtitas eſt; pretioſiſſimum monile dixeris, quo noſtra fides illuſtratur, eaque virtus eſt, cuius pennis ad ſuprema ſe efferens homo, ſupremis cæli ſpiritibus parem ſe facit; obſcuras abſque corporis candore cæteras virtutes dixeris, eò clariores, quò caſtimoniæ lumine ſplendidiores: fundamentum ipſa eſt, quo tota virtutum moles fulcitur, adeò ut ipsâ trepidante pietas tota ruat, & Dagon Idoli inſtar præceps in fruſtra diſcerpatur.

Ariſt. 3. eth. cap. 10.

Triumphum hæc agit de fœdiſſimo omnium vitio, quandoquidem è mente Philoſophi, corporis voluptates belluis nos pares fingunt, omnique nobilitate deperditâ, ſeruiles adeò ſunt, vt eis fruantur homines, *non ratione quâ homines ſunt, ſed quâ animalia. hæc igitur inhoneſtas iure vituperanda eſt*: demum addit, *Talibus igitur gaudere, maximèque talia conſectari, ferinum eſt.* D

Ad huius vitij fœditatem exprimendam, tantùm iſta ſufficerent, è quibus etiam licet arguere, quàm neceſſariò caſtimoniæ candor in Epiſcopis requiratur, qui Chriſtianæ Religionis Sponſi ſunt, hoc eſt eius Virginis, quam ſibi Chriſtus Dominus illibati ſui candoris amore perpetuo nexu deſponſauit. Enitere quidem in omnibus Caſtitas debet, ſed potiſſimùm in Epiſcopis; *nulli enim magis, quàm Sapientes, & Sacerdotes debent caſtimoniam vindicare.* Ambroſium dedi: quin hoſpitari videtur in alijs, ſed nobis ineſſe: noſtri Sacerdotij gradus eâ potiſſimùm deſignatur; vbicumque enim thiaræ fulgor ſit, ibi vel inuenit Virgines, vel facit. His egregiè inſtructus Arator Vates Virgilij Pontificis Subdiaconus mille ab hinc annis

D. Ambr. de bened. Patriar. c. 3

A annis cecinit, *Eccleſiæ nunc alma fides ſine fine pudicos*
Pontifices iubet eſſe ſuos.

Alijs quidem virtus ipſa eſt, ſed Hyerarchis ſacramentum; ſi ſuæ curam Eccleſiæ nobis Diuina ſapientia commiſit, eius ianitrix caſtitas eſt: Theſaurum dixeris, quem fidei noſtræ credidit Deus. Sanè ſi terras incolere caſtitas vellet, non alibi regiam ſortiri ſedem, quàm in Antiſtitum animis deberet; hoc ſubobſcurè Diuo Gregorio Nazianzeno ſignificatum fuit, cùm ad litteras excolendas Athenis immoraretur: cum enim ad ſacras Infulas induendas eum Deus elegiſſet, dormitanti ei ſe dedere ſpectandas fœminæ duæ ſpecioſiſſimæ tùm pretio veſtium, tùm oris venuſtate diriſſimæ; ſapienria hæc erat & Caſtitas, quas Deus è cælo miſerat, vt ſedem ſimul & quietem in Gregorij animo ſortirentur; ſed ipſummet audi virgineo carmine hoc idem candidè enarrantem,

In vit. Sãcti Greg. Naz.

D. Gregor. Nazian. in carm. de ſuis rebus.

Meque pudicitia obuinxit, carnique catenam
Iniecit, ſophiaque ardenti afflauit amore
Cœleſtis, vitaque huius, quæ coniugis expers
B *Ducitur; æterni referens præludia ſecli,*
Nec coctam quærit, proprium quæ corpus amore
Cingit, & illecebris damnoſum ducit ad eſum.
Sed Regi ſupero ſanctum tranſmittit amorem.

Quoniam autem clariſſima hæc Cæli inquilina in hac Terrarum vniuerſitate peregrinata, inuiſa ferè omnibus eſt nulloque pretio habita, ad quemnam alium confugere promptiùs debet, quàm ad nos, quorum patrocinio gaudet, fidè defenditur, & amore ſeruatur? hac potiſſimùm laude viri pudici commendantur, quod nempè eodem honore fruuntur ac Epiſcopi, ac ſi noſtris ab infulis caſtitas illuſtretur: in eo, quod inter ſummum Hyerarcham Abimelech, & fugientem Dauid euenit, deſignatum hoc fuit: nulli fas erat, vt panes Numini oblatos veſcerentur, quos Sacerdotibus tantùm licebat aſſumere: haud tamen magnus ille Sacerdos eos Dauidi eiuſque famulis impertiri dubitauit, vt eos ab omni ſorde corpo-
C ris immunes agnouit; vides, ait Procopius, *Caſtitatem eodem nos cum Pontificibus honore dignos efficere.*

1. Reg. 21. 5

Procop.

Demùm adeo Hyerarchici ordinis propria nota Pudicitia eſt, vt ipſiſmet Ethnicis, quibus cæteroquin inuiſa fuit hæc virtus, compertum hoc fuerit; quàpropter decantatum adeò prophani Vatis carmen inualuit.

Tibull. l. 1. eleg. 2.

Caſta placent Superis: purâ cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Ipſimet Idolorum Myſtæ ſingulari pretio eam fecere, vt in obſcœnas nefariaſque Iouiniani voces ſcribens Hyeronimus teſtatur: Clemens verò Alexandrinus refert Aegyptios Sacerdotes mendacium Deorum cultores, ad pudicitiã ſeruandam aſperrimis cruciatibus corpus afflictaſſe: ab humanâ cõſuetudine exules Athenienſes Lythurgos aſſerit Plato; *ne contagione aliquâ eorum caſtitas labefactaretur.*

D. Hieron. l. 2. ad Iou. propè fin. Clem. Ale. 4 ſtrom Tiraquel. in lege 15. cõnub. an. 119 Plat in Timæo.

Quin ab aris eos eijciebar Demoſthenes, quos ſciret aliquâ voluptate pollutos, eamque integritatem ad vrnam non ferre, quam è cunabulis attulere. *Ego*
D *enim arbitror, qui ſacras ædes ingrediuntur, qui ad curam diuinarum rerum præſunt, eum non modo ad certum aliquod dictum tempus caſtum eſſe debere: ſed per omne ſpatium ætatis ab huiuſmodi ſtudijs fuiſſe purum oportere.*

Demoſt. orat. contra Timocrat.

Aethyopum quoq; Sacerdotes oculatus teſtis Diuus Auguſtinus narrat ab oculi aſpectu ſemotos, inter membrorum cruciamenta degiſſe, ad quæ in iſta vir magnus erupit. *O grandis Chriſtianorum miſeria! ecce pagani doctores fidelium facti ſunt, & peccatores & meretrices præcedunt nos in regno Dei.*

D. Auguſt. ſerm. 17. ad fratres de Erem to. 1. Exod. 13. 26.

Quid de Hebræis dixerim, quibus ſterilitas probro erat, & commendatiſſima fœcunditas, quibus, vt ait Diuus Hyeronimus, *gloria erat in partibus, & parturitionibus.*; tanti autem ab his pudicitia æſtimabatur, vt, Diuo Epiphanio referente, nulli fas eſſet, ſcribas eo tempore tangere, quo pudicitiæ vacabant; aliquos ex illis vates hic vltrò prætereo, qui ſe Virgines Deo Virgini conſecrarunt, vt de Hyeremiâ & Eliâ Diuus Ignatius, de Daniele Diuus Damaſcenus docet; illud etiam nonnullis ſacrarum literarum Magiſtris pro comperto eſt, Iolue tantùm

Deut. 7. 14. D. Hieron. l. 1. in Iou. Epiph. l. 1. D. Ign. in ep. ad Phil. Damaſ. l. 4. cap. 23.

Duci

Digitized by Google

Duci datum, vt Hebræum populum promiſsâ terrâ donaret, eò quod cælebs fuerit, A eùm ex aduerſo Moyſes repulſus ab ea fuerit, eò quod vxori iungeretur; adnotandum pariter eſt, nulli præterquam Eliſeo & Eliæ ante Chriſti aduentum conceſſum, vt extinctos reuocaret ad vitam, in eius pudicitiæ præmium, quam ſolertiſſimè ab omni liberam libidinis contagione ſeruarunt.

Conſt. Ap. 25. Conc. Niſſen c 3. Carth. 2. cap. 3. Afric. c 28. Rom. c. 8. Arelat. 8 cap. 8. Turon. I. 1. c. 2 & ſecũdum c. 20. Agath. c. 9. Aurel. 3. c 2 Elib. c 33. Tol. 2. c 1, & quartum c. 26 & octauum. c. 26. Aquiſgr. 1. cap. 6. Vorm c. 9 Mag. c. 10. Triden ſeſſ. 24. c. 9. Leuit. 16. Leuit. 21. O. plurimos 3. 82. diſt. D. Amb. ep 1. Tim. 3.

Meritò igitur in Chriſtianâ Religione, quam Virginis filius, & filius Virgo fundauit, ſanctiſſimè ſtatutum eſt (quidquid in hanc rem obſcœniſſimi ſycophantæ & ganeones oblatrent) vt ſacri viri caſtitatem colerent, votoque ſe ad eam ſeruandam obſtringant; eò autem magis ad eiuſdem candorem induendum tenentur Antiſtites, quò magis Lithurgis reliquis maieſtate præcellunt.

Multiplici ſymbolo lex vetus hanc nouę legis Sacerdotum caſtimoniam adumbrauit; ſanè ad ſacra facienda prohibebatur Sacerdos accedere, niſi prius lineis perizomatis verendas corporis partes obuelaret, & lineis etiam faſcijs ſibi renes præcingeret; eo etiam anno, quo ſacra facere ad eum ſpectabat, ſtatuebatur, ne templo egrederetur, vt eiuſdem coniugij voce honeſtas ſeruaretur intacta, ac B ſi ipſe Sanctuarij candor eo denigraretur; & in Epiſtolâ quadam Decretali Syricius Pontifex aduertit, id fortè ſtatutum, vt caſtitatis patrocinio gratiſſima Deo eſſent eius ſacra: neque aliâ de causâ extrà definitum illi tempus miſceri ſe cum coniuge illi dabatur, quàm vt Leuiticam Tribum ſeruaret, cui tantùm Deo miniſtrandi honor tribuebatur. Quid ergò nobis de noſtris Sacerdotibus dicendum, qui non animantium victimas, non thimiama, non ignem, ſed immaculatam Diuini Filij hoſtiam Deo litant, quique coniugalis voluptatis exercitio excluſi, obſcænis tantum & pollutis amplexibus Sacroſancti Miniſterij deturpare munditiem poſſent, & Altarium vitiare ſanctitatem? Sanè ex eo quòd ſacri Viri à coniugio arceantur, docet Diuus Auguſtinus turpiorem in eis eſſe luxuriam: Sanctus item Ambroſius poſtquam Aaronicis Lythurgis Chriſtianos Myſtas prætuliſſet, vtpotè qui arctiùs præ caſtitate Deo iunguntur, aſſerit, *Mundiores ergo eſſe debent cæteris, qui actores ſunt Dei.* C

§. I.

D. Hieron. ad Tit. c. 1. 1. Cor. 7. 3.

QVAM arctè ad caſtimoniæ candorem ſeruandum præ alijs teneamur, egregiè docet magnus litterarum Magiſter Hyeronimus, qui ex Apoſtolo audiens, quod laicis ipſis viris aliquando vxorum voluptas reijcienda eſt, vt precibus impenſiùs vacent, *Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi*, conſecutionem hanc eruit, *Quid de Epiſcopo ſentiendum, qui quotidie pro ſuis, populique peccatis illibatas Deo oblaturus eſt victimas?*

1. Tim. 2. eiſ. SS. Chriſo. Amb. Anſ. D. Aug ſer. 35 ad f. atr. de crem.

Quàpropter licet in Chriſtianæ fidei primordijs, è Sacerdotum inopiâ illi etiam ſacris admouerentur, qui vxorati erant, adhuc tamen vt ſacra ipſa exercerent, ſegregare ſe ab vxoribus ſuis tenebantur, nec illis fas vllatenùs erat, iterum ad eas accedere, quod etiam in Orientali Eccleſiâ conſueuiſſe teſtantur Sancti viri Chryſo- D ſtomus, Ambroſius, & Anſelmus ea Apoſtoli verba explicantes, quibus ad Timotheum ſcribens mandat, bigamum non eligendum in Antiſtitem, ſed tantùm vnius vxoris virum; nulla igitur admiratio habeatur, quod in Synodo viginti duorum Præſulum Conſtantinopolitanâ in Vrbe à Diuo Chryſoſtomo coactâ, Antonius Epheſinus Antiſtes accuſaretur de inhoneſtâ cum veteri coniuge, quam deſeruerat conſuetudine; videas Baronium hæc è Palladio Elenopolitano Epiſcopo referentem.

Bar an. 40. D Hieron. adu. Vigil. D Bern. ſer. 2 ad Patres in Synod. ed. 1328.

Quin è Diuo Hyerònimo docemur, hoc idem in eis arctè obſeruatum, qui ſacris ordinibus erant admoti. *Quid facient Orientis Eccleſiæ, quid Aegypti, & Sedis Apoſtolicæ, quæ aut Virgines Clericos accipiunt, aut continentes, aut ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt?*

Cœlibatum à Chriſto Seruatore vocibus illis commendatum Epiſcopis Diuus Bernardus affirmat, *ſint lumbi veſtri præcincti. Certè Dominus dicit in Euangelio ad Epiſcopos haud dubium in primitiuâ Eccleſiâ. Sint lumbi veſtri præcincti, caſtitatem approbans non tantùm, ſed etiam imperans.*

Egre-

A Egregiè deſignatum hoc fuit in ritu illo, quo, vt in libro Exodi habetur, iubente Deo, Paſchalis agnus erat comedendus: *Renes veſtros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus: tenentes baculos in manibus*, Vt lumbi præcingantur, primùm iubet, quo, vt mox dicetur, caſtitatis virtus exprimitur; tùm vt calceis vtantur, quo concionandi miniſterium deſcribitur, iuxtà illa Apoſtoli verba, *calceati in præparationem Euangelij*, tùm denique vt baculi manu gerantur, quo lituus Epiſcopalis adumbratur: Vides igitur, vt propria & potiſſima virtus, quâ ad Epiſcopalia munera comparamur, caſtimonia ſit? qui igitur alienus ab iſtâ eſt, tàm excelſum Sacerdotium procul à ſe reijciat neceſſe eſt, ſi offeratur, multòque magis ab eius comparatione deſiſtat: ſed audi Rupertum mihi ſuffragantem, *Notandum, quod prius præcipitur renes accingere, poſtmodum baculos tenere; quia illi debent curam Paſtoralem ſuſcipere, qui iam in ſuo corpore ſciunt fluxum luxuriæ edomare; vt cum alijs fortia prædicant, ipſi deſiderijs mollibus eneruiter non ſuccumbant.* Calamum hic mihi temperare, non licet, quin etiam aduertam, Hebræis tantùm à Deo mandari, vt lumbos præcingerent, cum è contra nobis Apoſtolorum Princeps imperet, vt vel

Exod. 12. Ruper. l. 2. in Exod. c. 13.

B mentis lumbi præcingantur, *ſuccincti lumbos mentis veſtræ*, explicat hæc Diuus Gregorius docens, perfectiorem in nobis à Deo exigi caſtitatem, cum quæ ab Hebræis petebatur, ad corporis tantùm integritatem referretur, ſed caſtitas noſtra ad candorem etiam mentis referenda ſit. *Per Moyſem luxuria perpetrata; per auctorem munditiæ, luxuria cogitata damnatur.*

1. Petr. 1. D. Gregor. l. 21. moral. c. 2.

Quàm enim ab omni quacumque labe immunes manus illæ futuræ ſunt, quas ad abluendas hominum omnium ſordes elegit Deus, quantâ puritate animus debet ille lacteſcere, quem Virginis filius debet incolere, ſuoque ſanguine irrigare? ſi autem vt eximiè perpoliti eſſent Lythurgi illi, qui ad ſacra vaſa ferenda deſignabantur, mandauit Deus *Mundamini qui fertis vaſa Domini*; quàm integri, quàm illibati ſint illi, oportet, quos, vt ad Cæli Sanctuarium populorum animas ferant, ſapientiſſimè Deus elegit? *Etenim vaſa Domini proximorum animas ad æterna ſacraria perducendas in ſua conuerſationis ſide ſuſceperunt.*

Iſai. 59. 11. D. Greg. 1. p. Paſt. c. 2.

C Ea autem, authore Tertulliano, noſtræ integritatis debet eſſe perfectio, vt ex animo in ipſum corpus exiliat, ſeque in veſtibus ipſis ſpectaodam præbeat; in conſcientiæ adytis nequaquam ſiſtat, ſed externos etiam erumpat in actus, animum ſimul & corpus illuſtrans, *Pudicitia Chriſtiana tanta debet eſſe plenitudo, vt emanet ab animo in habitum, & eructet à conſcientiâ in ſuperficiem; vt & foris inſpiciat quaſi ſupellectilem ſuam.*

Cùm autem, vt Antiſtitum pudicitiam ſingulari quodam præconio commendaret Diuus Chryſoſtomus, nihil reperiret in terris, cui pro dignitate poſſet eam comparare, cælum petijt ipſaſque ſyderum faces impares tanto lumini arbitratus, Solem ipſum acceſſit, luminum fontem, mundi oculum, rerum omnium ornamentum, nec tamen ei acquieſcens ait, *Sacerdotis animum Solaribus radijs puriorem eſſe oportere.*

Chriſoſt. l. 6. de Sac. c. 2.

Altiùs Diuus Paulus euolauit; nec enim inter infimos cæli axes lucem vllam

D inuenit, cui noſtræ caſtitatis lucem æquaret, cæleſtes omnes orbes prætergreſſus Empyreum ipſum petijt, & Epiſcoporum puritatis imaginem ex Angelorum puritate, velut ab exemplari deſumpſit; cùm enim præciperet, vt Chorinthiæ fœminæ in templo ſibi caput obuelarent, faciendum hoc ſtatuit *propter Angelos*, hoc eſt, vt aliàs explicauimus, ad Epiſcoporum obſequium; adeò igitur candida horum caſtimonia futura eſt, vt Angelicæ ſimilis, vel vnius mulieris aſpectum ſit cum animi quodam horrore auerſatura.

1. Cor. 11. 10.

His etiam ferè non acquieſcens Diuus Zeno Diuinitatis ipſam ſedem pius inuadens, ait Caſtitatem fœlicem in Virginibus eſſe, in Viduis fortem, in Coniugibus fidam, ſed in Epiſcopis & Myſtis Seraphicam prorſus & ferè Diuinam.

S. Zeno

Quàpropter, cùm idem Apoſtolus Epiſcopo Timotheo ſignificare vellet, quàm ſuprà cæteros excellere in pudicitiâ debeant, qui ſacris Infulis exornantur, ei præcepit, vt publicæ ſupplicationes litarentur, ad hoc vt præeſſent *in omni pietate & caſtitate*; vbi aduerte, non quancumque caſtitatem ab ipſo requiri, ſed numeris omnibus abſolutam, prout ab illa particulâ, quæ validiſſima eſt *in omni* explicatur;

1. Tim. 2. 2.

tur;

tur: eximiam hanc pudicitiæ perfectionem Diuus ipſe Hyeronimus adnotauit his
D.Hieron. ibid. verbis, *Omnis caſtitas in carne & ſpiritu & anima eſt, ne ſcandalizetur oculus, ne* A
pulchritudine vultus fœminæ pendentes pereamus, ne blanda nos audire delectet, ne ad
ſimulatos ſermones mens prius dura marceſcat.

Hac de re non tantùm in Epiſcopis à Diuo Gregorio poſcebatur, vt poſt indutas
infulas caſtã vitam degerent electi Antiſtites, ſed etiam vt diuturno temporis ſpa-
tio anteâ illam excoluiſſent; quàpropter cum è temporis illius conſuetudine Nea-
politani Proceres & populus in ſuum Epiſcopum Diaconum quendam nomine
Ioannem poſtulaſſent, renuit conſtantiſſimè Pontifex, eumque reiecit, eò quod,
eùm adhuc paruula ei filia ſupereſſet, quàm ab extinctâ coniuge ſuſceperat, ar-
gumento eſſet, recentèr ipſum coniugis voluptatibus indulſiſſe: iam audi Pontifi-
D.Gregor. l.8. ep.40. cem ipſum, *Nam qua præſumptione ad Epiſcopatum audet accedere, qui adhuc lon-*
gam ſui continentiam, filiola teſte, conuincitur non habere. Quid ſanè dicturum
crederes, ſi vetitis ſe ille prius amplexibus polluiſſet? Quicumque Epiſcopale Sa-
cerdotium aſſumit, hoc eſt dignitatem vndique ſanctiſſimam, & illibatam, caſtiſ- B
ſimus, & illibatus fuerit oportet, cum Cælo placere non poſſit, qui cælesti can-
dore non effulget: Ciuitas munda cælum eſt, quæ auerſatur immundos.

§. II.

HAEC animo ipſe perpendens, ſtupore fixus adhæreo, ea meditatus, quæ
Chriſtus Seruator Ioannis calamo Epheſino Antiſtiti ſcripſerat, eum re-
darguens, quod priſtinam charitatem exuiſſet: *Sed habeo aduerſum te, quòd cha-*
Apoc. 2. 6. *ritatem tuam primam reliquiſti*; potiſſimam hanc in Epiſcopis eſſe quis neſciat?
adeoque niſi ad meliorem frugem ſe reuocauerit, è ſui Sacerdotij ſede dimouen-
D.Ephi. & Ribera. dum ſua poteſtate pronunciat, *Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum*
de loco, hoc eſt è ſolio Epiſcopali; ab irrogando tamen ſupplicio deſiſtit, eo quod
in Nicolaitas fortis aſſurgeret, qui iuxta ſententiam Diui Epiphanij aliorumque C
apud Riberam, in ſacrorum hominum puritatem nefaria dogmata diſſeminabant;
ſed hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi; ac ſi diceret, licet fri-
geſcentis charitatis labe Numinis indignationem ad pœnas irrogandas irrites, ad
huc tamen eò quòd caſtitati tuendæ deſudes, indulgeo tibi, tuiſque erroribus par-
co: ſicut enim in immunditiem corporis vniuerſi ſupplicia obarmantur, vt infrà
videbimus, ſic integritatis aſpectu eadem remouentur: Si autem Dei amorem ſibi
ea in omnibus conciliat, & dulci quadam vi trahit, potentiſſima in Epiſcopis eſt,
qui Dei charitate notantur, ad Diuinum ſibi animum voluptate potiſſimè obſtrin-
gendum:

Opportunè ad hæc Cantipratenſis refert, quod cum inſignis quædam fœmina
Cantipr.l.2 c.30. Sanctum Ludouicum Epiſcopum Cathalaunenſem inſanè deamaret, eò perueoit,
vt ſui oblita, ſuæque honeſtatis & dignitatis, fictitio quodam obtentu eum ad lo-
cum ſui amori opportunum accerſiret: A precibus primùm, inde blanditijs ad fla- D
gitioſam immunditiem allicere eum fœmineâ arte contendit: toruo ſupercilio,
aſperoque obtutu conſtitit ad hæc Sanctus Hyerarcha, nulloque pretio eius digni-
tate habitâ ſanctè ſimul & conſtanter eam corripuit, & reiecit. Heroicum hoc fa-
cinus adeò ſibi Deum obſtrinxit, vt corpore toto cadaueroſus oculos adhùc illu-
ſtres ſeruauerit, ſuaque luce decoros, & poſt quadringentos annos ab obitu velu-
ti in triumphum caſtitatis effulſerint.

Cantipr. d. c. 30. De Federico Cæſare ab eodem refertur, quod occultas admonitiones, quibus
eum Ioannes Epiſcopus Bolhenſis arguebat egerrimè ferens, hac ſe moleſtiâ ab-
ſoluere credidit, ſi eiuſdem criminis laqueo pium illum Præſulem implicaret; pul-
cherrimam igitur fœminam ſuaſit, vt ſuæ lenocinio venuſtatis eum captare conten-
deret; facilis hæc ad inſidias illi ſtruendas, locum tempuſque idoneum ad id præ-
ſtandum elegit, ſed alapâ ab eo percuſſa tàm palmari verbere vapulauit, vt præ-
ceps humi nullo auxiliante procumberet; Dei autem hoc ſpectantis beneficio fa-
ctum eſt, vt idem Cæſar, qui ignotus hæc omnia ſpectaturus acceſſerat, præ quo-
cum-

A cumque aliò totius Imperij vel Epiſcopo vel Principe eum æſtimaret. Baron. ann. 2026. n. 3.
Illibatam ſui corporis honeſtatem tàm enixè deperijſſe Diuus Burchardus Vormatienſis Antiſtes legitur, vt morte ſuâ diuinitùs præcognitâ ſibi corpus abluere ſuâmet manu pellucidâ vndâ voluerit, adhoc vt nullius aſpectui corpus eius aperiretur.

Ne moroſus hìc videar innumera prætcrire libet exempla, quibus pateret, quàm in terendâ pudicitiæ ſemitâ ſolertes conſtanteſque fuerint Sancti Epiſcopi; & ad ſua premenda veſtigia nos excitarent: addere is vnum liceat, quo vir Idolatra ad caſtimoniæ amorem nos alliciat, & vi quadam fortiſſimè cogat. De Caio Valerio Flacco Valerius Maximus refert, quod cum ſuæ adoleſcentiæ ver inter voluptatum flores effræni licentiâ tranſegiſſet, cum ad flaminis gradum (Iouis ſacerdotium hic erat) à Licinio Pontifice Maximo admoueretur, rebus ſacris ſtatim totus incumbens, vt eius muneris dignitati reſponderet, innatam animi habitudinem tàm fortis edomuit, procliuem ad voluptatum illecebras licentiam tàm validè refrænauit, ruentem in Veneris delicias habitum adeò generoſè conuertit, moreſ- Vale. Max. l. 6. c. 9.
B que immundos ad frugem optimam tàm fœliciter reuocauit, vt eâ prorſus menſurâ quà prius immunditiæ Idæam expreſſit, poſteà caſtitatis exemplar exiſteret. Quid ad hæc Epiſcopus non in fictitij numinis flaminem electus, at in veri Dei adminiſtrum, in Orthodoxæ Religionis Præfectum, in Prodidaſcalum humani generis, totiuſque terrarum vniuerſitatis Oraculum?

Quantùm luxurie denigretur Epiſcopus, eàque de causâ tùm terrenis, tùm cæleſtibus ſupplicijs percutiatur. Cap. XXIV.

C SI ad exornandum Epiſcopi nomen præ virtutibus alijs Caſtitas excellit, ſic propè, ſi contrariorum menſura non decipit, nulla alia vitij maculâ tam turpiter idem denigratur & perditur, quàm ſi luxurie ſordidetur: qui pudicitiam ſeruans cæleſtes Spiritus æmulatur, vt ſe immunditie corporis fœdat, ſui miniſterij iubar obſcurans, & decus maieſtatis abijciens, Nabuchodonoſor Regem imitatus belluas ſequitur, vt cum illis fęno & ſordibus ſaginetur: futilis ratione voluptatis in belluam deſciſcens, vitio ſe implicat, quod, vt leuiſſimè dicam, ſacrilegium redolet; ad ſordidam iucunditatem delibandam, cæli nectar excludens, ad Veneris fœditates è ſacrarij gemmis accedit, ſtudioque virtutis abſolutè deperdito, præceps in ſcelus trahitur, quod ad alia ſcelera trahit, adeòque ab Euſebio appellatur, *Hydra multorum Capitum*, ab Alexandrino Clemente, *Metropolis vitiorum*, à Diuo Chryſoſtomo *Dæmon voluntarius*; meritò eam vocaueris teterrimam ſpecum, quæ Cymmerijs tenebris inuoluta conſilij lucem extinguit, ne ſua defor- Euſeb. l. 1. Præpar. Euang. c. 2. Clem. Alex. l. 2. ſtromat.
D mitas agnoſcatur, morum corruptelam, virtutum vorticem, Tyrannum, cuius vi ratio premitur, & ferè cogitur libertas, quam ipſe Deus eius dominator immunem à ſuâ potentiâ facit; Cyrcem, cuius præſtigiis in monſtrum deformatur. In Principibus autem viriſque infulatis fœdum adeò vitium hoc eſt, ut numquam ſine offenſione aliorum eſſe poſſit, & ſine probro tùm muneris, tùm perſonæ: nec etiam tot faces in cæleſti regione nox aperit, quot oculos reſerat ad eorum indagandas venereas voluptates: neque tot plumas ad volatum explicat fama, quot linguas enodat ad eas vbique diſſeminandas, & ampliori numero augendas: quàpropter in eâ fuit ſententiâ Diuus Gregorius apud ſacros Canones, vt hac in re nomen illibatum & ab ipſa ſuſpicione alienũ ſeruaret Antiſtes, eas Apoſtoli voces vſurpans, *Vt non vituperetur miniſterium noſtrum*, quod poſteà grauiſſimis, diuiniſque prope verbis Synodi Tridentinæ Patres confirmauere. *Quàm turpe ac Clericorum nomine, qui ſe diuino cultui addixerunt, ſit indignum, in impudicorum ſordibus, immundoque concubinatu verſari, ſatis res ipſa, communi fidelium omnium offenſione, ſum-* D. Chriſ. c. opportet. 23. 81. diſt. 2. Corin 6 Conc Trid ſeſſ. 25. c. 14 de Refor.

moque clericalis militiæ dedecore, teſtatur. Eò autem in Epiſcopali ordine fœdius A
hoc crimen eſt, & magis indecorum, quò magis hominem deturpant eæ labes, quę
vultui inſident & pupillis adhæreſcunt.

Probrum hoc, quod ſuâ immunditie in Sacerdotium Præſul inureret (auertat
hoc Deus) indignum eâ dignitate præſtaret: ab eius obſequio tanti ſceleris nequi-
tiâ adeò ſe populi auerterent, vt ferè ab eius capite thiaram excuterent, ab eius
manu lituum auellerent, ne tam ſancta ornamenta eius tactu polluerentur; ad hu-
ius rei ſymbolum, licet, ſi gentis vſus ſpectetur, ad Ruben Iacob Patriarchæ pri-
migenium ſimul cum domeſtico patrimonio Sacerdotium etiam ſpectaret, ab v-
troque tamen ſui Genitoris ſententiâ deturbatus ipſe fuit, eò quod à corporis vo-
luptatibus effræni licentiâ ſe rapi pateretur; nec enim opportunum & honeſtum ſa-
pientiſſimo Iacob videbatur, ut ille Sacerdotio donaretur, qui ſuam religionem tam
fœdâ maculâ ſordidauerat, adeòque ad Deum conuerſus Iacob ait, *Effuſus es ſi-*
Geneſ. c. 49. *cut aqua, non creſcas, quia abſcondiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius*,
ſiſtit ad hæc Rupertus Abbas, & ad aliorum documentum hæc egregiè ſcribit, *In* B
Rup. Abb. *generatione Iuda & fratrum eius, ceſſauit mos ille antiquus, quo, vt iam dictum eſt,*
l. , Matth. *eatenus primogeniti Sacerdotio fungebantur: Ruben quippe, qui erat primogenitus,*
ipſe peccauit, & propterea benedictionem Sacerdotalem non promeruit, imò diminutio-
nem acquiſiuit.

Quin Pauli Apoſtoli mens fuit, vt ipſimet Epiſcopalis domus parietes mundi-
tiem redolerent, adeò vt ne quidem ſua ei puritas ſuffragaretur, ſi filium aliquem
haberet, qui recenter ſe luxuriæ aliquâ temeraſſet: quare inter conditiones, quas
in Antiſtite eligendo neceſſariò poſtulat, ea etiam eſt, vt non ſuæ tantùm caſtitati
ſeruandæ ſtuduiſſet, at etiam, ut contentione omni ad filiorum candorem cuſtodi-
endum vacaſſet; *filios habentem ſubditos cum omni caſtitate*; oculatiſſimus ad Pauli
1. Tim. 3. 4. mentem perpendendam Diuus Hyeronimus oſtendit, tantæ dignitati fore imparem,
D. Hieron. qui filiorum integritati non proſpexit. *Vide quanta pudicitia exigatur in Epiſcopo,*
ad Iouin. *vt ſi filij eius impudici fuerint, ipſe Epiſcopus eſſe non poſſit*. C
l. 1.
Ad Theſſalonicenſes ſcribens Apoſtolus, breui, ſed robuſtè tria deſcribit hu-
1. Theſſ. 3. 4. ius ſceleris vitia, noſtro miniſterio penitus indecora: Primum eſt, quod ſicuti nul-
lam nobis impenſiùs uirtutem Deus commendauit præ caſtitate, ſic nullum vi-
tium ſerpere, quo Diuinæ magis aduerſemur uoluntati, noſtrique muneris ſancti-
tatem deſtruamus quàm luxuriem, quæ ſceptrum Deo rapere conatur, vt abiectiſ-
ſimæ fœdiſſimæque voluptati illud tradat: *Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra,*
Euſeb. in *vt abſtineatis vos à fornicatione*: iuxta hæc aſſerit Diuus Hyeronimus, hoc tantùm
vit. D. Hieron. de crimine Deum pęnituiſſe, quod hominem creauerit, *Pænitet me feciſſe homi-*
Geneſ. 6. 12. *nem, audi iam rationem, omnis quippe caro corruperat viam ſuam*.

Alterum eſt, quia nullo alio vitio tàm validè à ratione eiuſque authore Deo
auertimur, adeò vt quandoque fides ipſa, ipſa Religio periclitetur. *Non in paſ-*
p. Theſſal. *ſione deſiderij, ſicut gentes, quæ ignorant Deum*. Hînc Philo Hebræus, vt oſtendat
prę vitijs alijs rationem libidine oppugnari, docet in tres ueluti uirtuales partes hu-
manum animum Diuinâ ſapientiâ diſtinctum: Rationalis prima eſt, quam veluti D
Phil. l. 2. de currus huius aurigam ad eum ſecurè ducendum locauit in capite; Iraſcibilis altera
alleg. leg. eſt, cui cor vitæ ſedem pro ſua ſtatione deſignauit; tertia demùm è cupiditate di-
cta, locum vbi immoretur ſortita eſt abiectiſſimum, & quo magis à ratione diſtat,
eò arrogantius inſeruire illi recuſat.

Tacitus ipſe an non docuit. *Animo per libidines corrupto nihil honeſtum*
Tacit. l. 11. *ineſt?*
Annal.
Poſtremum eſt, labem hanc fœditatem hominis eſſe, infamiæ notam, ignominiæ
ſignum, *in ſanctificatione & in honore, non in paſſione deſiderij*, optimam hominis
1. Theſſ. 2. 5. dotem obſcurat & delet, honorem ſcilicet, cui ſordidam hanc affectionem Apo-
ſtolus oppoſuit.

Si tantùm hoc cogitaueris, ſcelus eſt, ſi diù mediteris, impudentia, ſi exequa-
ris monſtrum veluti eſt, quod Meduſâ ipſâ deformius terrorem incutit, excutit
dignitatem: ſi characterem ſpectes, ſacrilegium eſt, ſi votum quo obſtringeris,
perfidia, ſi miniſterium nobis demandatum, proditio, ſi dignitas, iniuria, ſi ſa-

crum

A crum connubium, quo Eccleſiæ coniuncti filios noſtros habemus in populis, inceſtus; demum ſi Cathedra, hæreſim ſapit.

Sacrilegij labem ſcelus hoc inferre ex primi tantùm ordinis ſacri notâ quis neſciat? deformiſſima igitur & planè monſtruoſa in Epiſcopo fuerit neceſſe eſt, cum in ipſo ſacri ordines omnes nexu quodam digniſſimo colligantur; hi tamen omnes vno actu libidinis imputantur: *Cum omnes Eccleſiaſticos ordines in te vno habeas, metuendâ mole congeſtos, omnes proculdubio fœdas, dum te proſtribuli commixtione commaculas*; Damiani ſunt verba: *Voti vi, quo noſtri corporis & mentis integritatem Deo litauimus, Dei ſumus; nóſque Deo debemus*: ſi cum ingenti dedecore data homini fides violatur, quantò ignominioſius erit, ſi fidem in contractu inito datam Deo impiè frangamus; audiantur Diuini Spiritus verba: *ſi quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio*. noſtri tantùm muneris eſt, à Stygiis monſtri inſidijs populorum oues arcere, eaſque tùm ſermonibus, tùm exemplis, tùm virtutibus ad cæli viam adducere. An igitur perditi adeò erimus, vt luporum inſtar libidinis faucibus noſtras oues deuoremus, eaſque ad eam deſtruendam pudicitiam excitemus, cuius ſeueritati proſpicere noſtrum eſt? *& qui prædicator conſtitutus es caſtitatis, non te pudet ſeruum eſſe libidinis*, ſic ad Epiſcopum, qui huiuſmodi morbo laboraret Damianus.

D. Petr Damianus ep. 6. l. 2. — Eccleſ. 35. — Pet. Dam. vt ſup.

B Excellens adeò noſtra dignitas ſupra omne dignitatis humanæ faſtigium eminet, vt occultum & cæleſtem characterem in alijs imprimat, & ad noſtrarum vocularum ſonitum Diuinum è Cælo Spiritum aduocet, vt in eis immoretur, *obediente Deo voci hominis*; an igitur obſcenis & ſordeſcentibus labijs & manibus noſtra opera polluemus, quibus ad tantum miniſterium, diuinoſque illius vtitur Orthodoxa Religio: *Ad impoſitionem manus tuæ, deſcendit Spiritus Sanctus; & tu eam adhibes genitalibus Meretricum? Linguæ tuæ obſequitur Deus & tu non vereris obedire Dæmonibus? Porrò, qui in Eccleſiaſticâ cerneris dignitate conſpicuus, non te erubeſcis immergere fornicibus ſcortatorum*. Iterum dedi Damianum: cum autem Eccleſiæ, illibatæ ſcilicet Virgini Sponſi nos Deo pronubo ſimus, quis ignoret noſtros eſſe filios eius filios, & Antiſtitem eorum eſſe parentem, quos iterum Chriſti ſanguine fidei regenerauit? qui ergò fieri poteſt, vt ad impudica præſtanda, filiam ſuam adhibeat, eamque Spiritu ſibi iunctam, obſceniſſimis etiam corporis iungat amplexibus? nefandus profectò erit ille concubitus, inceſtuoſa voluptas erit, eòque etiam grauior, quò corpore ſpiritus nobilitate præcellit. *Porrò cum tu ſis vir & ſponſus Eccleſiæ tuæ, quod vtique perhibent & annulus deſponſationis, & virga commiſſionis, omnes, qui in eâ regenerati ſunt per baptiſmatis Sacramentum, tibi quoque nihilominus adſtringuntur neceſſitudine filiorum*. Sic idem Damianus.

Ioſue 10. 14. — Dam. vbi ſud. — Dam. vbi ſup.

C Demùm cum Sapientiæ ſedes, Diuinæque ſapientiæ Gymnaſium Epiſcopalis Cathedra ſit, quicumque ad libidinis ſuæ ſaturitatem eius magiſterio vteretur, an non nefariâ quadam metamorphoſi eam in peſtilentiæ cathedram immutaret? exemplo etenim ſuo Nicolaitarum peſtilens & hæreticum dogma diſſeminaret, hoc eſt viris ſacris venereos amplexus licere: quod verbo illi docebant, hoc firmaret exemplo, cuius vis, ad animos ſuperandos, quocumque verborum ambitu validior eſt: Damianus rursùs audiatur. *Præterea non ea paueſcis, ò infelix Epiſcope, quia dum in luxuriæ voraginem corruis, Nicolaitarum hæreſim incurriſti? Nicolaus enim vnus ex his, quos Petrus Apoſtolus Diaconos conſecrauerat, dogmatizabat, Clericos cuiuslibet ordinis, nuptialibus fœderandos eſſe coniugiis: quod ergo ille docebat verbis, adhùc tu in cathedrâ peſtilentiæ ſedens, multò deterius imitaris exemplis*.

Dam. vbi ſup.

D Proh Deus! an non cruentis hoc propè lachrymis deflendum eſt? è ſupremi Sacerdotij vertice in abiectiſſimi criminis ſordes præcipitem ruere, pudicitiæ ſedem in curtum ad libidinis triumphum inuertere, Aſmodęo ſe vltroneam victimam deuouere, qui ad populorum delendos errores immaculatam Chriſti Domini hoſtiam immolaturus eſt; vt inſeruiat Dœmoni, qui Dœmonas in omnes verbo motuque exercere imperium poteſt; vt Cæli delicias abdicet, fœtulento ſcorto fruiturus; vt cæleſtis Panis nectarea obſonia auerſetur, ad belluinas dapes vnâ cum filio prodigo inter pecorum ſordes euorandas; obſcenis & maculoſis manibus il-

lum atirectare in Cælo dominantem, qui vix puer in cunis virginis tantùm manibus attingi paſſus eſt; iniuriam cælo inferre, qui hauſit è Cæli ſinu dignitatem; mœrorem cæleſtibus inferre ſpiritibus, vt ſtygiæ peſtes exultent; demùm vt ſe belluinâ voluptate ſaginet, famam, nomen, decus, æternamque ſalutem vno ſimul iactu decoquere? A

Adeò in Epiſcopis ſcelus hoc damnatum ſemper omnium ſuffragio fuit, vt licet Diuus Gregorius ob egregiam ſui nominis famam, quâ ſpectatiſſimus omnibus erat, Agrigentinâ ſede donatus fuerit, quia tamen mendaciſſimis nonnullorum expoſtulationibus cum aliquibus fœminis luxurioſè egiſſe diceretur, duorum annorum interuallo carceri, Pontifice mandante, fuit addictus, vſquequo eius innocentiam euulgarent tùm multa magnaque miracula, tùm Synodi totius ad hanc rem collectæ ſuffragia.

Sur. 13 Nouembr.

§. I.

B

PRO comperto mihi eſt, non eis ſcatere vitiorum monſtris recentem hanc ætatem, quibus Diui Bernardi ætas tam ferociter redundauit, vt propterea Patres Concilij Rhemenſis alloquens pro panegyri, fortiter eos ſanctèque corripuerit: Verùm ſi ſæculi res in deterius ruerent, eaque, vt olim fœcunditate multiplici tellus germinaret (quod Deus auertat), quid profectò aliud eſſent, quam illæ templi abhominationes, in quas olim Diuinus adeò furor efferbuit, cum Ezechieli eas oſtendens, ait, *fode parietem & ingredere (in templum) & vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt hic*. Tuis ſi licet oculis inſpice ſcelera, quibus nobiliſſima Templi Myſtici pars, hoc eſt Præſules, occupantur: Inſpice ſordes, quibus meum Sanctuarium ab ijs impietur, qui reliquis celſiores nocturnis tenebris, quarum patrocinio ſe tuentur, obſcuriores fœdis ſe fædant voluptatibus, teterrimas in eos praui exempli tenebras effundentes, quos clariſſimis virtutum radijs illuſtraturi eſſent; vt enim eximiè Diuus Bruno ſcripſit, *Niſi continentiam & caſtitatem habuerint, non lumen & claritatem, ſed tenebras miniſtrant & cæcitatem*: licet adeo ineptiant, vt tùm humanos, tùm Diuinos oculos in eis inſpectandis cœcutire arbitrentur; quàpropter Ezechielem alloquens Angelus ſic ait, *certè vides fili hominis, quæ Seniores domus Iſrael faciunt in tenebris; vnuſquiſque in abſcondito cubiculi ſui: dicunt enim non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram*: ſi namque fidei lumine vegetati Deum ſibi vbique præſentem agnoſcerent, fieri non poſſet, vt iniurioſi in eum eſſent, fœdoque Cupidinis Idolo eum poſthaberent. Nefaria ſacrificia, quibus ad Veneris aras ſe ipſos immolant inſpice, adminiſtros Veneris inſpice, quibus mei templi atria, hoc eſt Præſulum palatia ſanctitati ſolum deuouenda replentur, & *Ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem*. Quid aliud ſanè hoc eſt, quam zeli Idolum, quo Deus ad iram & ſupplicia exoneranda irritatur? quis credat? maior illi cruciatus infertur, ignominia maior inuritur, ſi huiuſmodi ſordibus animæ noſtræ templum inquinauerimus, manus & labia, quæ in ſui nominis inſtrumenta elegit, noſtramque perſonam polluerimus, quam vt ſui imaginem ipſe deſignauit, quàm olim cruciatus inferretur ex ipſo crucis pondere, ipſaque mortis cruentiſſimæ ſæuitate. Nos de hoc acriter ipſummet Chriſtum obiurgantem audi ex Auguſtino; *Cur habitaculum, quod mihi in te ſacraueram, luxuriæ ſordibus polluiſti? Cur corpus meum illecebrarum turpitudine maculaſti? cur me grauiore criminum tuorum cruce, quàm illâ, in quâ quondam pependeram, afflixiſti; grauior enim apud me tuorum peccatorum crux eſt, in quâ inuitus pendeo, quàm illa in qua tui miſeratus, mortem tuam occiſurus, aſcendi*.

D. Ber. ſer. 2. ad Paſt. f. 1728.

Ezech. 8. 8.

C

D. Brun. ſerm. 5 de confeſſ.

Ezech. d. c. 8. 12.

c. 8. 3.

D

D. Auguſt. ſer. 67 de temp.

Ad fractam igitur fidem vlciſcendam cæleſtia ſimul & terreſtria obarmentur, tùm à ſupremis Hyerarchis, tùm è ſacris Concilijs ſtatuatur, vt Epiſcopali munere abdicentur, qui tàm fædo vulnere Religionis ſpeciem deformarunt. Principatum adeò excelſum exuat, qui ſupremum in Principem tàm ignominioſâ proditione conſpirauit: Oſtraciſmi lege ſeruatâ ab Eccleſiâ longè arceatur, qui eius pudicitiæ ordinem luxuriæ triumpho perturbat, illa eadem dignitas, quam ipſimet denigra-

nigrarunt, pęnas excitet, exacuat ſupplicia, & fulminum faces accendat: hoc idem A ſanè veluti ProcuratorisFiſcalis vices agens à Summo Pontifice Nicolao Secundo feruidè poſtulauit Beatus Damianus, illud afferens, nullâ aliâ de ratione in ſacris litteris explicari, prænobiles tùm Madianitam fœminam, tùm virum Hebræum fuiſſe, quas eadem cæde ſanctiſſimus vir Phinees percuſſit, *niſi ut doceret carnales illecebras in eminentioribus perſonis acrius perſequendas*, *adeòque* ille proſequitur *deponantur ij, qui eccleſiaſtica caſtitatis non verentur fœdare munditiam; & deiecti deterreant, qui male ſtantes ad turpis vitæ contumeliam prouocabunt*. Quàm æqua rationi ſit, quàm crimini ipſi conformis hæc petitio, Canon ſatis teſtatur, quem olim ab ipſis Apoſtolis ſtatutum, Diuus Clemens Pontifex poſteritati commiſit, & Gratianus inter Canones ſacros immiſcuit, *Si quis Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus, poſt Diaconatus gradum acceptum, fuerit fornicatus, aut mœchatus: deponatur, & ab Eccleſiâ proiectus inter laicos agat pænitentiam*, quam poſtea legem Alexander Secundus ad Epiſcopos & Reges Dalmatiæ ſcribens, vlterius roborauit.

Num. 25. 7. & in fin. D. Pet. Damian. ep. 6. poſt init. l. 1 ante fin. Can. Ap. 25 relat. in c. ſi quis 13. 81. diſt. c. ſi quis 16 ead. diſt.

B Hoc eodem pietatis ſtudio ſuccenſi Concilij Toletani Patres, ſermonem non tantùm de Epiſcopis habentes, ſed vnâ de omnibus, qui ſacris deuoti eſſent, ſi fortè hi venereis voluptatibus indulgerent, ſtatuere, *quod ſi fortè fecerint, ut ſacrilegij rei ab Eccleſia habeantur extranei*: in hanc eandem ſententiam Octaui Concilij Toletani Patres iuere: hi enim, Diuo Martino Orthodoxam Religionem moderante, cùm quinquaginta ex Epiſcopis eſſent, ex Abbatibus duodecim, è Vicarijs decem, ſtatuerunt, infulis ſacris exuendos illos eſſe Antiſtites & nunquam illis reddendos, qui Caſtimoniæ flore deperdito, luxuriæ ſordibus maculoſi ſquallerent; hanc tamen pœnam priuata Hiberniæ Synodus leniuit, eamque ad ſeptem annos definiuit, quibus acerbis ſupplicijs eorum pęna ſtatuta perſolueretur. Has demùm ſordes penitùs eradere & ablegare contendit Synodus Tridentina ab omnibus ijs, qui aris admoti Deo arctiùs deuouentur: videat Lector, quid hæc hac de re ſtatuerit: plures enim Theoſebiæ Magiſtri in eis explicandis verſantur.

Conc. Tol. 2. Conc. Arelat. 8. c. 45. Baron. ann. 655. Suar. v. 5 de cenſ. diſp. 31. ſect. 5. ad n. Regin. in praxi fori pænit. l. 32. tr. a. n. 65 Conninch. de cenſ. diſp. 13.

Quæ autem in ſuperiùs memorato Canone ſtatuerunt Apoſtoli, tantâ ſolertia C ſeruare contendit Diuus Gregorius Pontifex, vt cum ad eius aures peruenerit, Tarentinum Antiſtitem nomine Andream cum quadam fœminâ impudicè degiſſe, abſque eo quod certè ſciret, an anteà, an poſt ſacros ordines huiuſmodi flagitio ſe implicaſſet, Epiſtolâ ad eum ſcriptâ validè adhortatus eum fuerit, vt ſi iam ſacris initiatus libidini indulſiſſet, ſe infulis Epiſcopalibus abdicet, & ab aris exul Diuinam hoſtiam litare non audeat: his autem nedùm acquieſcens Gallopolitanum Hyerarcham admonuit, vt ad id ei ſuadendum operam ſuam præſtaret.

D. Grego. ep 44. & 45. l. 2.

Eodem hoc ſtudio eadem in re exarſit Sanctus Gregorius Septimus Pontifex, dignitate, nomine, pietate Primum Gregorium referens: hic, referente Surio, nulla aliâ in re tam vigili diutinaque contentione laborauit, quâm in eradicandâ Simoniâ & luxurie, quibus viri ſacri tunc temporis ſordeſcebant: adeò vt in Synodo quarta Romæ coactâ proprio Canone ſtatuerit, ſacri ordinis exercitio impediendum Antiſtitem illum eſſe, qui pudicitiæ cultum negligens, æqua ſupplicia in D obſcœnos Lythurgos non irrogaret: ſed de hoc vberiùs infrâ.

Sur. in vita S. Bennonis Epiſcopi 16. Iunij. c. 1 83. diſt.

§. II.

HActenùs de ſupplicijs, quibus obſcænitas à tellure percutitur: Cælum iam adeamus ſua fulmina in eandem intorquens: imagine, quam de hoc habemus, omiſſa in Ozâ, quem hac tantùm de causâ intempeſtæ mortis ſupplicio correptum docent ſacri Magiſtri, eò quod Arcam periclitantem manu ſua fulciuerit (hoc autem mercede potius dignum videbatur), quia ſcilicet ab vxoris concubitu nocte præteritâ non abſtinuerit.

2. Reg. 6.

Memoratu perdignum eſt, quod de ſeptem ijs Epiſcopis narrat Diuus Gregorius: his enim licet Vandalorum Regis imperio radicitùs euulſæ linguæ fuerint Religionis Catholicæ propugnatrices eximiæ, adhuc tamen elegantiſſimè voces

D. Gregor. l. 3. dial. c. 32.

arti-

Digitized by Google

A A Contubernio fœminarum alieniſsimos fore Antiſtites. Cap· XXV.

SI tàm horrendâ tetrâque caligine obruitur ab impudicitiâ noſtri ordinis mune-
riſque maieſtas, vt iam pridem explicauimus, nulli labori locus dandus eſ-
ſet, ad oſtendendum, quàm vigiles & ſoleries ad eam euitandam imò execran-
dam futuri eſſemus, & quàm ſollicitè ea omnia arceamus, quæ ad eam valent
nos aliquatenùs incitare.

Quò pretioſior, quò rarior eſt caſtimoniæ gemma, eò mollior & facilior eſt, quæ
nobis rapiatur: ſi autem ad raptam Nympham ſeruandam vix centum oculi Argo
ſuffecere, ſi Colchicum vellus ſatis tueri non potuerunt ignei Tauri Draconeſque
peruigiles, an perſuaſum nobis animo eſſe poſſit, vt pretioſum adeo monile ad animi
noſtri ornamentum ſeruari tutò valeat, ſi dormitemus, ſi ſtertamus? Domi ho-
B ſtem habemus, qui caſtimoniæ arcem perennibus inſidijs ſemper inuadit, & inex-
tinguibili flamma in excidium pudicitiæ graſſatur: Quapropter vt docet Diuus Hye-
ronimus, res eſt *ſollicitæ diligentiæ, in carne non carnaliter viuere, ſecum pugnare* D Hieron. ep 10. ad Furiam.
quotidiè, & incluſum hoſtem, Argi vt fabula ferunt, centum oculis obſeruare.

Caſtimoniæ amatores funambulis meritò comparat Tertullianus: hi enim niſi Tertull de pud. c. 10.
quemcumque gradum metiantur, niſi libellam quâ corporis motus vtrimque tem-
perant, opportunè & cautiſſimè metiantur, ineuitabili exitio præcipites ruunt,
Quàm craſsè aberrat, qui pudoris candorem colere arbitratur, abſque labore, abſ-
que ſolertiâ, quæ Diuinæ virtuti aſſociata certam de impudicitiæ hoſte ſcit referre
victoriam; quis enim ſine pugna ſperet tantum hoſtem eſſe victorum: vt enim
præclarè ait Diuus Auguſtinus, *inter omnia Chriſtianorum certamina, duriora ſunt* D. Auguſt. ſerm. 250. de ſump.
prælia caſtitatis, vbi quotidiana eſt pugna, & rara victoria; palmam hanc dormi-
tantes & hebetes lucrari non valent; ſi enim ad quamcumque virtutem acquiren-
dam, tantum ſudoris, tantum conatus exigitur, quantumnam certaminis & pugnæ
C poſtulat caſtitas, quæ eò laborioſior eſt, quò pulchrior, eò difficilior quò delica-
tior; Audi iam Peluſiotam. *Sine labore & contentione pudicitiam conſequi nemo* D. Iſid. Pel. l. ep. 6.
poteſt.

Si quidem nimis heu verum eſt, iuxtà Apoſtolum, *habemus theſaurum iſtum in* 2. Corin. 4.
vaſis fictilibus: talem profectò theſaurum, nec Eritrhæi littoris gemmæ, nec au-
reæ vel Tagi, vel Pactoli vndæ componunt: ſed adeo imbecille caducumq; vas eſt,
quo ipſe ſeruatur, vt facilè diſſiliat & frangatur, nec deſunt tum numero, tum vi-
ribus, tum fraudibus expertiſſimi hoſtes, quibus ad eius iacturam faciendam cir-
cumuenitur: Pretioſiſſima cum pudicitia ſit, nobiſque maximè glorioſa, è præmio
potiſſimum, quo caſti coronantur à Deo, quâ contentione, quâ ſolertia, quibus ver-
ſutijs vtitur Dœmon, vt eam nobis rapiat, *vt corpus animi domicilium, animi vas,* D. Chriſol. ſerm. 12.
murum ſpiritus, virtutum ſcholam, Dei templum, in ſcænam criminum, in vitiorum
pompam, voluptatum redigat in theatrum. Sic Chryſologus.

D In Epiſcoporum tamen caſtitate profligandâ verſutiſſimus ſimul & ſtrenuiſſimus
ipſe eſt, ac ſi triumphorum omnium maximus illi ſit, vt ex Andreæ Fundani An-
tiſtitis exemplo inferiùs narrando clariſſimè liquet.

Ad hanc autem pugnam inſtruendam validiſſima arma illi ſunt fœminæ, qua-
rum lenocinio ab ipſo mundi orientis exordio, fortiſſimo veluti ariete, virorum
ſternere pudicitiam aſſueuit: vt autem inter vitiorum morbos, virulentior nullus
libidine eſt, malorum omnium ſcaturigine, ſic ad eam afflandam fœmina ſolura
aptiſſima eſt: non adeò periclitetis, ſi cum viperâ ludas, ac ſi cum fœminâ, adeò-
que nos alloquens Diuus Hyeronimus pronunciauit. *Quid tibi neceſſe eſt in ea ver-* D Hier ep. de vitand. ſuſp. contubern.
ſari domo, in qua neceſſe habes quotidie, aut perdere, aut vincere? quis unquam
mortalium iuxtà viperam ſecuros, ſomnos capiet? qua & ſi non percutiat, certè ſol-
licitat.

Hoc fuit in causâ vt Tertij Carthaginenſis Concilij Patres ſacros uiros caſti- Conc Carthag. 3 c. 17
tati deuotos arcerent à conſortio fœminarum, eaſque tantùm eorum domi verſari
per-

Digitized by Google

permitterẽt, quæ arctiſſimo ſanguinis vinculo illis eſſent obſtrictæ; quod ipſum exa- A
c. ſed ſi fortè 21.81. diſt. ratoCanone Lucius Pontifex mandat *vt cum magnâ ſollicitudine fiat: non enim igno-
ramus malitias Satanæ, Cur autem cum conſanguineis ſuis cõtubernium permittatur
c. à nobis 9 de cohab. clet. & mul. Epiſcopis, ad Piſtorienſem Hyeratcham ſcribens Innocentius Tertius aperuit, quia
ſcilicet ſanguinis nexus quamcumque fœditatis ſuſpicionem eradit, *In quibus na-
turale fœdus nihil permittit ſæui criminis ſuſpicari*. Sic Pontifex.

Poſſid. in vit. S. Aug. c. 26. Verùm perfectiſſimam hac in re viuendi formam Epiſcopis omnibus præſtitit Di-
uus Auguſtinus: hic enim, fidem faciente Poſſidonio, mulieres omnes à ſuis ædi-
bus abigens, ne quidem ſororem ſuam pijſſimam viduam, vel duas ſobrinas, vel
alias duas patrueles Dei obſequio dicatas in eadem ſecum domo recepit, licet
Conciliorum ſuffragia hoc ei permitterent: licet enim ſuſpicionem nullam afferre
poſſent piæ huiuſmodi mulieres tàm arctâ propinquitate coniunctæ, earum tamen
ancillæ, & cubiculariæ offenſionem aliquam parere populis poſſunt, ijſque præſer-
tim, qui de alijs temerè arbitrantur.

Exemplo hoc Diuus Gregorius vtitur ad Epiſenpos ſcribens: extraneas enim B
mulieres omninò ab eorum contubernio excludens iuxtà Canones, licet conſan-
guineas eis permittat, ſubdit tamen, *Melius tamen faciunt, ſi etiam talium ſe coha-
bitatione contineant. Nam legimus quod Beatus Auguſtinus, nec cum ſorore ſuâ ha-
bitare conſenſerit, dicens: Quæ cum ſorore meâ ſunt, ſorores meæ non ſunt: docti viri
cautela magna nobis debet eſſe instructio; nam incauta præſumptionis eſt, quod fortis
pauet, minus validum nec timere.*

Quin ſi ex ipſis conſanguineis, ipſiſque ancillis oriri aliqua obſcœnitatis ſuſpi-
cio poſſet, Synodus Moguntina decreuit, illas pariter à noſtris ædibus abigendas,
cap. 1. de cohab. cler. & mul. rationem de hoc afferens, *quia instigante Diabolo, & in illis ſcelus perpetratum re-
peritur, aut etiam in pediſſequis earundem*: quibus prælusiſſe videtur Diuus Hye-
D. Hieron. ep. ad Ruſt. ronimus, qui ad Oceanum, ſcribens, virique Lythurgici colorans Idæam, præ
alijs his illum monet: *Prohibe virgines tecum morari, etiam ſi de genere tuo ſint.*

Maius etiam quid proferam: cum enim Diuus Nicolaus Pontifex acepiſſet, iu- C
uenem quendam Epiſcopum liberiuſculè quàm par erat, cum filiâ ſuâ, quam prius
vxoratus habuerat, conuerſari, neque è monitionibus, quibus eum Metropolita-
c. 1. 84. diſt. nus Antiſtes arguerat, reſipuiſſe, eidem Metropolitano præcepit, vt ſi nondum
ab huiuſmodi licentia deſtitiſſet, anathemate eum percuteret, & diris omnibus de-
uoueret. Maximum omnium diſcrimen illud eſt, quod ex ancillulis & cubicularijs
occurrit, cum enim paratiſſimæ iſtæ ſint, vt dominorum genio indulgeant, eâ in
re potiſſimùm, quæ voluptatis ſimul & vtilitatis ſibi eſſe poſſit, gloriæ ſuæ du-
centes, ſi à Dominis diligantur, facillimè voluptati eorum ſe tradunt, nec mul-
tùm laboris exigitur, vt ventris titillationi adhæreant, & cupiditatem, quâ pruri-
D. Hieron ep. ad Ruſt. tantur, exaturent; audi de hoc Hyeronimum ad Ruſticum ſcribentem. *Matrem
tuam ita videas, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo hæreant,
& tacitum viuat ſub pectore vulnus. Ancillulas, quæ illi in obſequio ſunt, tibi ſcias
eſſe in inſidijs; & quantò vilior eſt earum conditio, tanto facilior eſt ruina.* bis ex hui-
uſmodi conſuetudine adhuc adoleſcens in tranſuerſum actos nonnullos agnoui. Ex D
his quidam Sacerdos, vt Deo ſalutique ſuæ vacaret, ſodalitio cuidam adſcriptus,
cum patriam poſteâ perrexiſſet, vt parentes inuiſurus ſimul ibi fractas animi vires
reficeret, ancillulam offendens, & familiaritate nimis incautâ cum eâ conſueſcens,
Dœmonis inſidijs irretitus, in fœdiſſima cum ea crimina delapſus corruit, priſtinæ
pietatis leges excuſſit, demùm ſine vllo reprehenſionis metu liberiùs ſe effundens,
adeò impudoratè ſe egiſſet, vt non ſine parentum lachrymis per triuia & fora ſcelus
eius inter iocularia colloquia ſe porrexerit. totam ſui doloris ſeriem Sodalitij Pa-
tribus aperiens mater incauta, vt ſocium filium ad ſe reuocarent, effecit, vt à ſe
illi eum repellerent tanquam ſuo conſortio tam fœdo ſcelere indignum. Alter au-
tem meus familiaris itidem Sacerdos, caſtitatis commendator eximius, ancillulæ
oculis captus & lenocinio deceptus, pudicitiæ deperditæ lumen fœdiſſimè obſcu-
rauit.

Vtinam

A

§. I.

VTinam illud Diui Cypriani effatum re verâ non exiſteret, *lubrica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati ſaluari ſe ſperat: incerta victoria eſt, inter hoſtilia arma pugnare; impoſſibilis liberatio eſt, flammis circumdari, nec ardere*: quis adeò conſilio demens eſſet, vt per obſitam latronibus regionem theſaurum ingentem efferret? Quis inter Charybdis gurgites tot naufragijs famoſos tutum iter ſibi ſuadeat habiturum? quis validioris hoſtis furori ſe prudens credat? quis ad aridi fomitis materiam proximum ignem conſultus ferret? quis demum ad præcipitij marginem ſupinus obdormiſceret? *ipſi nos fallimus quoties credimus inter maſculos & fœminas caſtitatem immobilem cuſtodiri*.

D. Cipr. de ſingul. Cler.

Cipr. vbi ſup.

Quin maioris eſſe loco miraculi, docet Diuus Bernardus, cum muliere ſecum cohabitante, non vel re, vel verbo, vel animo inquinari, quàm ſi mortuos recreares: Aptiſſima ad hanc rem mihi ea verba videntur è Purpurato Vate. *Diſſipata*

B *ſunt oſſa noſtra ſecus infernum*, legunt alij, *emollita ſunt oſſa noſtra ſecus infernum*; ac ſi diceret; qui familiarem habet domi ſuæ fœminam, animum prius emolliens ad Tartari fores accumbit. præclarè ſic Arnobius; *Iuxta infernum ſumus, quando, ſocietas noſtra diuerſus ſexus inquietat*.

Bern vbi ſup.

Arnob. ibi.

Ad hæc Diuus Auguſtinus acutè perpendit, vtrumque Adamum à Dœmone oppugnatum, inter paradiſi delicias primum, inter ſolitudinis vepres alterum: *ſed vbi mulierem inuenit, vicit; vbi mulierem non inuenit, victus abſceſſit*. Ad quæ ſatis conſonè Philo etiam aduertit ſacri Chronologi verba de Adamo loquentis antequam Eua adduceretur, *creauit Deus hominem ad imaginem ſuam*, illud ſignificare mulierem futuram in causâ, vt ſuâ venuſtate deperditâ innumeris calamitatibus obſcuretur; *Vt autem obnoxius viueret, occaſio fuit mulier*.

D Aug. ſer. 37. de temp. tem. 10.

Phil. de opiſ. mundi.

Egregiâ hoc idem ſimilitudine expreſſit Diuus Baſilius, hominem ferro, magneti fœminam conferens: ne igitur hic illi approximetur, ne arcanis quibuſdam nodis illud ab iſto trahatur: ſed accipe eius verba, *ſicut enim ſecretiſſimâ in magnete lapide naturæ vi, nouimus non ipſum ad ferrum duci, ſed ad ſe prius ferrum attrahere: ita & fœmineum corpus aduerſus maſculinum ineffabilem accipit vim, per quam, fermè dixerim, ignorante anima, quæ in ipſo eſt, viri corpus vltrò ad ſe trahit*.

C

D Baſil. de Virgin.

Potiſſimum hac in re diſcrimen in eo ſitum eſt, quod aliquis vel ſuis viribus fidat, vel præteritâ caſtitate ſuperbiat: in huiuſmodi bello, qui fuerit aliás victor, victus frequentiſſimè euadit, deſciſcunt in cupreſſos palmæ, nimiâque fidentia deſidiaque breui lauri exareſcunt: *Nullusque, iuxtà Sanctum Martyrem Cyprianum, diu tutus eſt periculo proximus*; dedi Hyeronimum; Quis Dœmonis verſutias ignoret? ſomnum ipſe fingit altiſſimum, vt nos propè ignem ſopor inuadat, animo facem immittat virtutis viſcera deuorantem: tam facilè viri mentem fœmina corrumpit, quàm breui tinea pannum erodit. *De veſtimentis procedit tinea, & à muliere iniquitas viri*, Ioannes ſanè Climacus expertus teſtatur, aliquos diù ex muliebri con-

D ubernio ab omni maculâ obſcœnitatis immunes, præ nimiâ ſecuritate, qua dormitabant, *continuò in interitum præcipites fuiſſe*.

D. Hieron. proem. l. 2. in Amos.

Eccleſ 42. 18.

Climac. in ſcal. gr. 15.

Quis credat leuiſſimâ libidinis aurâ ſolidiſſimas Templi columnas miſerrimè corruiſſe? Qui è Lythurgico ordine Chriſtianæ Religionis floreſcentes areas ſuo ſanguine irrigarunt, qui ferreos compedes & carceres conſecrarunt, qui mirabilia patrantes Tyrannos immaniſſimos triumpharunt, qui rugientium Leonum inſtar Hæreſim lacerarunt, vnius fæminæ mollitie fracti, triumphos & laureas tot ſudoribus, tam diutino bello collectas vno veluti iactu perdidere: fidem his facientem profero Cyprianum, *Mentiar, ſi non vidimus exinde interitus plurimorum. Quanti, & quales Epiſcopi, Clerici ſimul, & Laici poſt confeſſionum victorarumque calcata certamina, poſt magnalia & mirabilia, & ſigna vſquequaque monſtrata, noſcuntur cum his omnibus naufragaſſe? Quantos Leones domuit vna muliebris infirmitas delicata, quæ cum ſit vilis & miſera, de magnis efficit prædam*.

D. Cipr. de ſingul. cler.

D Greg. 3. Pſ. c. 7. Iuuat hic Andreę Fundani Antiſtitis exemplum Diui Gregorij ſtylo narratum afferre: egregiâ virtutũ exercitatione hic erat illuſtris, & pudicitiam ſtudio ſingulari coluerat, quàpropter veteri caſtimoniæ fidens, Epiſcopali ſolio donatus, ancillulam, quam veſtes religioſas induxam penès ſe *in minoribus* habuit, ad palatium Epiſcopale deduxit, ad fouendam pietatem, eamque in Dei viâ ſociam habendam; anſam ex his verſutiſſimus Tartari hoſtis arripuit, vt eius animum labefactaret: contigit enim, vt Neapoli Romam via Appiâ Hebræus incedens, deficiente iam propè die, dirutum templum Apollinis olim cultui dicatum ingrederetur, & è timore quem illius loci ſanctitas intulerat, licetà Chriſtianâ militiâ abeſſet, ſalutari ſigno Crucis ſe identidem communiret; at ſomno vi metus omninò abacto, ſub mediam noctem innumeros erumpere ex Inferis malos genios vidit, aulicorum more Principi ſuo obſequentes; ſolio hic ſuperbus inſedit, ſingulosque eorum percontatus, rationem ab eis exigebat de relatis ab vnoquoque victorijs: alijs alia narrantibus, coram eo quidam ſe dedit referens, ſe fœminæ illius venuſtatem Andreæ Epiſcopi pectore depinxiſſe: plauſit ad hæc Princeps, & rurſus ille ſubdidit, rem vſque eo ſuâ operâ deueniſſe, vt præteritâ die per iocum fæminæ humerum Andreas manu blandâ percuſſerit: tùm Satanas contentiosè adhortatus eum eſt, vt rem omnium aliarum maximam, palmamque cæteris glorioſiorem ad finem vſque perduceret. His ex Hebræo intellectis, fæminam illam ſuâ è domo abegit Andreas, vnâ cum alijs famulis, ſuæque pudicitiæ proſpiciens, cautior in poſterum fuit. Quis hîc non agnoſcat conatus, quos excrit Dæmon, vt Antiſtitum caſtitatem deſtruat, animique voluptatem quâ fruitur, ſimulque pericula, quibus è fæminarum propinquitate obuallamur: Iure igitur meritò Nepotianum Diuus Hyeronimus admonuit, cùm è prophanâ viuendi diſciplinâ, ad ſacras leges ſe addiceret, aris ſe deuouens. Caue, inquit, fæminarum conſortia, & in eo nos omnes edocens hortatur, *ne ſub eodem tecto manſites, ne in præteritâ caſtitate confidas: nec Sampſone fortior, nec Dauide ſanctior, nec Salomone poteris eſſe ſapientior. Memento ſemper, quid Paradiſi colonum de poſſeſſione ſuà eiecit. Vnde ait quidam: Adam, Sampſonem, Petrum, Dauidem, Salomonem, decepit mulier, quis modo tutus erit?*

Bar. an. 398 D. Hier. ad Nepo. de vit. Cler.

Quàpropter quò magis noſtram admirationem exigit, eò etiam magis ab imitatione noſtrâ alienum eſſe debet, quod Diuus Lupus Zcoonenſis Antiſtes feciſſe fertur è Surio; hic enim cum è Dynaſta, qui eum inuiſurus acceſſerat, accepiſſet, quod aliqui in Cæſaris aulâ iniquè de eo loquerentur, eo quod Veroſiam Antemij ſui præceſſoris filiam deperire videretur, ſacras illas voces vſurpans, *Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, &c.* ſe in eâ Deum, eamque pro Deo tantùm amatam humanas laudes non affectare; tum eodem Dynaſtâ ſpectante, eiuſdem fronti Virginis oſculum impreſſit: Humanas hic omnes ſimulque Chriſtianas leges tranſcendiſſe videtur, nec enim decet, vt in Epiſcopo ullus huiuſmodi amor dominetur, licet ad pietatem fouendam dirigatur: nec ab oſculis tantùm, ſed ab ipsâ fæminarũ conſuetudine, tanquam ab efferatis viperis abſtinere, ſui nominis integritatem ſeruare ipſe tenetur, vt infra docebimus, & quamlibet vel tenuem offenſionis & ſuſpicionis anſam remouere. Quàm benè de his omnibus ad Oceanum ſcribens Diuus Hyeronimus Epiſcopos ſacroſque omnes viros admonens, cum Lupo videtur Epiſcopo collocutus. *Dices: qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: ſed licet coram Deo rectus incedas, tamen & coram hominibus prouidenda ſunt bona: honorem quidem glorioſum boni operis fama conſeruat: alienam vicini cupiunt diſcutere vitam, non ſuam.*

Sur. in vit. S. Lupi 1. Septemb. Matth. 5. 11

D Hier. ep. ad Ocean.

Hoc igitur exemplo oſtendiſſe tantùm videtur Deus, quonam illibati candoris efferre ſe humanus animus valeat, ſi diuinâ virtute muniatur, ſimulque erudire populos voluit, ne tàm obliquâ ſuſpicione ferantur in Antiſtitum opera, cum etiam aliquam nequitiæ ſpeciem præferunt.

D Greg. 4. dial. c. 11. Ex oppoſito illud eſt, quod de Diuo Vrſicino Presbytero Diuus Gregorius refert: hic enim vt ſororem amans, ſed vt hoſtem vxorem, quâ ſe diſiunxerat, auerſatus

ſatus, ne quidem æger patiebatur, vt dapes ei miniſtraret, licet non id ei Cano-
A nes prohiberent; quin ad extremum ætatis & vitæ productus, ipſaque cum morte
decertans, cùm ad explorandum, an iam ſpiritum emiſerit, aures ad nares ipſæ
admoueret, conatum omnem expromens, vireſque ſemimortuas colligens, *Re-
cede*, inquit, *à me mulier, adhuc igniculus viuit, paleam tolle*; tam inſignis pudi-
citiæ fructus quàmcitiſſimè ipſe collegit, nam ſe illi videndos dedere chori Apo-
ſtolici Principes Petrus & Paulus, vt ad æternam beatitatem eorum ope deductus
laureas de tàm blando hoſte relatas in morem triumphi explicaret.

Habent hîc ſacri viri abſolutum virtutis exemplar, quo ſe inter corporis mor-
bos componant; tunc enim cum elangueſcit abſumpta ſebribus caro, nullum ſu-
pereſſe videtur diſcrimen è fęminæ vel conſortio vel tactu; ſed re verâ tunc vege-
tior Dæmon inſurgit, & temporis opportunitatem nactus, grati animi ſpecie ama-
torias flammas incendit, & retia venerea tendit; Proh Deus? quot nam fuere, qui
in extremo vitæ articulo exordium libidini inſanæ dedere? quot nam illâ ex ea-
dem fæminæ manu vulnera ſibi infligi ſenſerunt, quæ remedia afferebat? quotnam
vt noxias corporis febres extinguerent, fædiores animi febres corruperunt? quot
B vt rebellantes humores ſedarent, excitarunt pernicioſos amores? Audi quid de
hoc Hyeronimus animorum ſcilicet Hippocrates egregiè ſcripſerit. *Scio quoſdam* D. Hieron. ep. 2. de vit. Cler.
*conualuiſſe corpore, & animo ægrotare cæpiſſe: periculosè tibi miniſtras, cuius vultum
frequentèr attendis.*

Nec itâ pridem accidit in Italià hac in re aliquid miſerandum: Sacerdos enim,
ſanguine, ſapientià, famà, pietatis inſignis, ætate ſimul & titulo venerandus, fę-
minam in morbo, quem contagione graſſante contraxerat, habens adminiſtram,
eius adeo lenocinijs & blandimentis correptus eſt, vt ne videretur obſcænus, vide-
ri maluerit hæreticus & iniquis artibus, quibus facilè incautæ mulieres capiuntur,
ſuam fęminam deceperit; ſimul enim cum eâ ſe ipſum, caſtimoniam peſſunded it,
famam decoxit, ſuique funeſtum inopinatumque ſpectaculum patriæ toti exhibuit.

Sed eximius hac in re fuit clariſſimus de rebus Anglicis Scriptor Sanderus: hic
enim cum ſemel non famulorum manu, vt in more erat, ſed ancillæ non incomptæ
C miniſterio ſtatum compoſitumque lectum acceperit, linteos ſimul cum ſtragulis &
ſtromatis eiecit ò feneſtrâ, aſſerens auerſari ſe & execrari lectū vel leuiſſimè tactum
à fæminâ; Sandero etiam religioſior adoleſcens quidam fuit, de quo in veterum
Patrum monumentis narratur, quod eum ad flumen tranandum ſuæ parenti auxi-
lium ferre teneretur, pallio manus brachiaque inuoluit, aſſerens *Corpus mulieris* in vit Patr. l 5. de contin 68.
eſt. Sanè quam igneum muliebre corpus exiſtat, egregiè Ponantius Hyerarcha in Conc. 5. Tolet.
Decimo Toletano Concilio teſtatus omnibus fuit, cum ſe ad vnum fęminæ tactum
fędè pollutum affirmaret.

Fœminas licet religioſas & pias ab Antiſtite eſſe fugiendas. Cap. XXVI.

D NON ſatis noſtræ caſtimoniæ conſultum eſſet, ſi ad eam ſeruandam, con-
tubernium tantùm fęminarum euitantes, illarum tamen conſuetudine & fa-
miliaritate vtęremur, eaſque frequentèr licet honeſtis de cauſis inuiſeremus. Quid
aliud ſanè hoc eſt, quam Charybdis vortices euitare vt Scyllæ gurgites offenda-
mus? obarmare in nos Satanam hoc eſſet, eique ad noſtræ pudicitiæ interitum,
virus & vires afferre: illud inquireremus quod fugiendum nobis eſſet, & papilio-
nibus ineptiores ad luminis venuſtatem contemplandam aduolaremus, eius poſtea
flammas experturi: colloquia & viſitationes, terreſtrium vaporum inſtar, laſciui-
entium amorum cometas alerent atque inflammarent. Iriş eſt fęminarum venuſtas
quæ vndique primò collucet, dixtincta coloribus, variegata gemmis, car-
bunculis emicans, & picta topatijs; at inuerſo poſtea vultu procelloſa eſt, ſæuit in
fulmina, & tempeſtatibus effuſis iraſcitur. Vt adamas frangatur, vis omnis im-
potens eſt, vnuſque hirci pętulci animantis cruor hoc efficit; vt humanus animus

emollitus vitietur, vnius opus eſt fæminæ, ad hoc præſtandum omnium potentiſ- A
ſimæ.

Hinc gentium Doctor gladiatoriæ magiſter egregius, cum ad omnium vitiorum pugnam acritèr nos excitaret, vbi ad voluptatum illecebras profligandas acceſſit, non arma præbuit, ſed fugam oſtendit, *fugite fornicationem*: optimè enim ſciuerat virtutem in hoc certamine ex metu ſolùm oriri, victricemque lauream ſolùm è fugâ germinare: Non virtutis eſt, ſed amentiæ in pugnâ ſiſtere, acieque explicatâ hoſtem offendere; fuga libertatem pariet, dabiturque à timore victoria. habes hæc à Diuo Chryſoſtomo egregio Diui Pauli interprete: *non dixit abſtinete vos à fornicatione, ſed fugite; hoc eſt ſummâ cum diligentiâ vos à militiâ liberos facite.* Niſi Aegyptiæ fœminæ pallium Ioſeph fugiens reliquiſſet, candoris, famæ, futuræque magnitudinis iacturam feciſſet: quàpropter quem explicatâ perſecutionum acie Dęmon expugnare non valuit, lenocinio voluptatis & venuſtatis armis captiuare tentauit, iuxtà Diui Ambroſii ſententiam, *Hoc quidem ſatis fuit ad tentationis acerbitatem; redit aduerſarius ad ſuas artes, totaſque vires ſuas totà fraude commonit, vt per mulierem laqueos innoxiæ tenderet conſcientiæ.* B

D Amb. in pſ 118.

Echius item perpendit ab Apoſtolo præcipi Tito, vt maturis à fæminis adoleſcentulæ doceantur; *vt prudentiam doceant adoleſcentulas*: Titum ab illis inſtituendis auertit, vt eorum conſortia euitet, licet ad pietatem fouendam, *viſandi ſcandali cauſa*.

Eſch. 8. Tit.

Aptè hìc illa inferenda videntur, quæ Diuus Hyeronimus iam proximè Cælo donandus, ad rectam viuendi diſciplinam, Euſebio referente, diſcipulis ſuis reliquit, fœminam ſcilicet & hominem ſe habere vt paleam & ignem, quem vt in flammas accendat Dœmon contentioſè laborat. Quin leuius eſſe Sanctus Nilus æſtimauit, ſi ad ignem acceſſeris, ac ſi ad fœminam; ignis enim quia nocet fugitur, fœmina quia placet quæritur; *ad ignem potiùs ardentem, quàm ad mulierem iuuenem, iuuenis appropinqua: nam ſi ad ignem acceſſeris, dolore affectus reſilies: at ſi fœmina verbis incenſus fueris, haud ità facilè recedes*: comparationem inde aptiſſimam afferens ſubdit, *florent olera propè aquam ſata, & libidinum ſemina mulierum familiaritate excitantur*. Sic tantus Magiſter. C

S Nilus orat. ad.

Tàm ferox violentia eſt, quà noſtros in animos voluptas furit, vt vix viris piiſſimis, & ab hominum conſortio ſeiunctis Aſcetis còpia detur, quà eius robur exuperent & vires eludant: an non Tamanenſi Epiſcopo Audomaro, vitæque monaſticæ reſtauratori Diuo Benedicto ſpinas opus fuit ad caſtitatis præſidium in ſe ipſos obatmare, vt earum punctionibus veneris ſtimulos punctioneſque retunderent; niuium gelu contendit Franciſcus concupiſcentiæ flammas extinguere, Martianuſque manus vultumque ſibi comburens, ignem, quo ex impudicæ mulieris alloquio ſibi mentem ſuccendi ſenſerat, alio armatus igne compreſſit: ipſe demùm ſanctitatis Magiſter Paulus, vt rebellantis titillationes carnis refringeret & domaret, feroci verbere in artus ſuos innocuos ſæuiebat.

Marull. de caſti exem. 6. li. 4.

1 Cor 9. 17 Rom. 1, 23.

Illum etiam præterire nefas eſt, ſanctiſſimum Eremi incolam, ad cuius voces prompto animo & alacri ſylueſtres à nemore feræ, è campis caprę properabant; D hic tamen, quis credat, rebellantis carnis ferociam tanto impetu paſſus eſt, vt ab ea victus recederet, eiuſque ignis faces, ad qvem puriſſimæ mentes abſumuntur, eius animum miſerrimè eliquarent, adeò vt Diuus Antonius, qui animo à ſentibus abalienato eius obſcænitatem agnouit, affluenter illachrymatus dixerit, *Columna magna cecidit*. Quis ergo ſine ingentis audaciæ palmariſque dementiæ notâ validiſſimum hunc hoſtem prouocet, eique arma ad pugnam, imò ad palmam ſtultiſſimè ſubminiſtret? *Habet nunc carnem tuam quam ſpernes ſemper, quid tibi vis alteram velle conducere? Nemo ſuper vnam febrem cupit adhibere peiorem*, Audiſti Cyprianum; inteſtinum hoc bellum licet immaniſſimum, diuinæ præſidio virtutis ſuperari vtique poteſt, & ſi (quod Deus auertat) vulnus aliquod excipiatur, medicina non deeſt, quam Deus Medici vices agens nobis amantiſſimè præſtet: ſpontè tamen ingredi in aciem, hoſtem laceſſere, & cum eo congredi, periculoſum nimis eſt, nullàque commiſeratione dignum.

D. Cipr. de ſing. Cler.

D Baſil. lib. conſt. monac. c. 4.

Hinc

A Hînc Diuini ſpiritus magiſterio ab omni earum fœminarum colloquio, & familiaritate arcemur, quas nullo ſanguinis nexu uobis natura deuinciat, *Cum aliepâ muliere non ſedeas omniaò*; quod idem Diuus Hyeronimus, Auguſtinus, Bonauentura, alijque nos docent; quin ſacris legibus admonemur, vt hoc idem Lythurgis omnibus faciendum præcipiamus, tùm vocibus, tùm exemplo, cum ludicrè quidem, ſed verè Diuus olim Hyeronimus ſcripſerit. *Prima teatamenta ſunt Clericorum, mulierum frequentes acceſſus: iſte ſexus reprehenſibiles exhibet Clericos.*

[Eccl. 42. D Hier. ep. a ſerm 38. de temp. Bonau de infor. nouit cap. 39. c. Cler 20. & ſeq in c. omnib 26. c. Clerici 32. & ſeqq. 81. diſt. c. hoſpitib. 32 diſt ep. ad Oceat. de vit. clericic. 9.]

Nobis hac in re tùm calamo, tùm exemplo præiuit Magiſter Aquinas: licet enim ſingulari quadam prærogatiuâ nulla eius animum vreret flamma libidinis, adeò tamen mulierum colloquia fugiebat, vt ab eis, niſi vel charitas, vel neceſſitas aliter poſtularet, veluti à ſcorpionibus & ſerpentibus longè procul abeſſet: quod Neapolitana quædam mulier ægrè ferens ait, quod cũ mulierem habuiſſet in matrem, fœminas odio habere non deberet; huic autem pari lege ipſe reſpondit, hoc prorſus titulo, ſibi fœminas inuiſas eſſe, quod pro matre fœminam habuiſſet: Sanctam verò Paulam Romanam tàm cautè hac in re ſe geſſiſſe Diuus Hyeronimus refert,
B vt numquam coram nonnullis Epiſcopis, quibus magni habebatur eius nomen, reficere ſe cibo voluerit.

[Sur. in eius vit. D Hier in Epitap Paulæ.]

Diuus verò Antoninus Florentinus Archiepiſcopus fœmineos adeò ſermones eultabat, vt eos tantùm vel in ſede confeſſioni addictâ exciperet, vel cum arcanum aliquod Paſtori aperiendum afferrent.

[Sur. 2. Maii]

Ex aduerſo quis neſciat, quod de Anachoretâ in prato ſpirituali narratur; diù hic cum muliere collocutus, adeò eius imago venuſtatis, verborumque ſuauitas animo ſuo adhæſit, vt inſolenti captus amore, validoque Veneris æſtu ſuccenſus, ardoris huius impatiens, derelictâ iam ſolitudine, pietatem, cui tàm diutino labore ſtuduerat, exuere ſemul cum religioſâ veſte decreuerat, ni morbum illum, quo dementatus abſcedebat, formidandi aſpectus helleboro, medica Dei manus profligaſſet. Illud mihi de nobili viro Sacerdote, meoque familiari conſtat, quod cum pietatem ardenter excoleret, opportunitate Satanæ fraudibus oblatâ, quâ cum
C egregiæ formæ fœminâ & prouocatricis venuſtatis quædam agenda ſuſcepit, licet ad pugnæ initium cautè obarmatus incederet, emolliri paulatim animum, & voluptatis delicijs occupari ſe totum ſenſit, vt elanguidus ad amoris titillationem ferè ceſſerit: ſed pugnâ inualeſcente validiſſimo amori reluctari non valens, pudicitiâ tandem expugnatâ, ſe laſciuiâ polluendum dedit; quia tamen prænobilis illius fœminæ licet procacis pudicitiam inuadere nefas duxit, laſciuientes æſtuscum plebeiâ muliere effudit: ipſemet vel amicitiæ titulo, vel vt animi cruciatum egereret, vel vt ſalutare conſilium poſtularet, hæc mihi retulit, reconditas mihi latebras vitiatæ mentis aperiens: his ego auditis formidanda ea Diuini ſpiritus verba perpendi; *ſpeciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt: colloquium enim illius, quaſi ignis exardeſcit*. Quàm prona in Venerem, quàm lubrica res eſt fœminarum familiaritas! ſi rideant illaqueant, ſi blandiantur fulminant, ſi congrediantur vel Hercules vincunt; an non ſapientiſſimos viros lenocinia mulierum dementarunt, & in tranſuerſum in ſyrtes voluptatis illiſos egerunt? ſi prudens fue-
D ris, timeas cum tanto hoſte certamen.

[Prat. ſpirit. cap. 19. Eccl. 9 8.]

Sed audi Lythurgos omnes admonentem Diuum Cyprianum. *De carbonibus ſcintillæ proſiliunt; de ferro rubigo nutritur, morbos aſpides ſibilant: & mulier fundit concupiſcentiæ peſtilentiam; in riſum aliquando reſoluitur, nunc blanditias exhibet, & (quod eſt veneneſius ſuper cuncta) pſallere delectatur, aut canere, cuius cantu tolerabilius eſt audire baſiliſcum ſibilantem.* Quid ad hæc Præſules illi dixerint, qui cantatriculis fœminis aures auidas præſtant, vt Muſicas voces excipiant?

[D Cipr de ſing Cler.]

IN

§. I. A

IN his pertractandis & ſtruendis inſidijs ea eſt Dœmonis ſapientia ſimul & ex-
perientia, vt quem artibus alijs ſuperare non valet Antiſtitem, Balaami armis
euincat: hic enim Hebræi exercitus fortitudinem omnibus formidandam, imò in-
Num. 24. 14. uictam, Mohabitarum & Madianitarum mulierum venuſtate leui quidem, ſed fę-
lici pugnâ peruicit: nec alio impete quàm fœminarum Salomon in præceps ruit,
licet eius lapſum prænoſcens Deus, eum vt ab earum familiaritate abſtineret com-
3. Reg. 11, 2, monuerit illis vocibus, *certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos
earum.*

Si ergò ſacris litteris, tùm Concilijs, tùm Doctorum ſuffragijs admonemur, vt
mulierum cętus & colloquia fugiamus, quis ſe reum ſtultiſſimæ temeritatis faciat,
quis ſe vt humanum cum illis præbeat, ſe præſtet impurum, iuxtà ea Diui Augu-
D. Aug. de honeſt. mul. tom. 9. ſtini verba, *Qui familiaritatem mulierum non vult fugere, citò labitur in ruinam?* B
eò autem validiùs Epiſcopos omnes iſta percutiunt, quò maiorem honeſtatem no-
ſtri muneris ſplendor efflagitat; niſi enim cautè & prudentèr egerimus, eâ nos
Deus ſpoliabit ſui auxilij virtute, quà cautos ſolum famulos locupletat: quis enim
ignoret, quod *qui amat periculum in eo peribit.* Eximiæ ſanctitatis viri longaque
Eccl. 3. 27. corporis caſtigatione confecti experti hoc ipſum fuere; adoleſcente enim ex fœ-
minarum conſortio impudicitiâ, in fæda ruerunt, licet religioſæ illæ eſſent, & ad
pietatem conſuetudo illa componeretur; iam audi Diuum Bonauenturam à Diuo
Auguſtino hæc proferentem, *Crede mihi Epiſcopus ego ſum; vera loquor in Chriſto,*
D. Bonau. opuſc. de pænit. cōſc. à p. 4. *& non mentior.* Quis Epiſcopo tanti nominis ſapientiæ, ſanctitatis tantæ fidem
non præſtet? *Cedros Libani* (hoc eſt excelſæ mentis viros) *& gregum arietes* (ma-
D. Tho. opuſc. 64. c. 23. gnos ſcilicet Antiſtites) *ſub hac ſpecie corruiſſe, vidi, de quorum caſu non magis me-
tuebam, quam Gregorij Nazianzeni & Ambroſii.* Proh Deus! quis ad hæc non
exhorreſcat? Cedri libani corruunt, pijſſimi viri, cæleſtia ſolum meditantes, ſa- C
pientiâ illuſtres, & diuinâ charitate præferuidi, ad quorum exemplar mores ho-
minum ſe componebant, ad quorum nutus populi præſtò erant, vt eorum veſti-
gijs adhærerent, Ambroſij, & Nazianzeni pares? triumphales hymnos, quibus
profligatam Epiſcopi caſtimoniam victor Dœmon decantabat, Euſebius recitat;
è conſuetudine enim quà cum fęminâ liberiuſculè verſabatur, libido tàm ardentèr
exarſit, vt tandem nocte præteritâ fędà cum eà ſe contagione vitiaret: quàm igitur
D. Hieron. epiſt. ad Ocean. benè Diuus Hyeronimus, *ferreas mentes libido domat.* vides Libani cedrum exci-
ſam, & radicitus vi voluptatis excuſſam? Vides Gigantem toto corpore humi
præcipitem actum & prouolutum? an igitur arbuſta & pygmæi ſtabunt? an trium-
phos & laureas nos eneru es & deſides colligemus?

D. Chriſoſ. hom. 7. in Ioan. Pauli Samoſatheni miſerandum exitum reuoluentes, metum ſimul & ſapientiam
induamus: ad c riofos oculorum iactus, & ad amatorias fabellarum illecebras ex
ore & vultu fęminæ erumpentes, Archiepiſcopus hic tandem corruit, eaque tur-
piſſima patrauit, quibus eius fama eiuſque thiara ſordeſceret; adeò autem ama- D
torijs illis præſtigijs captus infęliciter eſt, vt à Chriſtianâ potius religione, caſtiſſi-
mâ videlicet ſponsâ, quam ab obſcęna muliere ſeiungi maluerit: Epiſcopali ſo-
lio meretricium cubile poſthabuit, fœdiſſimamque corporis voluptatem, illibatis
cæleſtis aulæ delicijs: Vides, quam aptè conſonent his ea diuinæ ſapientiæ verba,
Eccl. 19. 2. *Vinum & mulier apoſtatare faciunt ſapientes.*

Si noſtræ ſalutis amore tangimur, ſi diuinæ dilectionis igne ſuccendimur, ne
tam fędo lapſu à noſtrâ ſanctitate deſciſcamus; quoniam autem experti non igno-
ramus, quàm in amatorijs pugnis ineundis imbecilla ſit humana caducitas, lubri-
cas omittamus vias, vt ſecuri ambulemus à lapſu: *Quantum poſſumus*, accipe Se-
Senec. necam, *à lubrico recedamus: in ſicco quoque parùm firmitèr ſtamus.*

Cauendum paritèr eſt, ne pietatem & religionem obtendens nos Dæmon per-
In vit. Pat. l. 10. c. 217. nicioſâ arte decipiat; vt enim pijſſimus vir dicere aſſueuit, vt aquæ proximum ſal
ſtatim eliqueſcit, ſic nos è fęminâ nati, fęminis proximi ſtatim diſſoluimur & eua-
dimus

dimus fæminoſi. proba quidem terra eſt, proba itidem aqua; ſi autem vnâ iun- A gantur, vertuntur in lutum: hoc idem de viro & fæmina dixeris; ſi enim ſimul congrediantur, in ſordes facilè vertuntur, facillimè maculantur: quid frigidius ſilice? igneſcit tamen, ſi altero ſilice verberetur: quot enimuerò ad ſanctos mores ſuſcipiendos, ad pia deſideria fouenda, ad capeſſendam viam virtutis, ad fugam voluptatis, expeditos aſpeximus, quos tamen miſerrimè impeditos ex hiſce pijs fæminarum moribus tandem agnouimus. *Sæpe familiaritas vincit, quos vitium ſuperare non potuit, ſæpe occaſio peccandi voluntatem fecit & facit: & quos voluptas ſuperare non potuit, aſſiduitas ſuperat. Diſpar ſexus in vnum collatus, illum prouocat inſtinctum carnis, quo naſcitur.* Hæc Bernardus.

D Bernard. ſer. 5. ad ſororem.

In lucis angelum ſe Dæmonem immutari Diuus Bonauentura docet, vt faciliùs alios piorum ſermonum colore blando decipiat: his mutuo quodam ſtudio ad viam virtutis ſe excitare videntur; in indifferentes poſtea minuſque honeſtos delabuntur; aliqui inde miſcentur amatorij ſales, de quibus loqui videtur Iſaias, *vinum mixtum eſt aquà*; demùm bulliente iam affectione occultus amor erumpit, & pia ver- B ba in obſcœna mutantes, illud oſtendunt quod olim in Canæ nuptijs pincerna ait, omnis homo, *Primùm bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint; id quod deterius eſt.* Duas videre placet nauiculas ſimili curſu per vndarum tranquilla iocantes, celeri iactatas turbine ſimul violenter illidi, marique ſimul illiſas ſorberi: ſic propè pacis ſpeciem ſcorpion refert, ſed caudâ virus effundit: ſic Gabaonitæ peregrinis veſtibus induti deceperunt Iſraelitas: ſic Amaſæ blanditus Ioab oſculo vulnus obtexit, & ferrum inter amplexus abſcondit; ſic Siſaræ Iahel illuſit, & lactis inſtillatâ dulcedine eum ſoporauit, vt morte ſoporem immergeret: ſic oſculum Iudas dedit, vt necem afferret: ſic demùm de his ea ſcriberet Apoſtolus, quæ olim ſcripſit ad Galatas *Sic ſtulti eſtis vt cum ſpiritu cæperitis, nunc carne conſummemini, &c.*

D. Bonau. vbi ſup. — Iſai. 1.21. — Io. 21. 10. — Num. 13. — 2. Reg. 10. 9 — Iud. 4. 18. — Galat. 3.3.

Quàpropter periculoſius inter ſe pios viros cum fœminis pijs verſari Diuus Thomas docet, quàm ſæculares viri verſentur: quælibet enim amoris ſignificatio ſuſ- C picionem inter laicos inſinuare poteſt, ſimulque metum quo ſe tueatur: ſed pietatis titulo ſacris à viris prophanus amor facilè obuelatur, eòque validior ſerpit, animumque dominatur, quò potentior bonitas eſt, ut amorem ſibi conciliet, animoſque eum delectatione deuinciat.

D. Thom. opuſc. 64. c. 23.

Sapientiſſimè igitur Sacerdotes & ſacros uiros alloquens Diuus Auguſtinus monet, *nec eo minus fæminæ fugiendæ ſunt, quia religioſæ videntur: quia quantò religioſiores, tantò citius alliciunt, & ſub prætextu pietatis, latet virus libidinis.*

Auguſt. de ſing. Cler.

Sanè de viro quodam pio Gerſon habet, quod ſacros de more ſermones cum fœminâ immiſcens, ab omni labe alienum eum ducebat amorem, quo eam diligebat, ſed diſceſſurus agnouit, uitioſum ignem eſſe, quo ſuauitèr conflagrabat.

Gerſ. p. p. tr. de diſt. verat. virt. a. falſ. ſig. 5.

Sed miſerandum præ omnibus eſt, quod olim Neapolitanâ in Vrbe contingit, inter quandam mulierem nomine Iuliam, quam ſanctitatis eximiæ famâ Principes D viri obſeruabant, ſuæque conſcientiæ ſacrum moderatorem, alioſque ſibi familiares: hi enim ſordibus ſuis enunciatis, prauiſque damnatis erroribus, funeſtiſſimum ſpectanti Romæ præſtitere ſpectaculum: adeò verum eſt, quod Regum ſapientiſſimus ſcripſit, *Eſt via, quæ videtur homini recta, & nouiſſima eius ducunt ad mortem.*

Eximijs è contra tùm Cæli, tùm Terræ laudibus efferenda eſt inclyta illa Virgo, quæ ſanguinis claritatem maiori pudicitiæ lumine illuſtrauit: vt amori hæc diuino tota ſtuderet, ruſticam domum incolens, in remotiſſimas quaſque Vrbes ſuæ integritatis famam pijſſimè effundebat: quàpropter iter illinc Diuus Martinus agens, Virginemque illam adeò illuſtrem, Cælique beneficijs affluentem inuiſurus, eius domum accedebat: ad hæc Virgo, licet ſanctiſſimi Antiſtitis agnoſcendi deſiderio eximio teneretur, eum orauit, ne ab itinere ſuo deſiſtens vlteriùs procederet, ne ſua domus tàm pretioſâ hac prærogatiuâ ſpoliaretur, quod nempe nullus vnquam hominum eam attigiſſet: munera tamen aliqua humaniſſimè ad eum miſit, quibus ingentem delectationem ipſe ſuſcepit; hæc enarrans Seuerus Sulpitius

Seu Sulp. in vit. S. Mart.

tius, audiantur hæc, inquit, ab ijs omnibus, vt hoc exemplo Virgines eruditæ ſuis
à domibus non improbos tantùm, ſed probatiſſimos ipſos excludant: vt audaćter A
iniquos arceant, arcere etiam addiſcant Epiſcopos; compertum omnibus ſit, fuiſ-
ſe Virginem, quæ ne quidem Martino ſanćtiſſimo, copiam inuiſendæ ſui fecit.
Eum Virgo à ſuo conſpećtu amouit, quem omnibus ſciebat eſſe beneficum & ſa-
lutarem.

Patiemur ne igitur, o Epiſcopi, quos vt mei Dominos veneror, vt in virtutis
certamina vincamur à Virgine? qui alios ad pietatem inſtruimus, hoc etiam eos
doceamus, vt quancumque ſuſpicionis maculam in re tam lubricâ euitent. Quàm
benè hoc Sanćtus idem Hyerarcha Martinus expreſſit, quem vt proximè agnoſce-
Seue. Sulp. vbi ſup. ret, impensè Placidia Cæſariſſa deſiderans, eum orauit, ut dapibus ſuamet manu
paratis uesci ſemel pateretur: huiuſmodi fœminei amoris delicias licet pias auer-
ſatus conſtanter Martinus eſt; licet poſteà vt ad religionis ſecuritatem ſibi Cæ-
ſaris amorem conciliaret, uxoris Placidiæ uotis indulſerit, eiuſque menſæ cautus
ſimul & modeſtus aſſederit.

Maius quid proferam? Vni ſęminei congreſſus memoriæ tanta uis ineſt, ad B
mentem perturbandam, ad animum irretiendum, ut calidâ uelut in cerâ mulie-
bris adhæreſcens imago mentem ſimul delećtet & cruciet, paſcat ſimul & perimat.
Nam continua reminiſcentia, veras formas imprimendo, lædunt mentem, & inui-
Phil. l. 2. Sur in eius vit. 28 Oćt. *tam concitant*, ſic Philo. Vnus inſtar omnium fidem his faciat Meldenſis Epiſco-
pus Pharon. Salutari Crucis ſigno mirabilia plura patrauerat, morbos ab ægris
expellens: ſed ſuæ uxoris, quam ſacris initiatus reliquerat, memor, eam è villulâ,
ubi cæleſti ſponſo caſtimoniam ſuam deuouerat, reuocauit, ut ſuam cupiditatem
expleret: bis terque vocantem reiecit mulier fortiſſima, ſed tandem imperanti
parere coaćta, ut periculum omne reſcinderet, quo eorum uterque periret, coma-
rum iubar abſcidit, ueſtes concinnas exuit, muliebrem mundum excuſſit, & cili-
cinam ueſtem aſſumens, deformem aſpećtu ſe dedit illi aſpećtandam: reſipuit ad
hæc uir Sanćtiſſimus, eaque inſpećtâ conualuit, uirtutem ſimul amplificans &
famam.

Quis non obſtupeſcat, ut uiderit Antiſtitem ſanćtitatis ſtudioſum, virtutis a-
lumnum, miraculis illuſtrem, meritis admirandum præcipitio proximum in fęda
iam ruere, nec legem Diuo Clemente Pontifice ſtatutam perpendere, *ſi poſt ordi-*
D. Clem. ep. 2. ad Iac. fratrem Domini. *nationem miniſtrum altaris contigerit proprium inuadere cubile uxoris, ſacrarij non*
intret limina, nec ſacrificij portitor fiat: ſi autem adhuc abſens piam fęminam tàm
inſanè Pharon deperijt, quis ſibi præſentes fœminas, earumque conſuetudinem non
euitet, dum vel extinćtæ ſuis è cineribus ignem latè diffundunt, pudicos animos
depaſcentem: ad hanc rem, ait Diuus Chryſoſtomus, fortiſſimum Iob laceros
filiorum artus ſingulatim inquirentem, fęmineos à maſculis ſegregaſſe: *Iob diſ-*
D. Chriſoſ. *cernens filiorum membra cautè, ne inter maſculina fœminarum membra miſcean-*
tur, &c. D

Alia recenſentur incommoda, quæ è muliebri conſortio pullulant, & ad ea euitanda quatuor leges præſcribuntur. Cap. XXVII.

D. Baſil. in conſt. Monac. c. 4. IN eâ fuit ſententiâ magnus Cæſareę Hyerarcha Baſilius, vt qui nullam in ſe
deriuare perniciem arbitratur ex aſpećtu, colloquio, & illecebris fœmina-
rum, vel humanam naturam exuerit, monſtrique loco virum inter & fęminam ſe
habeat, vel tanta occuperur libidinis vehementiâ, vt dementium inſtar, morbum
quo grauiſſimè laborat, ignoret: de his ſcripſiſſe videtur Auguſtinus, *multi enim*
putant ſe vincere cum victi ſint, hunc exitum ſortiti fuere Carthaginenſes illi
Presby-

A Presbyteri, quos Diuus Cyprianus refert, ſuppliciorum, cruciatuum, Tyrannorumque victores pro Chriſti fide ſeruandâ, turpiter poſtea fęmineâ venuſtate victos, ab incępto gloriæ ſtudio defeciſſe: quàm igitur egregiè Diuus Hyeronimus ſcripſit, *Sacra Scriptura clamant, penè Sibilla ſingula, penè inſtruimur corporis proprij ſingulis motibus, quod victoria non ſperatur in hoc certamine, niſi ex fugâ*: quis ergò ſibi ſuperbus arroget, non humanæ tantùm imbecillitatis fines virtutis pennis tranſuolaſſe, ſed ſuprà tertiam cæli ſedem immorari, quandoquidem eò vſque Paulus aſcendit, qui tamen voluptatum irritamenta non fugit. D Cipr ep. 7. & 15. & Bar. an. 153 10. 2.

Si tamen noſtrum aliquis Xenocrati perſimilis ab omnis voluptatis affectione immunem ſe faceret, & quacumque à pugnâ ſecurum; adhuc tamen è conſortio fęminarum alia effluctent in eum incommoda, quibus victi potius ſpeciem quàm victoris præſeferret.

Ex his primo loco ſtatuendum eſt, quod affert Magiſter Aquinas, maximè omnibus horrendum, ſi rectè perpendatur, quod ſcilicet piaculares harum confeſſio- D Th. opuſ. 64. c. 23.
B nes ex integritatis defectu irritæ plerumque ſunt & inutiles.

Alterum eſt, quod cùm temerè & inconſultè diſcrimini ſe obiectent quo frequentiſſimè illi obruuntur quibus ad voluptatem procliuis eſt animus, fieri poteſt, vt vel Dęmon exciteтur, qui è Climaci ſententiâ callidæ vulpis inſtar ſomnum fingit, vt inconſideratos facilius comprehendat, vel Deum, cuius beneficia negligit, prouocet ad vltionem; adeò vt in audaciæ pænam, Sanſonis inſtar, capilli quibus fortitudo inerat, reſecentur; hoc enim plerumque medicamento inſanam hominum arrogantiam deprimit & plectit Deus, iuxtà illas Diuini Spiritus voces, *ſi non in timore Domini tenueris te, citò ſubuertetur domus tua*. Eccl. 27.4.

Expertus hoc abundè fuit Anachoreta Iacobus: hic enim inter Eremi ſupplicia, acerbiſſimâ corporis caſtigatione ſe ipſa quadraginta annorum ſpatio affligens, mirabilibus rebus & ſanctitatis famâ clariſſimus, cum Dęmonem, quo mulier ad eum adducta miſerè vexabatur, ab eius corpore eieciſſet, vt ſecurior eſſet, ne nocte proxima iterum vi Dęmonis inuaderetur, ſuiſmet viribus fidens, ſui ſociam ha- Lippom. to.
C bere eam voluit; caligauit ad hæc vir pijſſimus, haud conſiderans, eius præſentiâ ſe ſtygij Ducis fraudibus inuadendum; tanta enim luxuriantis voluptatis flammâ mentem eius accendit, vt ad eius æſtum palmæ illæ exaruerint, quibus ſibi coronandus videbatur in Cælo: quia autem abyſſus abyſſum inuocat, vt tam immane flagitium obuelaret, immaniori ſcelere ſe ipſum impiauit, pollutam puellam enecans, eiuſque corpus in profluentem aquam immittens: hinc palam cupiditates ſuas ſoluere decreuit, & ad inertiam & voluptates corpus peſſundare, ni Dei amantiſſimi beneficio diuinitus illuſtratùs, animique vmbris excuſſis, è vitijs emergens ad primæua pietatis officia animum conuertiſſet; alia præterire libet exempla, quibus Sanctos Ambroſium, Auguſtinum, Bonauenturã frequentiſſimè vſos non ignoramus: an non ipſe Salomon docuit quod fęmina *Multos vulneratos deiecit, & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab eâ*. quâ de causâ huiuſmodi cum hoſte pugnare periculoſum nimis Diuo Hyeronimo videbatur, & meticuloſi potiùs notam D. Ambr. epiſt. 64. ad Dem.
D quam audacis eligebat, ne poſtea tam turpiter vinceretur. *Fateor imbecillitatem meam, nolo ſpe pugnare victoria, ne perdam aliquandò victoriam*; in ſemetipſo enim experiebatur, quàm validam aggreſſionem in eum facerent inter Eremi ſupplicia Romanæ mulieres, quæ tantâ regionum longiquitate diſiunctæ, eius adhuc animum præſentiſſimæ occupabant. Aug. Solli cap. 29. Bon. de ord. rit. & mori introd. Prou. 7. 16. D. Hieron. cont. Vigil.

Ad tertium procedamus, quod, D. Auguſtino, Magiſtro in prauo verſatur exemplo, quod alijs præbemus. Si namque fœminarum amantiſſimus Antiſtes eas frequentèr inuiſerit, alloquatur, & familiaritèr cum illis egerit, ad ſimilem familiaritatis licentiam ruent celerrimè Lythurgi omnes, ſui Principis veſtigijs adhærentes, nec argui corripique de hoc ab eo poſſunt, qui potius exemplo met ſuo viam illis aperit ad conſortia fęminarum: hinc autem maximè oritur, quod cum nulla virtute polleant, ad procellas voluptatis refringendas, conſcientiæ ſecuritate Nauarchi exemplo deperditâ, vitiorum naufragio inuoluantur: his etiam illud è Diuo Baſilio addendum, quòd ſcilicet, quamuis Thraſones iſti fortiſſimos ſe vendìtent, D Aug. lib. de ho. mul. tom. 9. D. Baſil. in contr. mon. c. 4.

& inuictos, imbecillæ tamen ſunt fœminæ, quibuſcùm verſantur licet piæ: cum
enim procliues iſtæ maximè ſint ad eos deliniendos quos frequenter inſpectant, A
facillimum eſt, vt fœdis aggreſſionibus earum mens oppugnetur.

Emergit ex his quartum incommodum, quod in ſcandalo eſt, quo maximè viri
ſæculares offenduntur, qui facillimi ſunt, vt iniquam in partem trahant ea omnia,
quæ à Præſule fiunt, licet vel indifferentia ſint, vel probæ voluntatis imperio con-
ficiantur; ad ſcandalum verò, quis neſciat affluenter conſequi obtrectationes &
ſcommata, quibus veluti maculis, tùm Epiſcopi, tùm fœminæ nomen circumfo-
raneis ſermonibus denigratur; quod quidem pernicioſiſſimum ei ſit oportet, cùm
famæ candorem ſeruare ſibi debeat, ſuique ſimul miniſterij ſanctitati proſpicere,
vt ſuo loco ſcribetur: cum autem ſpeculi inſtar fama ſit, quam uel leuiſſimus pul-
uis obfuſcat, quàm graui piaculo ſe obſtringit, cùm tam fœdo crimine ſe detur-
pans, eam ſordidè proſtituat, pietatem maculans, ſanctitatem obſcurans, & riſui
probroque ſanctiſſimum Sacerdotium obiectans; iure igitur merito Saluianus ait,
Peius eſt, quàm contumelia, continentiam ducere crimino ſam, & infamem facere
Saluian. *ſanctimoniam: blaſphemiam ingerit religioni & continentia; bonum fruſtra interius* B
laborioſo agone cuſtadit, quicquid forinſecus afficit & infamat; haud ſatis eſt nullo
ad Dei conſpectum nos vitio fœdati; hominibus enim etiam elucere noſtrâ pietate
debemus, & ſuſpicionem omnem ab eis licet tenuiſſimam amouere, præſertim cum
pudicitia adeò delicata res ſit, vt ad quodcumque opus aliquantulò liberiús eâ fa-
cilitate ſequatur ſuſpicio, quâ corpus vmbra comitatur: hoc vt cæleſtis Sapientiæ
Magiſter nobis perlucidè oſtenderet, licet quaſcunque ignominiæ maculas eius fa-
mæ inuſtas excipere pateretur, nunquam tamen permiſit, vt, vbi de pudicitiâ age-
retur, ne quidem tenuiſſimè vel ſuum nomen, vel Apoſtolorum fama nigreſceret,
& tot oblocutionibus, quibus eius religionem moreſque lacerarunt, ne leuis vocu-
la reſonaret, quâ eius caſtitas læderetur. quàm benè igitur Diuus Ambroſius,
Quid neceſſe eſt, vt demus obtrectandi locum ſæcularibus?

Ipſe idem Apoſtolus, cuius ſanctitas nulli obnoxia ſuſpicioni eſſe poterat, quam-
cunque ſuſpicionis vmbram, quâ ineptiſſimè poſſet aliquis per ſummam audaciam C
ſuos mores erodere, diſſipare voluit, ac ſi partem aliquam eorum, quæ ad paupe-
rum inopiam ſubleuandam Chriſtiani impertiebant, ſibi vſurparet, ut in tertia parte
disertè explicabitur; quapropter vt eſſet eorum diſtributor, ſui etiam eodem in-
2. Corint. munere ſocios voluit Barnabam & Apollinem ea ſubdens, *Ne quis nos vituperet,*
in hac plenitudine quæ adminiſtratur à nobis prouidentes bona, non ſolùm coram Deo,
ſed etiam coram hominibus; an igitur ægro nos animo feremus, vt cuiuſcunque
ſuſpiciunculæ licet falſæ & temerariæ occaſionem ab alijs auertamus? Vt enim nos
Epiſcopos alloquens ait Diuus Chryſoſtomus, *à nulla peccato tantùm abſumus,*
D. Chriſoſ. l. 6. de Sac. *quantum aberat Paulus à crimine furti*; præterquamquod quò facilius eſt, vt in
voluptatum illecebras quàm in auaritiæ labes delabatur humana caducitas, eò
etiam ad ſuſpiciones de eo habendas procliuiores homines ſunt.

Sed ne ab inſtituto ſermone longiùs diuager, cum Samaritanam mulierem
Chriſtum Magiſtrum ſpectarent Apoſtoli, Euangelicus Scriptor Ioannes refert,
Ioan. 4. quod *mirabantur, quia cum muliere loquebatur: nemo tamen dixit, quid quæris, aut* D
quid loqueris cum ea? ad ſacros Viros admonendos in fæminarum conſortio fre-
quentiſſimos, Diuus Cyprianus hæc verba perpendit, aitque tàm ſanctè muliebre
commercium Apoſtolos auerſatos fuiſſe, vt niſi Diuinum nomen, quo ipſe irra-
diabat, ſupremaque ſanctitas, quam è cælo ſecum ipſe detulerat & ſociam diui-
nitatis habebat, omnem ab eis cogitationem de hoc amouiſſet, ipſummet Deum
carpſiſſent, & è muliebri familiaritate iniquè de eo cogitaſſent; audi iam ipſummet
Cyprianum, *& vt de Apoſtolis breuiter probem, quanta eis mulierum familiaritas*
D. Cipr. de ſing. Cler. *potuit diſplicere, qui compulſi ſunt, etiam de ipſo Domino loquente cum fæminà, du-*
bitare; niſi eos maieſtatis notitia compeſcuiſſet. Quid iam ſæculares viri ab Apoſtolo-
rum probitate adeò alieni de nobis cogitarent, qui humani generis vitio tam fa-
D. Ambr. cilè à caſtitate deflectimus, ſi fæminarum amicitijs nos videant irretitos. Papè, in-
l. 1. de off. quit Ambroſius, *quanti non dederunt errori locum, & dederunt ſuſpicioni?* quis vn-

quam

quam recentis huius ætatis Apoſtolus vel leuiſſimum gradum attinget eius ſan-
A ctitatis, quâ Diuus Chryſoſtomus tàm ſpecioſè refulſit? quænam autem fœmina dabitur tot à Deo beneficijs locupletata, diuinis rebus adeò dedita, acerbiſque ſupplicijs, quibus corpus mactaret addicta, quàm Diua Olympias? quot tamen oblocutiones paſſa eſt eorum familiaritas, quot iniquorum morſibus tam pia fuit conſuetudo corroſa?

Da mihi nunc temporis Hyeronimum alterum? quid tamen? tam illuſtris famæ vir, ſcientiâ toti orbi ſpectatiſſimus, & ſanctitate morum adeò eximius, vt ad eum Vaticano diademate coronandum è toto terrarum orbe ſuffragia conuolarent; verum quia frequentiſſimus erat in inuiſendis ſanctiſſimis & integerrimis fęminis Paulâ, Euſtochio, alijſque, vt eas in virtutum ſtudio percurrendo piiſſimè excitaret, adeò in omnium opinione defecit, vt impudicum audiret & ſanctimoniæ callidum ſimulatorem. Sur. in eius vit. 23 Sept.

De Britio autem Turonenſi Antiſtite Diuus Martinus eius eadem in ſede ſucceſſor fidem facit, tantâ ſuſpicione apud omnes laboraſſe de quadam fæminâ gra-
B uidata, vt eius rumor per totam vrbem longè lateque ſe portexerit; quàpropter vt ſuæ probitatis famæ conſuleret, & nigram adeò maculam è populi mente deraderet, coram omnibus accenſos geſtauit in veſte carbones, abſque vllo huius detrimento: quia tamen tàm altè in omnium animis ea ſe defixerat iniqua ſuſpicio, tàm ingens miraculum impotens fuit, vt illa euaneſceret: quàpropter vt leuiſſimam vmbram Epiſcopis hac in re pernicioſiſſimam diſſolueret, Diuina bonitate ſubnixus ſuæque innocentiæ fidens, experimento alteri faciendo ſe comparans, puerum menſtrualem ex eadem fęmina natum, coram omnibus iuſſit efferri, eique imperauit, vt veritati ſeruiens ediſſeret, an in ſuum Patrem Britium habuiſſet: ad hæc vocibus articulatè dixtinctis, promptiſſimus ille reſpondit, haud quaquam Britium eſſe ſuum parentem; effuſum vulgi rumorem nequidem hoc potuit coercere, adeoque candentes ſuper prunas illæſo corpore deambulans, omnem ſuſpicionis notam aboleuit, ac ſi quem ignis ardor non læſerat, ne quidem Greg. Tur. l. 2. hiſt.
C impudicitiæ flamma læſiſſet. *Si ergò hęc in viridi quid in arido fiet?* Si ſanctitate viri clariſſimi è pio cum fæminis conſortio tantam ſubiere in hominum opinione perniciem, fædamque adeò notam ſuo fixam nomini pertulere, vt ridendi iocandique materiem populis exhiberent; an immunes eos fore cenſebimus, qui tàm illuſtri ſanctitate deſtituti non in ea ſunt opinione, vt ad cuſtodiendas aras recentes veluti Angeli æſtimentur? Quàm ſanè meritò in fæminas virorum conſortia & cum Lythurgis confabulationes appetentes aſſurgit Diuus Hyeronimus hac dicendi formâ, *Tu, quæ fornax es malitiæ, quid à viro deſideras frequentius ſalutari? An neſcis quia dupliciter famam perdis tuam ſimul & Clerici, cuius vita Eccleſia Chriſti debet ornari?*

§. I.

DOMNIA hæc dicta ego velim de colloquijs & congreſſionibus illis, quas officij tantum & beneuolentiæ cauſa, nulla cum prudentia, vel moderatione ſuo gradui idonea, vel neceſſitate, ſacri homines cum fæminis habeant: neque enim nos latet, ad Epiſcopum tanquam ad omnium Moderatorem & Patrem ſpectare omnium ſaluti vacare, omnium neceſſitati conſulere, omnibus audiendis ſe dare, eaſq; etiam fæminas audire & alloqui, quarum vel è longinquo nomen auerſatur: vnum hoc ex incommodis eſſe, quibus Epiſcopalis honor ſubijcitur, teſtatur Diuus Chryſoſtomus, *Neque poteſt Antiſtes, qui gregis vniuerſi curam ſuſcepit, viris tantùm curandis operam dare, mulierum artem curam negligere; nam & illas increpare peccantes, & ſolari lugentes, & inuiſere ægrotantes, & adiuuare afflictas oportet.* D. Chriſoſt. l. 6. de Sac.

Ad duas referri poſſe videntur rationes, quibus inuiſere fæminas, eaſque ad ſermones admittere citrà periculum poſſit Antiſtes, non tantùm honeſtè, ſed piè: hæ potiſſimè ſunt, neceſſitas & charitas: ad neceſſitatem referuntur, mor-

bi, calamitates, vel ſui vel domus infortunia, ſimultates inter coniuges, potentum violentia, viduarum inopia aliaque his adſimilia, quorum vi Sanctus idem Au- A guſtinus à fœminarum commercio cæteroquin maximè alienus, eas inuiſere, eas alloqui, audire non formidabat; Ad charitatem verò ſpectat, ſi dubijs in rebus ſint inſtruendæ, ſi conſilio, monitionibus indigeant, quibus vel in aduerſis animo erigantur, vel inter conſcientiæ angores, inter fortunæ vices, inter tentationum aculeos ſolatio quodam imbuantur; ex impudicitiæ ſordibus amoras fœminas ſeruare, matres arguere & adhortari, ne filias meretricia fœditate proſtituant, & ſi prænobiles etiam ſint fœminæ, hùc itidem referantur, vt eas officioſâ viſitatione adeamus, ne contemni & vileſcere ſibi illæ ſuadeant.

Quis hæc ſanè negauerit? ſed illud etiam è Diuo Chryſoſtomo audiendum. *Quæ omnia dum fiunt, plures irrumpendi aditus Dæmon inuenire poteſt, niſi quis exactiſſima ac munitiſſima cuſtodia ſeſe vallauerit:* Nec enim, vt ſuperius ſignificaui, ſatis eſſe Antiſtiti debet, vt ad Dei oculum fuerit innocens, omnique à labe alienus, cùm hanc famæ integritatem ſeruare etiam apud homines ſollicitè teneatur. B

Quatuor hic ergò adſcribam, quibus venenoſa iſta colloquia ſalutaria fiant & vtilia, vt ſcilicet perrara ſint, breuia, cum prudentia, nec ſine ſocio: habes hæc in Octauæ Synodi decreto, quod à Gratiano inter ſacros Canones affertur. *in omnibus obſeruare conuenit, vt certus quis, & certo tempore, & certo loco, & certis perſonis, vel apparere Clericus, vel loqui debeat mulieribus, vt excludatur omnis nefanda ſuſpicio.*

c. omnibus 16. 81. diſt.

Primùm igitur caueas, vt rarò fiant non loquendi voluptate, ſed vel neceſſitate vel officio: ſic olim Hyeronimus, cùius verba è Gratiano proferam, *Hoſpitiolum tuum, aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant;* validiſſimam ad hæc roboranda affert rationem. *Quia non poteſt cum Deo toto corde habitare, qui fœminarum acceſſibus copulatur.*

D. Hieron. in epiſt. ad Ocean.

Magni quidem momenti hoc eſt: mederi alios aliquandò credimus, & nos ipſos perimimus: aliquando etiam prætextum illuſtramus, tantumque decoris viſita- C tioni tribuimus, vt licet ſit voluntaria, neceſſitate tamen, veluti purpurâ illam coloremus: quapropter Diuus Ambroſius ait; *Quid opus eſt, vt illa quoque viſitationes crebra accipiant auctoritatem.* Epiſcopi ſumus non aulici, quibus hæc ſunt officia relinquenda: illud fœminæ vel clariſſimæ intelligant oportet, cum Deo nobis agendum eſſe, non cum fœminis, noſtrumque decus, non in officijs, ſed in pietate verſari; inter iſta leuiſſimum tempus abſumere, nefas eſt; & rarò tantùm ad earum leuamen noſtrâ præſentiâ nobis licet accurrere. *Miniſterium altaribus Chriſti, non obſequium deferendum hominibus recepimus.*

D Amb. l. 1 de off. c. 20.

D. Ambr. vbi ſup.

Hoc quidem è præconiis maximum eſt, quo Diuum Honoratum Arelarenſem Antiſtitem Diuus Hilarius ei ſucceſſor commendauit, *Raram fœminarum viſitationem etiam proximarum;* aduerte autem hoc etiam in Franciâ ab eo factum, vbi liberiùs quàm in Italiâ huiuſmodi officijs indulgetur.

D. Hila in vita Honorati.

Honeſtus quidem & pius obtentus ſit, ſemper ſine laude, ſemper cum periculo viſitatio frequens aderit: veritati enim maximè conſonat, quod olim Indiarum D Apoſtolus Sanctus Franciſcus Xauerius ſuis Societatis Ieſu viris aſſerebat, in fœminis inuiſendis nullum quandoque fructum germinare, ſed magna pullulare pericula, quibus honeſtas vel ſuſpicione, vel tentatione laboret: Nos ſanè ſacros aliquos viros agnouimus tantâ familiaritate fœminis ſuis, quarum confeſſiones excipiebant, obſtringi, vt illud menti noſtræ ſuggererent, quod olim contigiſſe Gerſon refert inter probatiſſimum illum virum eamque honeſtiſſimam fœminam; è repetitis enim de rebus ſanctis alloquijs ingens exarſit amor, *ſed non in Domino.*

Gerſo. p. 2. trac. de diſt. verar. à falſis ſignos.

§. II.

QVOD ſecundò aduertendum videtur, illud eſt, quòd breui ſermone ſe expediant: magna verborum congetie negotia magna non indigent; vbi vero

verò de re, quam neceſſitas poſtulat, actum fuerit, ne ſermones alij immiſcean-
A tur, aliòque vocibus euageris: at feſtinanièr abeundum ab illis eſt, ſi earum do-
mi fueris, vel ſi ad Epiſcopales ædes acceſſerint, humanièr dimittendæ; nec enim
confabulari & garrire (quod fœminarum potiſſimum eſt) abſque ingenti famæ
pernicie fas nobis eſt. ad Palladium Præſulem Diuus Iſidorus Peluſiota ſcribens, S. Iſid. l. 2. ep. 264.
eum adhortatur, vt mulierum colloquia tota contentione declinet; ſi tamen ne-
ceſſitate cogente fœminam audierit, alijs omiſſis ab ea ſtatim ſe amoueat; quin
ſtatim auola: fieri enim facilè poteſt, vt eius conſuetudine emolliatur animus & D. Cipr. de ſing. cler.
vires elangueſcant; langueſcentibus autem viribus facillimè, qui Leo eſt iubâ
exuitur, vnguibus & dentibus exarmatur, adeò, vt qui populorum & Principum
terror erat, puerorum iocus, platearum riſus euadat: Si venuſta hæc metaphora
arriſerit, Diuo Cypriano hanc debes ſic ſcribenti: *Quantos Leones domuit vna
mul iebris infirmitas delicata*; in eodem admonendo Diuus etiam Baſilius verſatur D. Baſil. de conſt. Mon. cap 4.
hoc ſtylo, *Oportet igitur mulierum conuerſationes, & congreſſus, quam maximè fu-
gere: niſi aliqua ineuitabilis neceſſitas ad congreſſum cogat, qua ſi etiam contingat,*
B *velut ab igne cauere conuenit: ita vt celeres, & repentinos diſcurſus faciamus*: ra-
tionem de his à Diuo Auguſtino habes; ſi namque manu carbones acceperis, eoſ-
que illicò proieceris, nullius tibi detrimenti erunt, ſed eoſdem ſi diù manu ſerua-
ueris, aſperrimum vulnus infligent.

Ad tertium accedamus, vt nempè cum rectâ prudentiâ, debitâque honeſtate
ſe gerat. hoc autem ad duo præſertim referendum eſt, nempè ad oculorum mo-
deſtiam, ità ut perpendens mulier, nullâ ſe curioſitate ſpectari, noſtroſque oculos
in eius vultu voluptuosè non immorari, grauitatem eam agnoſcat, quæ decet E-
piſcopos: hoc ſanè Palladio Antiſtiti ſignificauit Peluſiota Iſidorus, quòd cum mu-
lieres alloqueretur *humi oculos haberet deiectos*: aliud eſt, vt ponderoſus & grauis
ſermo ſit, ſacramque illam maieſtatem redoleat, quæ in Diuinis adminiſtris exi-
gitur: iocos & confabulationes omittat, verborum nugas deſerat, adeò vt ex ip-
ſius compoſitione mulier addiſcat uerecundiam, ſuumque ſermonem tàm modeſtè
refrænet, ut nullum licentiæ det locum: duo hæc ſimul Diuus Bonauentura con-
C nectens ſcriptum reliquit, *Caue ne cum fœminis loquens, earum vultus ſtudioſè reſ-* D. Bona de inform. Nouit. c. 39.
*picias, vel manus contrectes, vel nimis prope ſedeas, vel leuiter eis arrideas, nec
diligenter cum eis ſuſurres*: hoc tamen idem longè anteà è Diuo Iuſtino manauerat D Iuſt. ep. ad Zen. p. 196.
affirmante, quod congredi cum fœminis debemus ſanâ mente & prudenter, non
curioſè, & nimis indulgenter. Hac prudentiâ deſtituti non pauci ex Epiſcopis uo-
luptati & alacritati ſermonum indulgentes, in iocos, ſales dicendiq; veneres erupe-
re: quid autem aliud hoc eſt, quàm ignem maiori flamma ſuccendere, conſcientiæ
candorem denigrare, cum ſerpentibus iocari, & ſtygium cerberum irritare, & ad-
uerſo flumine velificari? vt enim egregiè ſcripſit apud Diuum Bonauenturam Di-
uus Auguſtinus, *aſper ſermo, breuis, & rigidus cum mulieribus habendus eſt: nec* D. Bonau. opuſc de pius conſ. c. 4.
quia ſancta ſunt, ideò ſunt minus cauenda. prudentiſſimè tamen idem Bonauentu-
ra paucis edocet, quæ prolixo ſermone uix alius explicaret; eâ ſcilicet cautione
& modeſtia cum fœminis agendum, cum qua ageretur ſi maritus adeſſet; ſed ela-
D tiori etiam ſtylo videtur Diuus Cyprianus loqui, eo ſcilicet titulo, ne noſtri Sa-
cerdotij munus obſoleſcat, & infularum ſplendor, ſolijque authoritas concidat & D. Cipr. de ſing. cler.
obſcuretur: *Sic igitur ambulate, ſic agite, vt ſemper in Clericis Eccleſia Senatus can-
didè conſtet, ſeueritas in vobis circa fœminas vigeat, authoritas polleat, vigor teneatur,
authoritas veneretur.*

Clariſſimus toto orbe Arſeniu Romanam Matronam laborioſiſſimo itinere ad
eum inuiſendum profectam excipere & audire diù recuſauit; Epiſcopi tandem uo-
tis aliorumque precibus flexus eam excipiens, quàm citiſſimè eam dimiſit; cum
autem ea diſcederet, ſe precibus eius commendaram habens, ut ei in memoria
eſſet, eum exorauit; quin, inquit ille, ardentiſſimè Deum orabo, ut tui memoriam
deleat & prorſus eradat.

Sed iàm ad poſtremum omnium ueniamus; hoc autem eſt, ut uiſitationibus hu-
iuſmodi ſemper ſocius adſtet: ſolitudo hæc ſcopulus eſt, in quem ſi illiſeris, nau- Clem. Epi. 2. 3. Carth.
fragium patiaris oportet: & proptereà Apoſtolorum Principe docente, ſacris uiris

enixè

enixè prohibetur, vt patet in octauâ Synodo, vbi leges Tertij Concilij Carthagi- A
c.in omnib. 26.81. diſt. nenſis confirmantur: *Certè ſolùm & ad ſolam accedere nulla religionis ratio permit-*
c.Cler. 29. ead. diſt. *tit*ſic etiam ſuâ Decretali Epiſtolâ ſtatuit, vt nullus diuinæ vitæ authoratus ad fęmi-
nam ſolus & ſine ſocio accederet. hoc ètiam à Chriſto præceptore ſignificatum do-
Sim. de Caſ. l. 9. c. 26. cent Simon de Caſſiâ, & Iſidorus Clarius, cum binos tantum ſuos diſcipulos mi-
Iſid. Clar. ſit ad fidem diſſeminandam: Lithurgis etiam omnibus enixè Diuus Ambroſius
in Luc. c. 20 commendat, ne inuiſant, *Viduarum ac Virginum domos, abſque Seniorum comitatu.*
orat. 54. Commendatiſſimum etiam hac in re Diuum Auguſtinum Poſſidonius habet; licet
enim pro rei neceſſitate fœminas adiret, vt eis auxilio & ſolatio inter aduerſa
Poſſidon. in vit. S. Aug. eſſet pro ſui muneris dignitate, nihilominùs *nunquam ſine Clericis teſtibus ad eas*
de vit Patr. *intrabat, vel ſolus cum ſolis vnquam eſt locutus, nec ſi ſecretorum aliquid intereſſet.*
l. 7. de con. c. 63. Quid de Sancto Nonno Edeſſano Antiſtite, cuius operâ, ſcientiâque Magdalenæ
lachrymas & pœnitentiam Pelagia meretrix expreſſit, Deo ſe vouens ſceleraque fle-
tibus diluens; hic tamen licet extremâ ſenectute conficeretur, ſolus tamen cum ea
Giuſſan. in vit. S. Ca- verſari nunquam voluit: Diuus verò Carolus ſacris omnibus viris maximè deco- B
roli l. 2. c. 3 rum eſſe aiebat, ſi diù noctuque aſſiduos ſuorum operum teſtes habuerint; Quid
hunc dicturum àrbitraris de Epiſcopo, qui ſolus cum fœminâ verſaretur?

Vix explicari poteſt, quâ vi ad impuros ignes excitandos loci ſolitudo, & occa-
ſio polleat, ad aculeos veneris infligendos, ad animi candorem obfuſcandum, ad
labefactandam modeſtiam, ad corporis licentiam diſſoluendam & mentis pietatem
ablegandam?

Putipharis vxor licet diuturno bello Ioſephi conſtantiam & pudicitiam oppu-
gnaſſet, nunquam tamen in eum vim facere auſa eſt, niſi cum vel fortuitò, vel da-
ta operâ ſolum eum domi haberent; *Accidit autem quadam die, vt intraret Ioſeph do-*
Gen. 39. 11. *mum, & operis quippiam abſque arbitris faceret: & illa apprehenſâ lacinia veſti-*
menti eius, diceret, dormi mecum. Pacillimum paritèr eſt, vt ſolitarias huiuſmodi
congreſſiones cum fœminis aſpicientes, ſuſpicentur, obloquantur, vituperent,
ſermonumque aculeos iaciant: quapropter, cùm nebulones illi nequiſſimi famam
Phot. cod. 59. Diui Chryſoſtomi eleuare vellent, eiuſque nomen apud Cæſarem & aulam deni- C
grare, hac potiſſimùm accuſatione eum arguerunt, quòd ſcilicet foras omnibus a-
lijs emiſſis, mulieres ſuſciperet ſolus: mendaciſſimè quidem dictum, tamque à vi-
ro ſanctiſſimo alienum, quàm lux diſtat à tenebris, & à ſordibus gemmæ diſce-
dunt. Si quandò tamen contigerit, vt occultiſſimis de rebus fęmina vel vidua
aliqua agere cum Epiſcopo velit, ipſa quidem ſola ſuſcipiatur, itâ tamen vt oſtia-
rio uelo ſubducto, cubiculum pateat omnibus, & è Procętone tùm Epiſcopus tùm
fœmina videantur.

De Modeſtiâ, quâ ſeruandi ab Epiſcopis oculi ſunt. Cap. XXVIII.

D
LICET hùc vſque per ſecuriores pudicitiæ vias ad animi candorem poſſi-
dendum ducere Epiſcopum conati ſimus, adhuc tamen ni oculos ad ea clau-
ſerit, ad quæ alij liberiùs reſerant, incurrere facilè poterit, & offenſo pede delabi:
res hæc eſt, quæ fęliciori via potiùs à Thireſijs, quam ab Argis agatur: è philoſo-
phis non defuit, qui animi libertatem in oculorum iacturâ locauerit; oculis, qui
nullâ lege ad quæcumque ſpectanda coerceantur, plerumque animi caſtitas vi-
tiatur.

Sicut autem pretioſiſſima corporis pars oculus eſt, ſoliſque inſtar ſe habet hu-
mani cælum corporis illuſtrantis, *Oculi pars corporis pretioſiſſima & qui lucis vſu*
Plin. l. 11. c. 36. *vitam diſtinguunt à morte*; hæc Plinius; ſic pariter ſi effrænes exceſſerint, cometæ
inauſpicati ſunt, feralique lumine mortem animo moliuntur.

Licet ad eorum licentiam compeſcendam ſui Sacerdotij maieſtate, & ſanctimo-
niâ non teneretur Antiſtes, adùhc tamen in eis moderandis vires omnes exercere
deberet, ne per eos mentem præferuida voluptatum tempeſtas inuadat. Sollicitus

hac

hac de re adeò fuit Diuus Aquilinus Eborenſis Antiſtes, vt diuturnis precibus, ut Sur. in eius
A ſuæ pudicitiæ proſpiceret, Deum de facienda oculorum iactura fatigauerit: votis vit. 19 Sept.
eius annuit Deus, ut eius cœcitate de noſtris oculis moderandis erudiremur.

Anini ſedes oculus eſt, ſi Plinio fuerit fides. *Profectò in oculis animus inhabitat*, Plin. l. 11.
ac ſi regiam ibi ſuam architectatus ſit animus, ut omnia uidenda reſpiciat, & ue- c. 37.
luti humani animi ianitores, quæ toto orbe uagantur, agnoſcant.

Quin, vt ex Ariſtotele docuit etiam Diuus Baſilius, oculi sunt, qui inſpectas re- D. Baſil. in
rum formas in animum inducunt, eaſque velut in præmolli cera imprimunt, adeò conſ. Mon.
ut, licet illæ euaneſcant, adhùc tamen earum imagines illis adhæreſcant, circa c. 4. t. 2.
quas occulto quodam amore raptus animus dulcitèr immoratur, & eò firmior eſt,
adhæſio, quò uoluptuoſior & venuſtior res eſt; eodem planè modo, quo de Epicu-
ri hortis Lucretius cecinit,

Conueniunt ſimulachra foris è corpore cuique. Lucr. l.
Nuncia præclari vultus pulchrique coloris.
Qui ciet irritans, &c.

B Non ea quidem vel Titiani vel Apellis pictorius labor expreſſit, ſed viua ſunt,
& in agendo validisſima: mentem enim quibuſdam veluti prædulcis ſeruitutis no-
dis obſtringunt: adeò enim noſtris oculis rerum pulchritudo reſpondet, vt ad de-
cipiendos incautos admirandâ virtute præſtet: Charites, quę fęmineo vultu inſi-
dent, caſtisſimos quoſque vincunt & uinciunt, adeò ut optimè Tertullianus eam Tertull. de
conuocauerit, *confictam & elaboratam libidinem*, lenocinijs aſperſam & illecebris cult fæm.
pictam. c. 2.

Non igitur animo inſeruiunt oculi, ſed potius inſidiantur, non illi lucis aditum
præſtant, ſed retia potius nectunt & dolos, quibus eum capiant & captiuent: fidem D. Ambr. l.
mihi de his facientem do Diuum Ambroſium. *Nobis oculi noſtri retia ſunt, qui-* de pęnit.
bus inuoluimur, & implicamur: ipſi nobis vincula nectimus. Oculos Diuus Grego- c. 14.
rius Nyſſenus vocauit *bellicum veluti arietem*, quo animi arx ſternitur, obſcæni- D. Gregor.
que amoris ſagittis, è fęminis, uelut è pharetris excusſis, mentis fortitudo labefa- Niſſ. ho. 4.
C ctatur: *Prima adulterij oculorum tela ſunt, ſecunda verborum: ſed qui non capitur* in eccl. p. 412.
oculis, poteſt verbis reſiſtere. Sapienter itaque Seleucus ſtatutâ lege ſanxit, ut in D. Amb. p.
adulterij pęnam, oculi, qui fuerant amoris adminiſtri, raperentur. Inſeph.

Tranquillitatem ſpondere quidem videntur oculi; ſed re verâ fluctus animi a-
deò exaſperant, procellaſque adeo decumanas excitant inter ſcyllarum vortices
Charybdiumque gurgites, vt ipſe Typhis incertus ageretur, & quæcunque Tyria
nauis validiſſimè licet inſtructa naufragium pateretur; quàm enim meritò, vt ex-
pertentiâ patet, Diuus Nilus docuit, quòd *facies mulieris exornata, quauis procel-* D. Nilus l.
là pernicioſior eſt. Venuſtum quidem & coloribus variegatum aſpectum ei repræ- aners. vitia
ſentant, ſed ſub illo colorum lenocinio, eiuſque aſpectus illecebris baſiliſcus la- or. 2. to. 5.
tet, cuius oculis tererrimum virus efflantibus miſerè perimuntur: an non enim bibl. Patr.
mulier, ait Diuus Baſilius, *iactu oculorum ſagittam planè exitialem emittit, quem-* D. Baſil. 31
admodum baſiliſcum ferunt ſolo aſpectu perimere ſuos ſpectatores: voluptuoſum ve- Iſa.
nenum illi excipiunt, vt animo illud infundant, & inſtillent penitus cordi, quod
D adeò violentiâ illius occupatur & inuaditur, vt uix ſui compos ſit, nec ſecernere
bonum à malo valeat, & miſerrima ſeruitute voluntatem humanam è liberâ cap-
tiuam obſtringat. *Prius enim exorta voluptas faſcinat mentem, eòque paulatim* Ciril. Alex.
deducit, vt arbitretur iam nullius momenti eſſe diuinæ legis violationem; dedi Ale- l. 1. de lap-
xandrinum Cyrillum: oculus verò ab Heliodoro fuit appellatus, *prima origo in-* ſu hom.
ſtrumentumque amatoriæ faſcinationis; obtutus enim mulieris, qui docente Ariſto- Eliod. in
tele, ſtatis quibuſdam menſibus ſordidâ quàdam caligine ipſamet puriſſima Aetiop.
& chriſtallina ſpecula obfuſcat, & maculat, validior eſt, ut quocumque tempore
animi claritatem obſcuret, lucemque mentis obtenebret.

Iure igitur meritò de oculo quidam conquerebatur, quòd hoſtis in morem eum
inuaſiſſet, omniaque eius ornamenta, ſapientiam, virtutes, charitatem, tranſa-
ctæque ætatis merita rapuiſſet. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam*, ſeptua- Tren. 3. 51.
ginta legunt, *vindemiauit*: voluptatem quidem ſpondent, ſed cruciatum pariunt;
amorem fundunt, at dolorem fouent; vitam quidem blandè offerunt, ſed pupillas
reſe-

reſerantes, quibus ſi cuſtodirentur, arx animi ſtaret, morti parant ingreſſum ad A
Ierem. 5. 21 ſpiritum petimendum, *Aſcendit mors per feneſtras noſtras*. Panthæræ ſimilem quis
neget eſſe venuſtatem, cuius ferocia in eos inſæuit, quos pellis maculoſa venuſta-
te detinuit, & quos corporis odore refecit, crudeli dente dilacerat: quapropter
ſapientis Viri fuit effatum, maiorem in nos è pulchritudine imminere perniciem,
quàm vel ex indomiti Tauri cornibus, vel è Leonum dentibus, aſpidumque
veneno.

Profectò hæc ille ad rem; nulla enim validior ratio Dœmoni eſt ad noſtram
deſtruendam integritatem, potentius nullum inſtrumentum præ pulchritudine
occurrit, quâ caſtitatem oppugnet & ſternat, licet Mineruæ Clypeo obarmatam;
D. Cipr. de zelo & lin. optimè igitur de eâ Diuus Cyprianus aſſeruit: quod *offert oculis formas illius, &*
faciles voluptates, ut viſu deſtruat caſtitatem.

Congeſta in ſacris litteris ſcatent exempla, quibus ad lachrymas vſque erudi-
mur, quàm valida ad pudicitiam delendam licentia ſit oculorum: Ex ea quis ne-
ſciat tanquam à primâ ſcaturigine mala omnia, quibus premimur, emanaſſe? per B
Euæ primæ parentis oculos primò ſcelus irrupit, eiuſque pupillas primò Dœmon
Geneſ. 3. 6. inſedit; pomum enim è vetito ligno vidit, quod eſſet *pulchrum oculis, aſpectu-*
que delectabile.

Quo ex fonte totius terrarum vniuerſitatis excidium effluxit, quo terra in pon-
tum ceſſit, & montes in fluctus ſupra montes aſſurgentes? audi ex ipſo Coſmo-
pei Scriptore: *Videntes filij Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi*
Geneſ. 6. 2. *vxores, &c.* Quid fuit in cauſa, vt victrices Iudæorum acies quàmplurimis laureis
Num. 25. glorioſæ, ad Madianitarum mulierum illecebras eneruès ceciderint & inertes?
oculos ſuos in eis defigentes eneruato ſtatim animo corruerunt, & papilionum in-
ſtar earum vultus oculorum iactibus circumuagantes, infœliciter earum ardore
D. Baſil. Seleuc. orat. 6 conſumpti perierunt: *cum armis vincerent, oculis labebantur, pilis atque haſta ſu-*
periores, formæ iaculis vulnerabantur. Sic de illis Baſilius Seleucienſis.

Gen. 30. 7. Quànam vi magica Putiphar Regij armorum Præfecti coniux corrupta tàm va- C
lidè fuit, vt ſui ſanguinis fulgore poſthabito, ſui nominis faſtigio, ſui coniugij fide
contempta, pudorem ſimul & famam proſtituere non dubitauerit? *Poſt multos ita-*
D. Amb. de Ioſeph. *que dies iniecit domina ſuos oculos in Ioſeph*: non illa quidem vel Ioſephi venuſta-
tem, non amoris vim, non fati leges, non ſyderum aſpectus, non Dœmonis ag-
greſſiones in partem ſceleris aduocare poterat; ipſa ſibimet retia tetendit, ſtruxit
inſidias effræni licentiâ oculorum: *illa retia miſit, & indagine ſuâ eſt capta*, dedi
Ambroſium.

Ineluctabilem formidandamque Samſonis vim quænam uis euirauit, eòque
Iud. 14. 5. adduxit, vt fœminæ ſeruus, puerorum iocus, hoſtium ludus fieret? vni oculo hęc
tribuenda: *Vidensque ibi mulierem de filiabus Philiſtym*: lenocinantis eius fœminę
vultu irretitus emarcuit: Quidnam inſectum reliquit genitor, vt eum à tam fædo
coniugio remoueret, quas artes, quæ verba præterijt? incaſsùm omnia iuere,
pertinaci enim obfirmatus amore ait, *Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis*:
Meritò igitur hoſtium vi captus illis oculis eſt, quibus ſe in tam tædam peſtem im- D
miſerat.

Quid Dauidis conſtantiſſimum animum euertit, eaſque illi palmas ademit, quas
Philiſtæi ſimul & Ammonitæ coniunctis uiribus rapere non potuerunt; audi, *vi-*
2. Reg. 11. 2 *dit mulierem ſe lauantem ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum*; cum Theocrito de eo dm
xeris, *ut vidit, inſanijt.* Principum omnium ſapientiſſimus, virtutum omniui-
choragio illuſtris, ad Dei cor expolitus, ſexcentarum palmarum ductor, futuri
D. Aug. in pſ. 50. Meſſiæ pater! ſermonem de eius lapſu Diuus Auguſtinus inſtituens ait, *Mulier*
longè, libido propè, & quidem meritò *mulier longè*, nam ut aliàs idem aſſeruit, lo-
cus quo ſe Berſabæa abluebat ferè per milliare aberat à Dauidis aſpectu: ſi ergo
è tàm longinquo loco ſuum fæmina virus eiaculari poteſt ex oculis, *de longè enim*
vidit Dauid illam, in qua captus eſt; quid de eorum temeritate dicendum, qui elegan-
tium fœminarum formas è proximo ſecurus inſpiceret? *ſit igitur caſus maiorum tre-*
D. Aug. d. pſal. *mor minorum*, ait Auguſtinus: optimè autem ſuorum ſcelerum authores ſuique
excidij fontes agnouit Dauid in oculis, adeòque ut proditorios & infidos eos re-
dar

darguens, pœnas ab eis ſuorum malorum exegit, vt nempè maculas, quas tur-
A piſſimo ſtygmate ſuæ impudicitiæ inuſſerat, perenni lachrymarum imbre dilue- pſal. 118.
ret, *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.*
Quis eos Babylonios ſenes adeò dementauit, vt pudoris, famæ, præfecturæ co- Dan. 13.8.
gitatione excuſsâ, ſe libidini mancipandos darent? oculorum vis fuit, cum in
Suſannæ ſe ad fontem abluentis contemplandâ venuſtate immorarentur: *Vide-
bant eam ſenes quotidiè ingredientem, & deambulantem, & exarſerunt in concupiſ-
centiam eius.* Quis laureatum Holofernem edomuit, domitumque cruenta mor-
te peremit, non bellicâ ſed fæmineâ manu confoſſum? ex oculorum iactu, quem
in cæleſtem Iudith pulchritudinem inconſultus intendit, cruentus cecidit, obiuit
inglorius: *ſtatim captus eſt in oculis ſuis.*
Sed nimius profectò eſſem, ſi in ſingulis recenſendis immorarer, quæ tragico Iud. 11.
planè exitu, & lachrymabili euentu oculorum licentia repræſentauit: Heu quot
fuere Actæones, qui vt Dianæ alieni inſpectandæ auidis oculis indulgerent, cupi-
B ditates ſuas vti rabidos canes experti ſunt in ſe ferociſſimo dente conſurgere: hinc
ſanè fiebat, vt à primo fidei naſcentis exordio, commendatiſſimum Chriſtianis eſſet
honeſtâ modeſtiâ oculos temperare, eoſque tam ſollicitâ curâ ſeruare, ac ſi virgi-
nes eſſent, vt teſtatur Tertullianus, *tàm Sancti viri eſt ſuffundi, ſi Virginem vide-* Tertull. de
rit, quam ſancta Virginis, ſi à viro viſa ſit; Diuinum illud effatum non ignorabant, relat. Virg. c. 2.
Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore illius. Diuus autem Alexan- Eccl. 9. 51.
drinus Clemens præ omnibus fæminarum aſpectum fugiendum eſſe docebat, eò
quod oculis æquè ac manu pollui pudicitia poterat: apud Aelianum hoc idem
Xenocrates docuit, *Nihil enim intereſt, pedeſne, an oculos in alienâ domo* Aelian. l. 14
defigas.

§. I.

C CVM igitur ad pulcherrimam pudicitiæ Helenam deſponſandam immaniſſi-
mum bellum Dœmonas inter & Antiſtites ineatur; detectiſque inſidijs, qui-
bus nebulones Stygij conantur illam nobis eripere, quàm maximè decet, vt ocu-
los tanquam finium frontem vigiles cuſtodiamus, ab omnibus eos inſpectandis
auertentes, quibus erigi animus ad illicita poteſt, acroamatis eius memores, quo
Diuus Chryſoſtomus ſignificauit, facilius nobis eſſe à fœminarum aſpectu oculos
amouere, quam turbulentos animi æſtus ex ipſis enatos arcere: cùm autem ocu- D. Chriſ. de nequit de pul.
los nobis impertiuit Deus, vt veluti ſydera nos illuſtrent ad Dei beneficia contem-
planda, Diuinæque ſapientiæ mirabilia recenſenda, nefas eſt, ut humanæ tantùm
pulchritudinis formas inferant, quibus amor ſtygius accendatur, noſtro Sacer-
dotio indecorus: quis iam Diuinæ ſapientiæ obſurdeſcat ſic loquenti? *Auerte fa-* Eccl. 9. 8.
ciem tuam à muliere compta; ex hoc concupiſcentia, quaſi ignis exardeſcit.
Plurimas leges, quibus oculorum licentia coercetur, enumerat D. Iſidorus, quem c. his 3. 153.
D ſacri Canones afferunt; Diuus autem Auguſtinus â Gratiano itidem relatus totus
in eo eſt, vt Lythurgos omnes erudiat, oculorum procacitate pudicitiam ſatis de-
nigrari, & nimis eos decipi; qui caſtos eſſe ſibi ſuadent, ſi manu, ſi corpore caſti
fuerint; ipſa enim vel leuis cogitatio adulterio veluti quodam mentem inficit; ipſi
oculi ueluti cordis adminiſtri & interpretes, animi arcana ſignificant, & adyta
mentis aperiunt, *nec ſolo tactu, ſed affectu quoque, & aſpectu appetitur, & appetit* c. nec ſolo
fœmina. Nec dicatis vos animos habere pudicos, ſi habeatis oculos impudicos: ipſa- 13. 32. 9. 5.
met verba dedi: quod planè idipſum eſt, quod uir patientiſſimus eleganter & piè
docuit, *pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine*, Vt bel- Iob. 31. 1.
lum quo in ſuam caſtimoniam fœda oculorum uoluptas ſeuiebat, æquâ ratio-
ne componeret, pactis uelut inducijs cum eis conuenit, ut ſcilicet à uetitâ pulchri-
tudine inſpectandâ abſtinerent, ne de animo triumpharent, & ad pompam trium-
phi augendam curru traherent triumphatum: Hac ipsâ lege pupillas ſuas Hye-
rarchæ contineant, earum liberos obtutus retundentes, adeò ut ad omnia ea ſalu-
tari nocte cæcutiant, quibus eorum aliquomodo denigrari caſtitas poſſit. Quàm

nobis erubeſcendum eſſet, ſi ea nobis deeſſet in oculorum luce compeſcenda cu- A
ſtodia, quam in quolibet è Chriſtianis Tertullianus poſtulabat: do eius verba:
Tertul. de cultu fœm. c. vit. *Pudicitiæ Chriſtianæ tanta debet eſſe plenitudo, vt emanet ab animo in habitum, & eructet à conſcientia in ſuperficiem; vt & foris inſpiciat quaſi ſupellectilem ſuam.* Quid dicendum de oculis, ſi veſtes ipſæ coguntur redolere caſtitatem?

Opportunè hîc illud inſerendum videtur, quo ſapientiſſimè Pericles Sophoclem caſtigauit nimiâ licentiâ venuſtulum adoleſcentem contemplantem, *Decet ò Sophocles Prætorem non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.* Si hæc de Prætore Pericles, quid de Sacerdote, quid de Antiſtite dixerit credas, liberiori ſe oculo effundente?

Adeò autem à quocumque prophano aſpectu noſter abſtinere oculus debet, vt ea priùs pati debeat, quibus oculos laborari medici docent, hoc eſt, vigilia, tu-
Hier. 1. 11. more, & lachrymatione; noſter quidem oculus euigilet ad populi gregem ſeruandum, vt de noſtrum quolibet Sanctus Vates habere illud poſſit, *Virgam vigilantem ego video*, quod ipſum eſt, quo mentem ſuam Aegyptij Reges aperiebant, oculum in ſceptri faſtigio apponentes; Tumeat pariter noſter oculus è fidei ardore, B
quo populorum immoderatam & diffluentem licentiam refrænemus, & cum opus fuerit ad eius excidium fulmina iaculemur: nec tumeat tantum, ſed etiam lachrimetur ad gentium crimina abolenda, eiſque ſuorum ſcelerum veniam impetrandam: quàm piè, quàm vtiliter his ſe operibus noſter oculus implicabit! Cæ-
D. Hieron. in c. 1. ad Titum. terùm egregiè ſuprà quam dici poſſit Hyeronimus docuit, quod eùm in caſtimoniâ potiſſimùm ſeruandâ excellere debeat Antiſtes, ab ipſomet *iactu oculi* ieiunet oportet: in animarum pulchritudine non in fœminarum aſpectu Epiſcoporum oculus immoretur, & vt Dei adminiſter Dei ſponſas animas fideli tantum luce cuſtodiat.

Lepidam ad hoc edocendum parabolam ſimplici quidem ſermone, ſed ſanctitati accommodatiſſimo piiſſimus Franciſcus afferebat: duos ſic ille ephæbos ad Reginam Rex miſit, vt ei ſuam mentem aperirent: rediit primus, retulitque de re ſibi commiſſâ reſponſum nullo alio ſermone interpoſito: Alter vero, vt breui Re- C
Cron. Fratr. Min. l. 1. c. 30. gium reſponſum aperuit, de Reginæ venuſtate ſpectatiſſimâ vberi oratione verba fecit; indignatus adhæc Rex eum acerbè corripuit, eiuſque intemperantiam loquendi aſperitate caſtigans, obſcœnam fore, ait, eius voluntatem in eâ pulchritudine adamanda, quam licentioſa luce quæſierat: primum dein aduocans, quid ei de Reginâ videretur interrogauit: Egregiè, ò Rex, ille reſpondit, patienter mandatum excepit, deditque prudentiâ pari reſponſum; quæ tamen de eius pulchritudine tua mens eſt? ad hæc Ephebus, de pulchritudine quid dicam non habeo, tua enim eſt, eius vultum, eius formam contemplari: mea tantum eſt, voces eius audire, audiraſq; referre. Tunc Rex eo ex aulâ reiecto, maiori hunc dignitate illuſtrauit, & ait thalamum quem ille polluerat, tu fidè cuſtodias. Quàm aptè Epiſcopis Dei adminiſtris Regiſque ſupremi aulicis hæc ipſa conueniant, quis adeò cœcutit ne videat?

Sed hoc idem Diuum Ephrem Syrum mirabili quadam arte ſapientia cæleſtis D
edocuit: Edeſſam enim ſemel hic profectus, vt à viro quodam probatiſſimo monitum aliquod ſibi perutile, ardenterque exoptatum exciperet, vix vrbem ingreſſus,
Veſc. in vit S. Effr. Sozom. l. 3. hiſ. eccl. mulierem offendit, quæ eum diutiùs quàm par erat, eum contemplaretur, rogata ab eo eſt, quid ſibi vellet? reſpondit mulier, *Intueor te, quia ego mulier ex te viro ſumpta ſum: tu verò ne me intuearis, ſed terram, ex qua tu vir ſumptus es.* Optimè hinc edocemur & nos, qui adeò cæteris caſtimonia præcellere debemus, vt Chorynthijs fœminis Apoſtolus præciperet, vt in templo ſibi caput operirent, *Propter*
Cotius. *Angelos, id eſt propter Epiſcopos*, vt alibi explicauimus: ac ſi horrore quodam perfundi debeamus fœmineum vultum inſpectantes.

in eius vit. Religioſus adeò ſuis coercendis oculis fuit Diuus Bernardus, vt cum ſemel euagati fortuitò in fœminæ ſpeciem impegiſſent, in ſeipſum adeò ſanctè indignatus exarſerit, vt in glaciè concretum ſtagnum ingreſſus, indè tantùm egredi tùnc vo-
Marc. 1. 4. c. 7. Aman. Epiſc. luerit, cùm torpeſcentibus artubus ſemimortui ſpeciem præferebat.

Sed acerbiùs etiam in ſe ſæuijt Diuus Amanus Alexandriæ Antiſtes, diſcipulus

ſimul

ſimul & ſucceſſor Diui Marci: hic enim fortuitò oculi iactu cum fœminam inſpexiſ-
A ſet, alterum ſibi è fronte lumen euulſit; imitandum quidem nobis nequaquam,
quo arceremur à ſacris: documento tamen illuſtri nos erudit, quàm longè ab in-
decoris obtutibus abſtinere debeamus.

Quis hoc heroicum geſtū in Antiſtite Aniano fuiſſe inficietur? cum nihilominùs
hac eodem in re Democritus Philoſophus eum præiuerat, hic etenim, teſte Tertul-
liano, eâ ſolùm de cauſâ ſibi oculos eruit, perennique nocte lucem ſuam extinxit,
quòd ſcilicet ad amatorias illecebras procliuem agnouerit ſe, mollique animo
quæcumque ſpectaſſet, concupiſceret: *quod mulieres ſine concupiſcentia aſpicere non* Tertul. in Apol. c. 46.
poſſet, & doleret, ſi non eſſet potitus, excæcauit ſeipſum: oculos caſtitatis inimicos
ſibi vltrò ademit, & mentem obſcurantem lucem generoſus obſcurauit; vt naturæ
viſcera lynceis oculis inſpectaret, ad extima hæc & humilia caligauit. Memoran-
dum hic mihi illud occurrit, quod de Homero Græcæ Poeſeos Præceptore illu-
ſtris author refert, cum enim cœcus fuiſſe vulgò credatur, non vtique intelligen- Illuſt. li. de Phil.
dum eſt, quòd luminibus deſtitutus variarum rerum aſpectu careret: quo enim
B pacto cæcutiens vir, velut in tabulâ, purpureo ſui carminis penicillo, depingere
fruges, herbas, animantia, fructus, & tantam rerum omnium varietatem? cæcus
igitur tantummodò fuit, *quod nunquam victus ſuperatuſque fuit libidine, quæ per
oculos incipit*.

Quæ de Cyro, de Magno Alexandro, de Antiocho memorare hic poſſem, vl- Plut. in Alex. & in apolog.
trò libens omitto, ne faſtidio legentibus ſim: hi enim venuſtiſſimis omnium fœ- Xenoph. in Cip pæd.
minas ſuique in bello captiuas ab oculis reiecerunt, eo ſolum titulo, quò minus
generoſi viderentur, ſi populorum victores oculis vincerentur, & captiuarum le-
nocinijs fierent ipſi captiui: illuſtriſſimum tamen facinus, quo commendatus om- Sur in eius vit. 1. Apr.
nibus fuit Diuus Hugo Grationopolitanus Antiſtes, omittere nefas fuerit, cum ad
eius regulam ſuos componere oculos quicumque poſſit Antiſtes: cum enim qua-
draginta annorum interuallo, quibus eius populi regimini præfuit, frequenter gra-
uiſſimis de rebus plurimas & ſimul elegantiſſimas fœminas ad ſui colloquium ad-
C miſiſſet, nuſquam tamen in earum vultum ſuum fixit obtutum: quapropter, cùm
ſemel diù cum nobili fœminâ ſimulque ſpecioſiſſimâ verſatus fuiſſet, non parum
de eo admirati fuere famuli, quod eam de tot emendicatis coloribus & lenocinijs,
quibus ad ſuperbiam vſque laſciuiebat, non admonuerit & ſalutari correptione
caſtigauerit; horrore quodam percitus ad hæc ille fuit, aitque, ſe faciem eius ne
vno quidem obtutu agnouiſſe; adhæc continere ſe non poteſt eius vitæ Scriptor,
quin aſſerat, nullum nunc temporis inter Epiſcopos Hugonem dari, qui tanto ſtu-
dio oculorum ſeruandæ caſtitati laboret. Mendacium nos iſti obijciamus, pluri-
moſque floreſcere Hugones noſtro ſæculo oſtendamus.

Verùm, ſi tantum non licet aſſequi modeſtiæ faſtigium, ſaltem illud nobis ani-
mo ſit, vt in vultu fœmineo noſter oculus diù non ſiſtat, ſed obitèr tantùm eas in-
ſpiciat, & vt Iſidori Peluſiotæ voces vſurpem, *effuſiſſimo curſu* eo planè modo, quo
Aegyptij canes Nili aquam currentes ferè delibant, non ignorantes, à Crocodilis
ad interitum rapiendos, ſi in illis ebibendis immorentur: ſic fidem ijs faciemus,
D quæ de primæuis Chriſtianis poſteritati Tertullianus tranſmiſit. *Chriſtianum ſaluis* Tertul. in apol. c. 46.
oculis fœminam videre, animo aduerſùs libidinem cæcum eſſe.

Indecoram maximè Epiſcopis eſſe epularum intemperantiam. Cap. XXIX.

TEmperantiæ virtutis, docente Ariſtotele, tantùm eſt, circa eas voluptates
temperandas verſari, quæ guſtandi, tangendique ſenſus attingunt; cum er- Ariſt. 4. Ethic. c. 10.
gò ſuperiùs de primo eius munere ſatis, ni fallor, egerimus, ad ſecundum pro-
peremus oportet, quod caſtimoniæ baſis eſt & fulcimentum, eâ ratione, quâ in-

temperantiæ vitium aries bellicus eſt, quo caſtitas tota ſubruitur: Protoparentem Adam ad fidem de hoc faciendam Diuus Ambroſius affert; hic enim, vt ab illicitis A pomi epulis abſtinuit, virgo permanſit; at vix eidem comedendo adhæſit, vt ſtatim amatorijs amplexibus ſe cum Euâ commiſcuerit: *Fames enim amica Virginitatis eſt & inimica laſciuia; ſaturitas verò caſtitatem prodigit, nutrit illecebras*, Sic Ambroſius.

Ambr. ser. 35. de Quadrag.

Toto cælo Hierophantæ aberrarent, ſi caſtitatis cymelia inter epulas ad delicias paratas ſeruaturos ſpectarent: impares quidem ſe tanto Sacerdotio præſtarent, quo forſan vindicis manu Dei exautorarentur: perobſcura Micheæ verba in hâc ſententiam à Diuo Hyeronimo explicantur & referuntur à Gratiano. *Eccleſiæ Principes, qui delicijs affluunt, & inter epulas, atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credant, propheticus ſermo deſcribit, quod eijciendi ſunt de ſpatioſis domibus, lautiſque conuiuijs, & multo labore epulis conquiſitis, & eijciendi, propter malas cogitationes, & opera ſua: & ſi vis ſcire, quò eijciendi ſunt, Euangelium lege; in tenebras ſcilicet exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentium.*

D. Hier. in Mich. ad c. 19. c. Eccl. principes 45. diſt. Matth. 22.

Verba itidem illa Dei nomine à Hieremiâ pronunciata perpendit Tertullianus, B *Saturaui eos & mœchati ſunt*: pari ſimul gradu duo hæc incedere docet, eodemque alimento ambo ſimul vitia ſaginari: prodigij loco eſſet, ſi caſtum videris, quem vorax gula delectat. *Monſtrum ſcilicet haberetur libido ſine gulà, per edacitatem ſalacitas tranſit.*

Hierem. 5. 7. Tertull. ad phiſ. ſub init.

Tot blandimentis ventrem fouere, eumque itâ reprimere vt non recalcitret, ignem voluptati ſubijcere, eiuſque flammas ne debaccentur obruere, hoſtem obarmare, & pacem ab eo extorquere, quis vnquam niſi ineptiſſimus arbitretur? vt igitur hæc fugiamus, ſapientiſſimè Dei voce erudimur, *ab ea quæ dormit in ſinu tuo*, hoc eſt à voluptuoſis epulis, abſtinere: vt enim luxuriæ flammas extinguas, ligna ſubtrahas epularum: *Quum defecerint ligna, extinguetur ignis*; ſic viſum Regi ſapientiſſimo. Singulare ad hoc venenum perdendum Antidotum ſobrietas eſt; ne furtiuâ irruptione prodatis ab hoſte, militari prudentiâ, exarmetur: quàpropter licet nulla alia de causâ ab epularum luxu abſtinere deberet Antiſtes, licet totam ven- C tris ingluuiem quam leges prohibent, leges vltrò concederent, pudicitiæ ſeruandæ titulo, ſobrietatis ſtudioſus delicias omnes frugalitate reſcindere deberet.

Mich. 7. 5. Prou. 26.

Quis autem credat, hoc idem ventris vitium, quo corporis genio blandimur, & ad eius voluptatem dulciſſima quæque componimus, in corpus ipſum inimico more conſurgere, nec rarò vitæ ipſius munere ſpoliare? an non enim ratio ſimul & experientia conſpirant ad nos inſtruendum, quod *multos morbos multa fercula ferunt*, iuxta Senecæ mentem, qui pariter addit vetuſtiſſima illa ætate medicam diſciplinam, herbarum ſolummodò quarundam cognitione definiri, eò quòd tenuiſſimo victu ſibi homines indulgerent; at tot poſtea epularum varietate repertâ, *non ad tollendam, ſed ad irritandam famem*, innumeri, quos ibi recenſet morbi, ad hominem deſtruendum ſe agglomerarunt, ad quos profligandos alia humanæ vitæ amor medicamenta quæſiuit: innumeros propè medicos numeras è tanto numero coquorum; videſis ea, quæ ad hanc rem aptiſſimè Diuus Chryſoſtomus D ſcribit.

Sen. ep. 95. D. Chriſ. hom. 29 in c. 12 ad Hebr & ho. o in Gen.

Diuus autem Hyeronimus ac ſi medicam profiteri vellet diſciplinam, totus eſt, vt tum Hyppocratis, tùm Galeni ſuffragio probet, eos qui nimia licentia corpori & abdomini vacant, *nec viuere poſſe diù, nec ſanos eſſe*: quis enim clariſſimè non aduertat, fumo totam eam occupari domum, in quâ ligna viridia adhuc & humida ſuccenduntur: ſic pariter fit, vt qui nimia epularum illuuie venter impletur, aggeſtis non digeſtis dapibus, cruditates, vapores aſſiduò tollat, quibus valetudo corporis obfuſcatur: Tot hæc eiborum genera ait Seneca, *ſcias putreſcere ſumpta, non concoqui*: hinc fit, vt permulti è nobilibus viris ex intemperanti gulæ oblectandæ indulgentiâ, lecto ſemper incumbant, podagrâ obſeſſi, vexati doloribus, morbiſque innumeris laborantes. *Quid enim podagras, fluxus paſſim toto corpore oberrantes, morbos cæteros, qui hinc ſunt, & tragœdiam vniuerſam, attinet commemorare?* dedi Chryſoſtomum; quaptopter licet boni aliud non hinc Dæmon erueret, quàm quòd ineptos nos efficiat ad ſacra munera peragenda, proſperè votum illi fœlicitèrque ceſſiſſet.

Sen. ep 95. D. Chriſoſt. hom 39. in 1 ad Corin.

Gra-

Grauiora tamen adhuc manent; nec enim tantummodò corporis valetudo ela-
A ctis è ventre vaporibus obfuſcatur, ſed ipſa etiam lux mentis, ipſa ingenij claritas
obſcuratur; adeò vt ad ipſoſmet pietatis actus exercendos hebeſcat: ſibi adeò ad-
uerſantur, ventris ingluuies, mentiſque ſerenitas, gulæ ſaturitas, & ingenij ala- Cic. 5. Tuſ.
critas, vt mutuo nunquam poſſint ſecum amore connecti. *Fieri non poteſt vt men-
te quis & ratione rectè vtatur, animaque vires debita loco & tempore exerceat, cibo
multa & potione diſtentus*. Sic Romanus Orator.

Quid autem eſt, vt oratores ab exedris audiamus, ſi in promptu Origenes ſit, D Leo. ſer. 7. de ieiun.
ſanctique ſimul Magiſtri Ambroſius, Leo, Nilus, alijque: ex his acutiſſimè de- Orig ho. 25
ſuo more Chryſologus ſic loquitur, *ſicut terra nubes caligant cælum, ſic obſcurant* in Luc.
animas intemperata conuiuia: ſicut ventorum turbines elementa confundunt, ſic fer- D Petr. Chriſ. ſer.
cula congeſta conturbant ſtomachum. tàm enim tenax corpus inter & animam tam- 41.
que arcta connexio eſt, vt eo laborante, laboret & iſta neceſſe ſit; facillimè ex Chriſ. hom. 29. in ad
alio ad alterum lues ſerpit, adeò vt concinnè Lyricus vates ſcripſerit. Hebr. in mor.

Quin corpus onuſtum
B *Externis vitijs animum quoque prægrauat vnà* Hor. 2. ſer. 2
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

Nec minor eſt in voluntate, quàm fuerit in intellectu pernicies: tot enim ferè
vinculis eam illaqueant, vt impos ſui gradum ferre non valeat. Quapropter vt
ſacri Canones referunt, cenſuit Galenus ciborum copia, quibus corpus impletur & D. Hieron.
ſaginatur, extenuari & magreſcere ſpiritum, adeò vt ad cæleſtia ſe non poſſit eri- adu. Iouin.
gere: qui ventri tantùm ſtudet, ſolùmque voluptates menſarum anhelat, in vir- l. 2. c ne ta-
tutum ſemita adeò caligat, vt nullus pietati ſit locus, totus voluptati: ad virtu- les 29 de conſ. diſt. 5.
tum molem deſtruendam hoc veluti ariete vtitur Dœmon, *Niſi ratio temperantiæ* D. Leo ſer.
obſiſtat illecebræ; & quod futurum eſt oneri, ſubtrahat voluptati. Hæc Diuus Leo. 8. 2.
Cùm in Nabuchdonoſor Regem Babylonicum, Rex Sedecias rebellaſſet, Deus,
qui ad Iudæorum ſuperſtitiones caſtigandas barbarum illum Regem ſui furoris
adminiſtrum ſuæque potentiæ fulmen elegerat, effecit, vt validiſſimo inſtructus
C exercitu Nabuzardao Regis Babylonij armorum præfectus, Hyeroſolimæ Vrbem
inuaderet & occuparet. Hinc Sedeciæ Regis captiuitas & cruenta cœcitas, hinc
Iudæa gens Babylonias catenas experta, hinc Hyeroſolimæ excidium Templique
totius euerſio: tùm Hyeremiæ calamo, tùm ſacro regalium rerum Scriptore nar-
rata hæc habes; ſingulari tamen adnotatione perdignum videtur, vocem hanc
Nabuzardan ex Hebræo idiomate idem referre, ac *Princeps coquorum*. quînam 4. Reg. c. 25
videntur ſibi conuenire exercituum Ductor & Princeps coquorum? quis vnquam Hier. 39. &
agminibus præfici coquos vidit? quis vnquam deſtrui ab illis vrbes vidit, quibus 5. 4.
menſæ dapibus inſtruuntur? implexas haſce difficultates Diuus Gregorius enodat, D Greg. 3.
eo in opere, quo Hyerophantas inſtituit, aitque ventrem coquorum Principem p. paſt. mon 10.
eſſe, cuius vi, cuius artibus virtutum mœnia euertuntur, pietas profligatur, & ſan-
ctitas tota deletur: quis enim ignoret in Hyeroſolimâ exprimi pietatem?

Non ærarij opes tantùm exhaurit menſarum luxus, ſed theſauros pietatis eua-
cuat; dum coquit epulas, terreſtres ſimul & cæleſtes diuitias decoquit, in quam
D ferè ſententiam Deus ipſe videtur allocutus. *Qui diligit epulas, in egeſtate* Cron. 21.
erit.

Quàm facilè eſt, vt Antiſtes qui menſis incubat, Deo non uacet, qui dapibus
impletur, ſacris precibus abſtineat, nec tantùm ſibi, ſed populo toti pernicioſus
eſuriat?

Menſarum dapes cæleſtibus adeò delicijs auerſantur, ut faciliùs fuerit ignem
cum aquâ paciſci; audi iàm, quæ peropportunè ad Clericum patrui ſui Decani
opiparæ menſæ aſſidentem ſcripſerit Diuus Bernardus. *Quomodo ignis & aqua*
ſimul eſſe non poſſunt; ſic ſpirituales & carnales deliciæ in eodem ſe non compa-
tiuntur.

Memorandum illud ad hanc rem occurrit, quod Tertullianus refert Chriſtiano Tertul. adu.
cuidam accidiſſe nomine Priſterio: Chriſtianæ Religionis nomine coniectus hic Phil. c. 12.
in carcerem proximâ die trahendus ad ſupplicium erat, ſed miſer precibus & ie-
iunijs omiſſis, quibus ſibi præſidium compararet, totus fuit, ut epulis & uino
uires

vires reficeret, ne tam ſæuos cruciatuum aculeos experiretur: auerſatus adeò Deus eſt eius immoderatam edacitatem, vt ſui corporis victimam inter ſupplicia pro ſuâ fide immolandam reijceret: experimento itàque tormentorum facto, vix tortorum in manus acceſſit, vt virtute diuinâ deſtitutus, dolorum violentiâ conſternatus, turpiſſimè deficiens animo à fide defecerit, quam ſanguinis effuſione probandam ſuſceperat. E Chriſti Martyre Bacchi teſtis euaſit, & prandio, quod lautè ſtruxerat manè, cœna fuit illi ſubreptâ, quam cæleſtium Spirituum miniſterio Deus ipſe in Cæli ſede parauerat. A

D.Hieron. ep. ad Nep. Si ergò ventri deditus Antiſtes eſſet, & nimis inter dapes effuſus, gulæque profundæ homo, an non ſuo miniſterio exercendo ineptus, monſtri loco eſſet deridendus hominibus, Angelis aſpernandus, ſupremoque Hyerarchæ Deo odio habendus?

Quid monſtruoſius, quàm dignitatem excelſiſſimam Deoque ipſi proximam ventri ſaginando ſubijcere? quid deformius, quàm inter ſtruenda conuiuia dapeſque condiendas cogitationem totamque mentem ab eo impendi, qui delicijs omnibus nuncium remiſit? an qui paſcendis animis deſtinatur à Deo, onerando ventri totus vacabit? an qui populos ad lachrymas & cineres excitaturus eſt, vino & dapibus occupatus aſſideat? prærogatiuam eam ab Apoſtolo in Epiſcopo requiſitam perpendens Hyeronimus *Domini ſui bene præpoſitum*, vide, inquit, ea ad quæ vocatur Antiſtes, *Non vt opes augeat, non vt regias paret epulas, non vt calacas patinas ſtruat, non vt phaſides aues lentis vaporibus coquat, qui ad oſſa perueniant, & ſuperficiem carnis non diſſoluant, artifici temperamento: ſed vt quod populo præceptum eſt, prius à domeſticis exigat.* B

DHier. ep. 33 ad Oce. D.Hieron. ep. ad Nep.

Sur. in eius vit. 4. Dec. Aliàs etiam in quendam alium ſuam dicendi vim elimauit Sanctus idem Præceptor, qui cum obſcuro ſanguine natus Epiſcopale faſtigium attigiſſet, ſacrorum cenſuum opulentiam in opiparas menſas exquiſitaque fercula effundebat: rectâ aliqua ratione honeſtari hoc poſſe videbitur forſan alicui; cùm de Sancto Colonienſi Hyerarcha referatur, quòd cum è ſuæ gentis obſcuritate, contemptui ſuis populis eſſet, magnificè extructis conuiuijs excipere plurimos cœpit, eaque deliciarum pompâ, quibus tamen ipſe moderatiſſimè abſtinebat, amorem ſibi famamque populorum vindicauit, qui plerumque virtutibus omiſſis pompaticâ harum rerum ſpecie demulcentur. Hæc tamen experimenta magnificentiæ in eis nunquam commendanda eſſent, qui è Religioſo ordine Epiſcopales ad ſedes elati, parſimoniam & frugalitatem in gulæ irritamenta ventriſque ſolatia commutarent. C

§. I.

VIDISTI, ni fallor, quàm neceſſariò temperandæ gulæ ſtudere debeat Antiſtes: vt autem temperantiæ virtus intemperantiæ vitio aduerſatur, ſic etiam in aduerſos planè effectus erumpunt. Ad reprimendos concupiſcentiæ motus æſtuſque ſedandos, validiſſima in primis temperantia eſt, nec etiam aliam ſui vel fideliorem ſociam, vel amantiorem nutricem, vel induſtriorem cuſtodem pudicitia habet, quàm ſobrietatem: corporis ſtimulos hæc retundit; voluptatum irritamenta hæc extinguit, amoris demùm illecebras hæc delet, & è luxurie domitâ laureis redimita triumphat. *Verùm herclè verum eſt: ſine Cerere & Libere friget Venus.* D

Ter. in eundem.

Stob. 15. Sic olim Terentius: hoc pariter idem apud Stobæum Socrates ſuos diſcipulos edocturus ſignificabat, vt à turpium voluptatum tyrannide eos vindicaret: aureum frænum dixeris temperantiam eſſe, quo præcipites animi motus cæleſtis auriga moderatur, & mentem vi ſenſuum tranſuerſum actam meliorem reuocat ad viam, quâ metam caſtimoniæ aſſequatur. *Temperantia eſt quoddam nobile frænum animæ, per quod eam Dominus retrahit à tentationibus, & delectationibus prauis, & nociuis:* Albertum Magnum dedi, daboque Bernardum, qui mentis ſuæ propoſitum, quo quadrageſimalibus tantùm eſcis ſe reficere ſtatuit, ratione allatâ confirmans, ait *Abſtineo à carnalibus, ne dum nimium nutrierim carnem, ſimul & carnis nutriam vitia.*

Albe Mag. ſerm di ro. gat.

D. Bern in Cant. ſer.

Ea

Ea etiam temperanda eſt, vt corporis valetudinem ſeruet; nutrimentum enim A affert, non grauedinem, alit non corrumpit, naturalem calorem fouet, non opprimit, ſtomachum reficit, non onerat, alacres viuidoſq; ſpiritus parit, noncrudos craſſoſque vapores, innocentem lætitiam animat inter dapes, non necat, vegetos ſenſus exhibet, non inertes: quàm benè ad noſtram vtilitatem verba Diui Chryſoſtomi Gratianus inter Canones ſacros inſeruit: do illa: *Nihil enim ſic iucundum eſt, ſicut cibus benè digeſtus & decoctus: nihil ſic ſalutem, nihil ſic ſenſuum acumen operatur, nihil ſic ægritudinem fugat, ſicut moderata refectio: ſufficientia quippe cum nutrimento, & ſoſpitatem ſimul procreat & voluptatem.*

D.Chriſoſ. hom 29 in Lubr. c.nihil 28 de conſ.d.5.

Quin teſte Diuo Hyeronimo, quem idem Gratianus refert, non pauci fuere, qui frugali tenuique menſâ ventris genio indulgentes; podagram doloreſque, quibus laborabant, placidè exuerunt. Perenni floridàque ſemper valetudine viguiſſe Socrates fertur temperantiæ vi, quâ gulæ imperabat: Vegetos & pios annos agit, qui ventris temperare nouit ingluuiem: quocumq; alio medico doctior & ſecurior ſobrietas eſt, ad morbos profligandos, ad vires ſeruandas incolumes: ſanè è tri-
B bus illis medicis, quos ad Anglum Regem ſchola Salernitana miſit, vnus ſobrietas eſt.

c. legimus 30.ead. diſt. 5.

Si tibi deficiant medici, medici tibi fiant
Hæc tria, mens hilaris, requies moderata, diæta.

Scol.Saler. c.1.

Caium, antequam Principatus culmen attingeret, proſperrima valetudine vſum Philo memorat; tenuiſſimo enim victu neceſſitati corporis conſulebat; verùm vt ſe obſoniorum luxui dapumque copiæ Princeps dederat, corporis habitudine immutatâ atque corruptâ, morbis & doloribus occupari cœpit; ſiquidem vt ipſe ait, *Temperantiæ merces eſt robur & ſanitas; intemperantiæ verò morbus & imbecillitas.*

Phil.deleg. ad Caium.

Lepidum quid aptè hic memorandum occurrit, de quodam Vaſcone qui Pirinicolus vocabatur; iter hic agens in quodam hoſpitio manſit, vbi frugali contemptiſſimaque menſâ exceptus à Tabernario fuit; olera tantùm malè cocta paraban-
C tur, vinumque adeò vitiatum, vt ſolâ ſiti condiretur; Parciſſimè igitur Vaſco manducauit; poſt quæ accerſiri medicum iuſſit; acceſſit hæc audiens tabernarius, vt ei ſignificaret, nullum ibi medicum præſtò eſſe; tunc Vaſco; non benè inquit, ô mi Caupo te noſti, nec enim caupo tu es, at medicus; optima namque omnium aliarum medicina temperantia eſt: mercedem igitur accipe, quam tibi non vt tabernario, ſed vt medico lubens perſoluo.

Verùm omiſſa hæc faciamus ad alia vtiliora properantes: ipſa enim non corporis tantùm, ſed ipſius ſpiritus valetudo in temperantia fundatur, adeòque primum ſanctæ vitæ lapidem in temperantiâ eſſe docuit Caſſianus: ruat neceſſe eſt quæcumque virtus hoc fundamine deſtituta: exquiſitam animi dapem vocauit eam Diuus Chryſoſtomus, animæ noſtræ alimentum, quo ad virtutum labores & exercitamenta pietatis egregiè vegetatur: profectò virtutis amatores ſapientiſſimè Pithagoras admonuit, *Imperare his aſſueſcas, veneri in primis, ſomno, & luxui.*

D.Chriſoſ. ho.p.inGen Pithag. in Carm.

D Ad preces Deo fundendas, Deumque animo amplectendum, illa nos excitat, vt cæleſtium arcanorum conſcia mens euadat, & pietatis adyta facili cogitatione poſſideat. *Abſtinentiâ prodeunt caſtæ cogitationes, virtutes rationabiles, ſalubria conſilia, & per voluntarias afflictiones caro concupiſcentijs moritur, & virtutibus ſpiritus innouatur.* Sic magnus Pontifex & ſcriptor Leo.

D.Leo ſer. de ieiun.

Licet igitur gulæ intemperantia, ſi in ipſa ſpectetur, lethali crimine non polluatur, niſi vel ex alicuius legis contemptu vel è valetudinis damno, vel ex ebrietate datâ operâ conquiſitâ, eius nequitia augeatur, adhuc tamen neſcio, quî excuſari ea in Antiſtite poſſit, qui cum ad abſolutam perfectamque virtutem poſſidendam teneatur, ea omnia tenetur amplecti, quæ ad eius culmen acquirendum adducunt, eaque omnia euitare, quæ ab eo vitioſâ labe deducuntur.

D. Th.2.2. q.3.ar 2, Nauar. in manu.c.23. nu. 1.19. vide adhoc. D.Th.2. 2. q.148 ar.2.

Ad Archiepiſcopum Senonenſem ſcribens Diuus Bernardus, vt in eo Præſules omnes admoneret de turpitudine, quâ immoderatis hiſce comeſturis Præſulum dignitas veneranda fœdatur, populos Præſulem irridentes exprimit eique repræſentantes, quàm longè ab Epiſcopali Sacerdotio ſordes iſtæ menſarum abſcedant,

quàm

quàm ineptus earum vſus ad tantum miniſterium ſe præbeat, & quàm perniciociſſimo exemplo gregem ſuum inficiat; audiantur eius verba: [D Bern.ep. 42. ad Ep. Senonen.] *Inſtar mei, qui ouis ſum, paſtor meus etiam curuus graditur, vultum gerens deorſum, & terram ſemper reſpiciens, & ſoli ventri, mente ieiunus pabula quæritans: in quo diſcernimur? ſi venerit Lupus, quis præſidebit, & occurret? quid indecentius, quàm quod Paſtor more pecudum ſenſibus incumbat, & corporis hæreat infimis, inhiet terrenis, & non erectus ſtet vt homo, ſuſpiciens cæleſtia; quæ ſurſum ſunt quærens, & ſapiens, non quæ ſuper terram.*

Aliam etiam alibi rationem affert, illis valdè opportunam, qui huiuſmodi dapum ſtudio vacant, earum diuitiarum vſu, quæ cum ſacræ ſint, ad pauperum patrimonium referuntur; adeoque eas inter menſas effundere & obligurire, furti, rapinæ, ſacrilegij reum ſe facit: [D.Ber. ep.] *Denique quicquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt*: licet autem exaggeratâ dicendi vi fuerint hæc (de quo luculentius & vtilius in tertia operis parte ſcribetur) adhuc tamen ingentem cuicumque curam inijcient, ſi ſtudioſus beatitatis extiterit.

[DDam.ep. apolog. Baron.ann. 1061.] Clariſſimè autem Diuus Petrus Damianus fatetur, ſe potiſſimùm eâ de causâ purpuram & infulas exuiſſe, quià conuiuijs ætas illa ſcatebat, & frequentiſſimis menſis exundabat. *Quotidiè regales epulæ, quotidiè apparatus, quotidiè nuptiale conuiuium.*

Duo autem idem Damianus affert exempla ſatis formidanda, quibus apertè innoteſcit, nihil aliud eſſe menſarum ſtudio luxuique ſe dare, quàm voluptati ſe mancipare, ventri gulæque ſe immolandum tradere, proſtituere rationis vſum, eiſque vinculis ſe obſtringere, quibus ſe cum voluerit, non poſſit exoluere, diuinam demùm vltionem obarmare eſt, cum, vt Chriſtum exemplar imitemur, nos vocauerit Deus, non vt deliciemur [Rom. 13. 13.4.] *in comeſſationibus & ebrietatibus*, adeòque cùm in Deo initiatis viris deformius hoc vitium ſit, ſupplicio grauiori percutiendum à Deo videtur: [D.Pet.Da. ep.16.l.5.] ad Landulphum ergò Mediolanenſem Presbyterum ſcribens refert, quod cum quartâ feriâ Quinquageſimæ, quâ ſacro cinere Chriſtianorum capita aſperguntur, magnificam ſplendidamque menſam Cluſinus Antiſtes inſtruxerit, eaque plures conuiuas exceperit, hilaritèr & feſtiuè die illâ traductâ, in morbum paralyticum, Deo puniente, tam præcipiti violentiâ incidit, vt vultu deformis, & ore turpiſſimè diſtorto miſerandam ſpeciem exhibens, reliquo vitæ tempore vſque ad obitum immaniſſimè fuerit afflictatus.

[D.Pet.Da. l.3.ep.10.] Sed illud formidoloſius & magis horrendum etiam videtur, quod ad Archiepiſcopum quendam ſcribens idem narrat, hac formâ. Dum Pariſienſis Antiſtes Albuinus ieiunio, quod per quadripartita anni tempora vniuerſali lege peragitur, vacaret, oblatus ei fortè fuit Aper venatorum vi mactatus: ad illius aſpectum feræ, quam ſummoperè inter obſonia deperibat, titillari Epiſcopi fames cæpit, eòque voluptatis irritamenta ſe porrexere, vt ab eius comeſtione continere ſe non potuerit diù: condiendam coquis iubet oblatam feram, & ad proximam Saturni diem ieiunium transfert, ac ſi decentius eſſet indulgere citiùs ventri, quàm Deo: ſed Dei potentiâ factum eſt, vt eodem ipſo Saturni die miſerrimus ille intempeſtâ morte perierit; Quis hic non agnoſcat grauiùs in eos diuina ſupplicia torqueri, qui proximi omnium Sanctuario deſtinantur?

Quàm

A Quàm commendanda, quàm vtilis Epiſcopis ſit epularum Temperantia. Cap. XXX.

QVOD peſſimum deſtruit, optimum eſt: quò igitur magis indecora & inhoneſta in Epiſcopo eſt, quò eorum Sacerdotio magis iniurioſa, epularum luxuties, eò laudabilior, eò ſpecioſior eſt earumdem temperantia: ipſa ſiquidem tùm Dei beneuolentiam, tùm hominum amorem ſimul & opinionem ſibi comparat, vireſque addit ingentes, quibus miniſterij ſui partes adimpleat. quapropter inter potiſſimas Epiſcopi dotes ab Apoſtolo recenſetur *ſobrietas*: quin animaduerſione dignum etiam eſt, eadem voce, quâ Græco idiomate ſignificatur
B ſobrius νηφάλιον, ſignificari etiam *vigilans*, vti Theotion & Syrus legunt; ac ſi nos p.Tim.3.7.
Deus edoceat, ſobrietate perſpicaciores nos effici, & ad vigilantiam aptiores; ad hanc autem cùm arctiſſimâ lege teneantur Hyerarchæ omnes, neceſſe omninò eſt, vt temperantiâ deſtituti in plurimis aberrantes, ad tantum miniſterium pro dignitate exercendum impares videantur: quo quidem philoſophandi modo Natalem Salonitanum Præſulem Diuus Gregorius ſuis Epiſtolis caſtigauit, eò quod in re ſacrâ & Epiſcopali peragendâ negligentiſſimus, in menſis inſtruendis & parandis epulis omnes ſuæ mentis ſuæque manus vires impenderet: *Multis ab vrbe tua venientibus, frater chariſſime, didici, paſtorali curâ derelicta, ſolis te conuiuijs occupatum.* D.Gregor. l.2.ſep.14. c.multis 5. diſt.4.4.
Vnde autem huiuſmodi quærelarum veritas poterat Pontifici innoteſcere? accipe: è negligentiâ & oſcitantiâ, quâ nullâ curâ populos moderabatur; *quæ audita non crederem, niſi hæc actionum tuarum experimentis approbarem.* Meritò igitur Quartæ Synodi Carthaginenſis Patres tùm pietate, tùm litteris præſtantiſſimi, è quibus etiam Diuus Auguſtinus fuit, ſtatuerunt frugali tenuique Conc.Carth.4.
C menſâ Epiſcopum contentum fore eâ conſideratione, vt tanti Sacerdotij dignitatem, non magnifico menſarum apparatu, luxuque peregrino epularum illuſtrent, ſed morum probitate, ſed vitæ ſanctitate coronent: eandem poſtea Synodi Carthaginenſis legem Tridentinę Synodi Patres inſtaurarunt: *Menſâ, ac frugali victu contenti ſint.* Conc. Trid ſeſſ.21. c.5. de reform.

Adeò tamen hac eadem in re ſtatuenda, firmus & conſtans adhæſit Theodoretus, ut diceret *Sacerdotis vita temperantię Typus eſſe debet*; Diuus hæc Hyeroninus ſuâ ratione confirmet, quæ in eo ſita eſt, quòd cum maximè ad Epiſcopum Theod. in Leuit.
ſpectet, populos ad Chriſti Domini ſectanda ueſtigia excitare, in ijs præſertim, quæ ad frangendum ieiunijs corpus, duramque uitam uiuendam referuntur, quàm propè irridendus ille fuerit, qui uerba ſua ſuis operibus deſtruens, totus inter conuiuia eſſet, alijſque ieiunantibus, uentri & abdomini indulgeret? profectò imitari hoc eſſet Homericam Penelopem, quæ tota die elaboratam texturam uni-
D câ horâ diſſoluebat: Apoſtolicum quidem iſti munus gererent, ſed non Apoſtolicos mores haberent. audi iàm non loquentem, ſed tonantem è Gratiano Hyeronimum. *Eccleſia Principes, &c. An non confuſio, & ignominia eſt, Ieſum Crucifixum magiſtrum, pauperem, atque eſurientem ſaturis prædicare corporibus, ieiunorumque doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre? ſi in Apoſtolorum loco ſumus, non ſolùm ſermonem eorum imitemur, ſed conuerſationem quoq; & abſtinentiam amplectamur.* D. Hieron. ad c.1. Mich c. Eccleſ. Princ. 4.35. diſt.
Sacrorum Annalium documenta peruolue? nullum in eis inuenies ex initiatis Deo uiris, quos probatiſſimâ famâ mundi gentes exceperint, quem tenuiſſimo victui & contemptiſſimis eſcis addictum, commendatiſſimum ſibi Deus haberet: ieiuniorum ope quàm facilè hi difficillima & implicita quæque negotia expediuerunt, ſibique Deum potenti auxilio præſentem compararunt: mirum enim dictu eſt, quanti ponderis ſit hæc ieiuni corporis afflictatio, quantaſque uires animo ſuperaddat, ut quælibet uirtutum maiora faſtigia conſcendat: ad eorum uoluptates paratiſſimus Deus accurrit, qui ſibi uoluptates omnes menſarum denegant, eorumque ſingulari cultu ſapientiam, & prudentiam elimat: ſapientiſſimos

certè Iudæos adoleſcentulos Babylon tota admirata eſt,eâ tantum de cauſa, quia regijs epulis abſtinentes, olera tantùm & legumina ad vitam enutriendam adhi- A berent.

[Chriſ ho.i. in Geneſ. D. Auguſt. Exod. 34. 4 Reg. 19. Dan.p. 10. Ion. 2. Iudit. 13.] Perpende iàm, quod olim diſertiſſimi tùm Græciæ, tùm Africæ Oratores Chryſoſtomus & Auguſtinus perpenderunt; ſi enim ſtatutis legibus inſtruere Hebræos ſuos Deus velit, ieiunio quadragenario Moyſem ad eas excipiendas inſtitnit, ſi ad Heroica facienda dirigit Eliam, eodem ieiunio vires eius obarmat: tùm Daniel, tùm Hebræi adoleſcentuli ieiunij præſtantia Deum habuere propitium; ieiunio tanquàm clypeo Niniuitæ diuini furoris fulmina in eos iam detorquenda repulerunt: ieiunio ſe excitauit, vt ſimul cum capite lauream de Holoferne pulcherrima Iudith referret; ieiunio præ Tribu Beniamin ſibi Tribus Iſrael primatum & excellentiam vindicauit; ieiunio demùm inſtructus ad fidei diſſeminandæ propagationem ſeruator ipſe Chriſtus velut ad paleſtram deſcendit: quid plura? Audi Chriſologum. [D Chriſol. ſerm. 2.] *Ieiunium ſcimus eſſe Dei arcem, Chriſti caſtra, caſtitatis ſignum, ſanctitatis trophæum: hoc Ioannem in natis mulierum fecit eſſe maiorem.* B

Potentiſſimis ieiunij armis Stygia Dæmonum vis adeò labefactatur, vt Apoſtolorum imperio parere ſemel detrectantes, *ieiunio & oratione* ſubijciendos docuerit Deus: [D Chriſoſ. vit. Monac. hom. 57.] quò enim hilarior & feſtiuior inter epulas iocatur Dœmon, *Vbi ſaturitas, ibi Dæmones choreas agunt*, eò magis noſtri ventris afflictationibus affliɛtantur: opportunè ad hæc naturalis ſcientiæ magiſtri docent, ſtatim perire ſerpentem, quem ieiuni viri ſaliua contigerit. *Vides quanta vis ieiunij ſit, vt, & ſputo ſuo homo terrenum ſerpentem interficiat, & merito ſpiritalem*, ait Ambroſius: [D. Amb. in exam. l. 6. c. 4.] Tartarcum anguem vir ieiunus occidit: quapropter nulla nobis admiratio ſit; ſi tot venenatis artibus, quas olim è Gnoſticorum & Vigilantij faucibus, nunc verò è Caluini Lutherique ore deuomuit, ieiunium ſuffocare & extinguere tentauerit Dæmon: ne ieiunio ſuffocetur, ſuffocare tentat ipſe ieiunium.

§. I.

C

ALIIS tamen permultis, quibus in tàm lato diffuſoque campo ſpatiari poſſem, ſponte omiſſis, facere non poſſum, quin verba è duobus ſacrarum literarum codicibus animaduertam, quibus diſſertiſſimè Præſules edocentur, quàm validum ſibi præſidium poſcere à ieiunio poſſint, ad ea omnia licet difficillima præſtanda, quibus identidem in populorum regimine implicantur.

Hominem è nihilo Deus educit, rerumque creatarum regimen illi demandat: [Geneſ. 2.] *Præſit piſcibus maris, & volatilibus Cæli, & beſtijs, &c.* ab hoc tamen dominio cæli ſydera excipiuntur, quorum ſibi tantùm præfecturam Deus ſeruat: quid tamen eſt, vt extra Paradiſi ſedes animantia non obediant Adæ, cum imperanti Ioſue promptiſſimè pareant eiuſque voces audiant Sol & Luna? [Ioſue 10. 12] *Sol contrà Gabaon ne mouearis & Luna contrà vallem Aialon; ſtetitque Sol, & Luna, donec vlciſceretur gens de inimicis ſuis*: apertè dicam; Adæ gulæ prurigini obedienti, animantia D non obediunt. [Lyran.] *In pœnam peccati dicta obedientia eſt ei ſubtracta*, ſic Lyranus. Ioſue verò ieiunanti tanta vis eſt, vt ſupra terras imperio ſuo conſurgens max ma ipſa ſydera dominetur, & voce formidandâ coerceat. do Tertullianum. [Tertull. ad. uerſ Pſych.] *Ieſum Naue debellantem Amorhæos prandiſſe illâ die exiſtimemus, qua ipſis elementis ſtationem imperauit? ſtetit Sol in Gabaon & Luna in Aialon, vt exaudiret Dominus hominem, parem ſcilicet Solis.* Quis vnquam cælum legibus obſtringere, eiuſque ſibi ſubijcere Rempublicam tentaſſet inſanus? Solem mihi videre videor ad Ioſue voces hærentem, ſibique quodammodo incertum, an Dei legibus, an Ioſue vocibus promptus obtemperet: Vt per cæli ſpatia diem vniuerſo diſpēſaturus excurrat præcipit Deus; vt ſtet, ſuoque curſui frœnos imponat, imperat Ioſuè: ad hæc tam diuerſa, imò tam aduerſa, ſuſpenſo gradu dubius vel errat vel hæret Sol: Cedat tamen tandemque natura, prodigium admirandum emergat, cæli leges deſtruantur, vim Sol patiatur, ſuæque maieſtatis oblitus, mortali ſe viro ſubijcere non erubeſcat, hominiſque nutus ſtatis à Deo legibus anteponat. Quin non ipſe Sol

tantù m

tantùm, ſed Deus ipſe Principi vel ſacro, vel prophano promptus obediet, dum-A modò viuidâ fide ſuffultus & ieiunio inſtitutus ad ea ſe componat, quæ Dei gloriam amplificandam populorumque vtilitatem reſpiciunt. Cùm igitur neceſſitas poſtulauerit *obediente Deo voci hominis, ſtabit Sol*, ardua & confragoſa quælibet æquabuntur, & tortuoſa facili cliuo dirigentur: hinc ſanctiſſimè decretum ab Apoſtolis, non ignoramus, quòd antequam ſacri ordines ab Epiſcopis impertiantur, ieiunium in quatuor anni tempora diſtinctum præcedat, cuius ſuffragio, vt in recenter initiatos viros Diuinus ſpiritus illabatur, oramus ſimul & impetramus.

Hæc eàdem de cauſâ, cum vel Synodus aliqua cogenda eſt, vel maxima aliqua calamitas Chriſtiano orbi immineat, Epiſcoporum mos eſt iuxtà ritum ab ipſis fidei naſcentis incunabulis, teſte apud Baronium Tertulliano, vt ieiunium populis deſignetur; nec eorum votis defuit Deus; ſæpiſſimè enim accidit, vt Diuus Iræneus confirmat, quòd euentis maximè mirabilibus, opem ſuam Deus afflictis rebus ſummâ cum benignitate præſtiterit.

Bar. an. 55. Tertull. ad pſich. c. 13. D. Iren. l. 2. c. 57. Bar. an. 58.

Ex his illud præterire nefas exiſtimo, quod à Ruperto de Monte in Appendice B ad Sigibertum refertur: cùm enim anno à Chriſto nato milleſimo vigeſimo quarto ſupra centeſimum, Balduinum Hyeroſolimæ Regem Saraceni captiuum feciſſent, ad delendos extrema internecione Chriſtianæ fidei Sectatores, quadraginta millia militum coegerunt: ad hæc tàm formidanda ieiunium Supremus Hyerarcha populo toti præſcripſit, quo Niniuitarum ieiunium imitatus, pueris ipſis, ipſiſque belluis idoneum alimentum denegarent; ventum igitur ad pugnam eſt, & cum vix tria millia militum acie ſuâ Chriſtiani complerent, tanto hoſtium numero circumfuſi, tàm graui diſcrimine tenebantur, vt à clade ſæuiſſimâ vix vnum ſuperſtitem futurum arbitrarentur: ieiunantium precibus & Præſulis fide Deus ad miſericordiam compoſitus, in hoſtiles Ethnicorum acies tàm denſo telorum imbre cælitùs immiſſo detonuit, vt viribus ſimul & animo conſternati cæde immaniſſimâ conſumpti fuerint, & in eos non tàm milites quàm mulieres & pueri fuerint leui labore graſſati.

Rub. de mon. in op. ad Sigib. Baron ann. 1124.

C Vt autem ſexcenta exempla præteream, quibus elanguidam noſtram fidem Deus erexit, an non noſtra hac ætate Diuus Carolus Borromæus, licet longis ieiunijs inopique victu ſe frequentiſſimâ afflictione conficeret, cum tamen Rhetiæ accolas inuiſeret, arctiori abſtinentia ſibi cibum ſubtrahens, & ſocios ad eadem ieiunia ſeruanda compellens, eorum conuerſionem, quam ardentiſſimè deperibat, tam diuinæ virtutis exemplo Dei beneficio impetrauit.

Giuſſ in vita S Caroli l. 7. c. 4.

De circumſtantijs, quibus ſuam temperantiam facere debent Antiſtites illuſtriorem. Cap. XXXI.

D CVM tàm opportunè & tàm neceſſariò in Epiſcopis temperantia requiratur, vt ſuperius ſcripſimus, vt ſupremum virtutis huius culmen attingant, operæ pretium duxi ab ijs, quæ lato quodam vniuerſalique ſermone de ea diximus, ad ſingularia deſcendere; quod eò libentius faciendum mihi videtur, quò grauiùs Epiſcoporum Magiſter Gregorius, vnà cum Aquinate Doctore & Gratiano edocet, gulæ vitium quinque potiſſimùm veluti machinis temperantiæ arcem oppugnare: vnico autem hoc carmine definitæ nobis illæ ſignificantur,

Properè, lautè, nimis, ardentèr, ſtudioſè.

D Greg. 30 moral c. 7. D. Th. 2. 2. q. 148. ar. 4. c. quinq. 22. de conſ d. 5

Vt à primâ igitur circumſtantiâ ordiamur, in tempore ea ſita eſt, hoc eſt, vt deſignatâ tantùm horâ, niſi alia neceſſitas repugnauerit, cibis indulgeamus: aliquandò namque indigentia tempora præuenit, vt Gregorius ait. Statam horam manducandi prætergredi, non tantùm uiro ſacro indecorum eſſe, ſed etiam puerile, quis ignoret? quin quicumque homo urbanitate aliquâ uel leuiter aſperſus hac puerili macula abhorreret: peſſimè itaque ſibi proſpectum Vrbs illa crederet, quæ

Antiſtitem ſortitâ fuerit ſimili labe laborantem; ſatis enim ex ea colligeret, maximè imbecillem & mollem eius eſſe virtutem, qui puerorum inſtar ad grauia A
peragenda imparatus, totus quocumque tempore eſt, vt ventri indulgeat & gulam oblectet. Litterali ſenſui adhærens ſic olim philoſophatus fuit Magnus Diuini Verbi orator, *Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt, & cuius Principes manè comedunt; beata terra, cuius Rex nobilis eſt, & cuius Principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum & non ad luxuriam*; quin ipſemet Orator Romanus, licet eius verba mente exciderint, hoc idem è Platone certâ ratione ſignificat; in eandem ſententiam conſpirat Philoſophus Seneca, cui tanto pretio hæc circumſtantia habetur, licet tenuiſſima videatur, vt quauis maximâ auri argentique ſummâ pretioſior ſit, qui ad certas diei horas gulæ ſolatia ventriſque voluptates componere ſobrius aſſueuerit. *Benè moratus venter, & contumeliæ patiens, æſtimari non poteſt.*

Eccl. 10.16 & 17.
Sen. ep 14.

Ea Diui Matthæi verba perpendens Diuus Auguſtinus, quibus immoderatam Iudæorum nequitiam Chriſtus Dominus obiurgauit, eo quòd Domini Præcurſorem Baptiſtam, vini epularumque abſtemium, tanquam linphatum virum & Dæmonibus occupatum euulgarent, ex aliâ verò parte ipſummet Seruatorem Chriſtum nec ab epulis, nec à vino alienum tanquam edacem & plangonem vituperarent, aſſerit Chriſtianam temperantiam non tantùm in epularum copia verſari, ſed etiam in eo quod famem obſonantem tranquillo quis vultu coerceat, adeò vt cum Apoſtolo vſurpare illud poſſit, *ſcio & ſatiari & eſurire*, quæ cum in Sacros Canones Gratianus retuliſſet, explicationem ſuperaddens ait, *Sic facient Epiſcopi, cum venerint ad pauperes Eccleſias, ne breuis hora conſumat victum longi temporis*; hoc autem non eſſet inſeruire virtuti, ſed neceſſitati: hoc idem ab omnibus Epiſcopis vel opulentis præſtandum mihi videtur; quâ in re ſpectatiſſimi toti orbi fuere ex Italis Ambroſius, è Græcis Chryſoſtomus, qui per aſſiduas tùm litterarum, tùm precum, tum negotiorum exercitationes totam diem abſumentes, ieiuni vſque ad veſperas permanebant, vt de primo Paulinus, de altero Palladius teſtatur; noſtra autem hac ætate hæc eadem præſtitiſſe legitur Diuus Carolus Borromæus. B

D.Aug.l.2. Euang c.11
Philippen. 4.12 c. quod dicit. 4. 41. ont.
Pallad. in Chriſ.
Paulin. in Ambr.
Guiſſ in vitas. Caroli.

Ad Epularum conditionem circumſtantia ſecunda refertur, *aliquandò cibos lautiores quærit*, Sic Gregorius. Peregrinas exquirere dapes, eaſque plurimis conditurìs imbuere, non ad famis neceſſitatem ſpectat, ſed ad voluptatem, ad gulæ irritamentum, ad ventris ſolatium, ad vitij incrementum, ad concupiſcentiæ victoriam: *Sufficit, vt comeſtibilia fiant, non concupiſcibilia: ſufficit enim concupiſcentiæ malitia ſua*. vtinam obdormiſceret adeò libidinis æſtus, vt ad eam excitandam huiuſmodi irritamenta ſuperflua exiſterent; nullum fame iucundius condimentum, nullum ſuauius embamma: hæc tantum te vocet & ducat ad menſam, non dapum ſapor, non epularum excellentia; *Palatum tuum fames excitet, non ſapores: deſideria tua parua redime, quia hoc tantùm curare debes, vt deſinant.* Senecam audiſti: quantò autem æquiùs præſtandum hoc ab Epiſcopis eſt, quibus, vt ſuperius vidimus, ſtatuta de hac re lex eſt tùm à Toletano tùm à Tridentino Concilio. C

D.Bern.
Sen. ep. 12.

Illuſtriſſimorum Antiſtitum exempla, quibus tanquam morum magiſtris erudimur, noſtræ mentis oculis aſſiduâ imagine repræſententur; Diuus Baſilius obijciatur, qui ſale pane & aquâ, & paucis aliquandò lupinis corporis neceſſitati indulgebat; Sanctus Amandus Traiectenſis & Gregorius Lingonienſis, qui hordeaceo pane alebantur; Sanctus Hilarius caricis, & pane elanguidum ſenectute corpus enutriens, Cardinalis Toletus legumina tantum, præter alia ieiunia, ad menſam apponens; Sanctus Goffredus Ambianenſis Antiſtes, panem, aquam, tenueſque fructus ad ſui nutrimentum adhibens; & qui me olim in hac Eugubinâ ſede præceſſit Diuus Ridolphus, qui carne omni, lactariis, & ouis abdicatis menſam tantùm accedebat, vt in gulam ibi pugnam exerceret, & velut in campo ſtrictâ acie dimicaret, vt ad Alexandrum Secundum Pontificem ſcribens Diuus Damianus teſtatur: ſexcentis alijs omiſſis, indicare tantùm Diuum Carolum placet, lupinos tantùm & panem ad victum vſurpantem. D

Sur in vitis hor SS.
Sur. in vita S. Goffred. c. 16 & ſeq. 8. Nou.
D.Pet. Da. l. p. ep.

Maioris hac in re momēti illud mihi videtur, Aegyptios ſcilicet Sacerdotes tùm vinum tùm æſculenta omnia abſtemios reieciſſe: Perſas farina tantùm & oleribus

vſos

Digitized by Google

vſos, Indorumque Gymnoſophiſtas, vel eadem farinâ vel pomis victitaſſe: vt fallacia numina obſequerentur, Deoſque *qui oculos habent & non videbunt* venerarentur, tam plebeis abiectiſque dapibus vitam aluerunt; vt vni veroque Numini gratificemur, eàdem nos incedere viâ detrectabimus, & vſque ad delicias inter exquiſitos epularum apparatus immorabimur non Antiſtites at helluones?

A

Si quis tamen vel imbecilli habitudine corporis, vel fidei ardoriſque renuitate ad tam aſpera ventris cruciamenta vires ſuas erigere non valeat, fas vtique eſt, vt illas ſibi dapes vſurpet, quæ noſtrum Sacerdotium non dedecent: non quæcumque edulia quibuſcumque ſunt opportuna, frequenterque etiam vel ſtomachi imbecillitas, vel caioris hebetudo, vel educationis mollities ab illis nos abducit obſonijs, quæ licet abiecta ſint & vulgaria, gulam dulciùs vellicant, & voluptatem magis exacuunt. Ipſe idem Chryſoſtomus ſolus & ab alijs ſemotus manducabat, tùm quia in pervoluendis ſacris litteris, & populorum rebus agendis, totam diem abſumens, ad veſperam uſque comeſtionem protelabat, tum etiam, quia è pluribus, quibus laborabat infirmitatibus, ſingulares aliquas cogebatur vſurpare dapes, quas utpote Epiſcopi ſanctitati impares cæteroquin non attigiſſet. [Bar. an. 607]

B

Si corporis uires adeò ualidæ fuerint, ut Chriſti Seruatoris & Apoſtolorum ueſtigijs adhærentes uulgaribus tantũ cibis uti poſſimus, Deo de ſuo munere gratias referamus; ſi uerò pernicioſos eos noſtræ ualetudini experiamur, illæ ſaltem tantùm nobis epulæ placeant, quæ priuatos uiros nobiles decent; illæ reijciantur, quę tùm copia, tùm pretio luxum referunt; impertitis ad pauperum inopiam, quibus ieiunia leuia compenſemus, & anxij deleamus, ad eius obſequium Dei, qui ſuccos ambroſios & nectareos in menſa nobis æternitatis apponet: uoluptatem è terrenis hiſce dapibus effluentem offerre uel non ualere, uel nolle mollis animi eſt: excipe iam, quæ ex Auguſtino ſic loquente S. Canones habent: *non cogantur diuites pauperum cibis veſci, utantur conſuetudinem infirmitatis ſuæ; ſed doleant aliter ſe non poſſe: ſi conſuetudinem mutant, ægrotant: vtantur pretioſis, dent pauperibus vilia.* [c. non cogantur. 3. diſt. 4?]

C

§. I.

TERTIA iàm nobis circumſtantia expendenda eſt, quà ab anxia exquiſitarum dapum cupiditate & uoluptate remouemur: Rem profectò abſonam, nec uiro tantùm ſacro, ſed Chriſtiano prorſus indignam! ut ſcilicet in epularum condituris indagandis totas animi uiris impendamus, ac ſi uiueremus manducaturi, non manducaremus uicturi: fieri non poteſt, ut ex illis ſint, qui uix à matutina menſâ remoti, ueſpertinas ſtatim perſoluant epulas peregrina arte condiendas: habes hoc ab Iſidoro Peluſiota, dum ait, *Totà die epulas ruminat, qui ad explendam gulam veſpere delicias præparat.* Proh infœlicem! quid aliud profectò eſt hoc, quàm ad gulæ cotem libidinem in ſeipsum acuere? & ex aduerſo Chriſti Seruatoris legibus repugnare, quibus iubetur; *Nolite ergò ſolliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus?* non hic cibus nobis prohibetur, ſed ciborum conditio & inſtinctus: uoculà illà; *quid*, non uel uini, uel epularum uſus excluditur, ſed circa ea gulæ anxietas caſtigatur: è Beda hoc hauſiſſe uidetur Hugo Cardinalis, cuius do uerba. *Non ait, nolite quærere, vel ſolliciti eſſe de cibo; ſed expreſſit, quid manducetis, aut quid bibatis; vt, quid, potius referatur ad quantitatem ciborum, quàm ad ſubſtantiam; quaſi dicat; nolite quærere cibos delicatos.* [D. Iſid.] [Matth 6.]

D

Quorſum tanta ſollicitudo, tot intinctus, tot deliciæ? Vnica epularum voluptas à Diuo Bernardo in fame ſubminiſtratur; prædulcis quicumque cibus erit eſurienti; *ſolus panis bonus fiet, & tibi cum tenerum & ſemilagenum fames reddet*: audiſti Bernardum; expertus hæc adamuſſim fuit Darius, quem quæſitiſſimæ dapes ex Aſiæ tota collecta, & melioris notæ uina faſtidiebant: victus enim ab Alexandro, & è celerrimâ cui ſe dederat fuga æſtuanti ſiti confectus, cum aquam lutulentam & ſordidam ad extinguendam ſitim bibiſſet, iuratus affirmauit, nullam aliam ſibi vnquam dulciorem & ſapidiorem ſibi deguſtatam.

Commendandus hac in re, licet alioquin flagitioſiſſimus, videtur Iulianus, quem

vix

vix Cæſarea ſedes excepit, vt ſtatim coquos omnes ex aulâ repulerit, aſſerens inutilem ſibi eorum artem eſſe, cùm vulgaribus tantùm edulijs veſci conſueuerit. A

Sed iàm ad quartam explicandam circumſtantiam properemus, quæ in eo eſt, vt ad neceſſitatis libellam cibi aſſumantur, & eius arbitrio metiantur: illud hoc eſt, quo plerumque delinquimus, nec enim neceſſitati conſulere, ſed voluptati indulgere, non vitam enutrire, ſed ad gulæ blandimentum mortem irritare non erubeſcimus: apud Laertium Diogenis fuit effatum, quod *Venter eſt vitæ Carybdis*; non abſimili loquendi forma hoc idem Diuus Chryſoſtomus expreſſit, ventrē mari comparans, quod Deus limitibus ſuis definiuit, nec licentiùs, quàm par eſt, inſoleſcens eos tranſiliret; profectò ni hac lege maris æſtus Diuina Sapientia refrænaſſet, quis ignorat tumidum illud ſuperbumque elementum in terras imperium ſibi aquis exundantibus arrogaturum? ſic propè ſtatâ quâdam lege ciborum menſura nobis eſt temperanda, ijſque habenis coercenda, vt vlterius effræni licentiâ non feratur; verùm ſi cupiditatis fluctibus aggeres hoſce irrumpere & euertere præſumpſerit, *increpa illum virtute, quam in te habes: vide quomodo Deus increpauerit mare, vt illum imitteris*. ſic Chryſoſtomus. B

Laert. in Diog. D. Chriſ.

Morbus quidam fames eſt, eiuſque medicamentum eſt cibus: ſi præſcriptas à medico menſuras in hauriendo pharmaco tranſiliat ager, non ſaluti proſpicit, ſed morbum auget, & mortem irritat: ſi ergo ad famis medicamentum cibum medica Dei manus appoſuit, an ſalutare nobis hoc erit, ſi fuerit immodicum, ſi præſcripta pondera tranſcenderit? *Hoc docuiſti Domine, vt quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam*: ſic olim ad ſobrietatem ſeruandam, ait Diuus Auguſtinus; quòd ſanè tùm corporis, tùm animi valetudinem roborat & confirmat.

D. Auguſt. l. 10 confeſ. c. 10.

Cum in ea verba ſapientiſſimè ab Apoſtolo exarata fortè occurrerit idem Auguſtinus, *Non in comeſſationibus & ebrietatibus, ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum*, Animum cunctis dubitationibus ſpoliauit, illaſque omnes mentis ambages, quibus tenebatur, exoluit; Catholicæ enim fidei excellentiam & culmen in illis agnoſcens, eius militiæ ſe adſcripſit, tantùm vtilitatis, tantùm luminis populis omnibus allaturus. C

Rom. 13. 13

Tanto autem temperantia hæc pretio Diuo Hyeronimo habetur; vt triduano ieiunio anteponatur; *ſint tibi quotidiana ieiunia & refectio ſatietatem fugiens; nihil prodeſt biduo, triduoq; tranſmiſſo vacuum portare ventrem, ſi poſt pariter obſtruatur*. non quòd ieiunia illa probatiſſima non ſint & optima, ſed quia, ni certus quidam virtutis ordo ſeruetur, vitium euelli non poteſt, eique oppoſita virtus firmari: in eos etiam Diuus Ambroſius iocatur, qui ſe allio ſaturos implent, eo enim delectantur edulio, quod Leopardus abhorret.

c. ſint tibi 19 de conſ. diſt. 5. D. Amb. l. 6 exam. c. 4.

Cum adhuc adoleſcentulus eſſem, cum Patre Cornelio à Lapide Societatis Ieſu magnâ me amicitiâ obſtrinxi; is ille eſt, quem tanto Sacrarum litterarum bono, interpretē Diuini verbi habemus, immortali omnibus nomine ſpectatiſſimum: non abſque admiratione ab ipſo excepi, exactâ lancis menſurâ epulas ab eo exceptas, ne per vnciam quidem ciborum ſibi præſcriptam legem tranſgrederetur: Bartholus hac in re, vt poſtea inueni, eum præiuit, vt incolumis litterarijs diſciplinis ſuam operam poſſet totus impendere; quàpropter iure merito decet, vt nos ſublimiori quadam ratione excitati vtrumque imitemur, non immemores hac tantùm viâ gratiſſimos Deo viros inceſſiſſe. D

Longè etiam his omnibus vtilior quinta circumſtantia eſt, & à Diuo Gregorio deſcribitur; ea autem eſt, vt in ipſâ comeſtione auiditatem quandam & ingluuiem fugiamus, iuxtà id quod oraculo admonemur. *Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam*.

Eccl. 37. 32

In hoc expendendo egregius eſt Diuus Auguſtinus, quem Sacri Canones referunt: frequentiſſimè enim accidit, vt dapibus opiparis pro ſuâ dignitate Dynaſta veſcatur, vel multus in comedendo ſit, cui ſtomachus optimè incaleſcit, & optima corporis habitudo deſeruit; ſed ab auiditate vterque caueat; nec enim contrà ſobrietatem peccauerit, qui moderatè illa comederit, ſed qui olera & cepas incompoſitâ comedendi formà vorauerit.

D. Aug. l. 3 de Doctr. Chriſt. c. 12 c. p 61. diſt.

In

A *In omnibus enim talibus, non vſus rerum, ſed libido mentis in culpa eſt: fieri poteſt, vt ſine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretioſiſſimo cibo ſapiens vtatur; inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum olus ardeſcat.* Sic ille, qui pariter alibi hæc ſubdit: *Neque quantum ſumas intereſt multùm, cum videamus aliorum ſtomachum citius ſaturari, & eos ne illi ipſi paruo, quo ſatiantur, ardenter, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare.*

D. Aug l. 1 qu. Euang. c 11. c. quod 4. 41. diſt.

Ad quæ confirmanda cum Chriſto Domino Eſau comparat; ille namque piſces vlla ſine labe comedit, cum hic lenticula ſe ingurgitans non tenui maculâ ſe deturpauerit; quod idem Eſau factum alibi Diuus idem Auguſtinus expendens ait, non exquiſitâ & peregrinâ dape, ſed vulgari & plebeio cibo primogenitis ſpoliatum, vt addiſcamus, quod non cibus, *ſed appetitus in vitio eſt.*

Luc. 24. Geneſ. 25.

D Gregor. moral. 30. c. 13. in fin.

Quid aquâ abiectius? & nihilominùs glorioſior de ſuâ voluptate fuit Dauid, cùm cuius immani ſiti vexabatur, licet trium fortium virorum laboribus & periculis aquam, exceptam, generoſè Deo libauit & litauit, quám cū in Therebynthi campo B carneā illam turrim conſternauit, ſoloq; afflixit: omnium certè calamos ad ſui commēdationem aqua illa excitauit, & ad eius imitationem fęlici veſtigio properarunt tum Rodulphus Primus Cæſar & Alphonſus Aragonum Rex cognomento dictus Sapiens: lege, ſi placet, de eo Aeneam Syluium, de hoc Panormitanum.

Licet autem connumerandus inter hos non videatur, qui vel natura vel vſu nullam auiditatis ſpeciem referens, aliorum comeſtionem celeritate præcedit; adhuc tamen ad honeſtatem ſeruandam commendatiſſimum eſſe debet Epiſcopis debitâ moderatione vti; præterquam quòd perutile etiam corporis valetudini erit, iuxtà medicorum effatum: *Prima digeſtio in ore.* Exemplum pluuiæ ad hæc ſapienter Diuus Hyeronimus accommodat, quæ vtiliſſima ſolo eſt, ſi paulatim decidat, lentoque illapſu campis inſideat: cum è contrà ſi violento impetu præceps in agros ruerit, pernicioſa adeò eſt, vt ſata omnia euertens ſegetes omnes deuoret, ipſaſque non ſemel arbores eradicet. *Pluuia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit: ſubitus autem, & nimius & præceps imber, arua ſubuertit.* C

Tres aliæ circumſtantiæ ad eandem rem vberiùs explicandam afferuntur. Cap. XXXII.

PRAETEREA quæ duce Diuo Gregorio huc vſque de menſarum temperantiâ diſſeruimus, tres alias circumſtantias afferre placet ſacris omnibus viris & maximè Epiſcopis commendandas.

Vt igitur ad ſextam accedamus, ea ſit, vt frequentia conuiuia non ſint, ea præſertim quæ circularia ſunt & in orbem ducuntur, vel ea ad quæ paranda partem D quiſque ſuam contribuit: hæc enim non raró ita æmulationibus augentur, vt in ſumptus ingentes & indecoros luxus deſciſcant: ſic ſanè ſtatuere Synodus tùm Laodicenſis, tùm Romana Martino Pontifice imperante.

Cōc. Laod. c. 55. c. non oportet 5. 44 diſt Cōcil. Martn. c 16. & 66 c non liceat c. eod. 44. diſt.

Si quis autem de huiuſmodi prohibitione rationem percontaretur, reſponſum à Diuo Gregorio exciperet, qui mentem Diui Iob perpendens, quâ pro filijs circularia iſta & mutua conuiuia agitantibus quotidiè Deo victimas immolabat, ſtatuit, hoc ab illo peractum, eo quòd compertum ei optimè eſſet, proxima vitijs ſatis eſſe conuiuia: *Nonnulla quippe ſunt vitia, quæ à conuiuijs, aut ſeparari vix poſſunt*, aut certè nequaquam poſſunt. Ex his potiſſimum locum duo habent, quorum primum eſt immoderata animi voluptas, corporiſque licentia, vt in Hebręis videre eſt, dum in ſolitudine *ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere:* Loquacitas aliud eſt, cum inter conuiuia tàm licenter inſoleſcat lingua, quàm pullus equinus inter paſcua, qui quocumque frœno abſolutus ſuæ licentiæ indulget, curſuque in partes omnes effunditur. Ex eo, quod de diuite Epulone tragicâ conuerſione narratur, id magnus Pontifex colligit: ille enim inter conui-

Gregor. p. moral. c. 4. Iob. p.

Exod. 32.

uia

uia ſplendidè inſtructa verſabatur, *epulabatur quotidie*: at poſtea inter corporis cruciatus & linguæ præſertim ſcribitur immoratus; vt enim Gregorius ait, *ea pœna indicat culpam*, ſed & Toletana Synodus hoc vitium ſerpere inter menſas aduertit, A
quia ſolent crebrò menſis otioſæ fabulæ interponi.

Conc. Tol. 3 c. 7. c pro reuerentia 11. 44. diſt.

Non ea tamen Sacris Concilijs mens eſt, vt Epiſcopos à conuiuijs interdictos velint, cum vel hoſpitalitatis cauſà, vel ad concordiam & charitatem fouendam conuiuamur: dummodò tamen ab ipſis confabulationes exulent, & pari menſurâ quà dapibus corporis vires recreantur, ſacris litteris lectis reficiatur etiam animus, & temperantia religioſè ſeruetur: Hac planè ratione ad Sanctum Gregorium ſcribens Salonenſis Antiſtes de frequentibus conuiuijs quibus fuerat expoſtulatus, ſe purgauit. *Conuiuia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, rectè veſtra fraternitas in ſuis litteris laudat; ſed tamen ſciendum eſt, quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla abſentium vita mordetur, nullus ex irriſione reprehenditur, nec in eis inanes ſæcularium negotiorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiuntur; non cum plus quam neceſſe eſt, ſeruitur corpori; ſed ſola eius infirmitas reficitur, vt ad vſum exercendæ virtutis habeatur.* B

D Greg. l. 2 ep. 37 c. côuiuia 61. 44 diſt.

Poſſidon. in vit. s. Aug.

Huiuſmodi etiam honeſta ſolatia non rarò in Epiſcopali palatio Diuus Auguſtinus frequentabat, ad menſæ conſpectum palmari charactere exaratum hoc diſtychon in pariete apponens.

Quiſquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi.

Quia autem ſemel in obtrectatorium ſermonem Epiſcopi conuiuæ incurrerunt, generoſè eos alloquens Auguſtinus, vel, ait, ſermo iſte deficiat, vel deleantur hęc carmina, vel celer ipſe diſcedam.

Quæ autem de moderato epularum apparatu ſuperiùs ſtatui, probata adeò fuere ipſi Platoni, frequenti conuiuio familiares ſuos excipienti, vt Timotheus dixerit, *Benè cum ijs fore, quos Plato excepiſſet conuiuio.*

Laer. in vit. Socratis.

Hoc fortè ipſe à Socrate ſuo olim præceptore didicerat, qui cum aliquando, vt è Laertio habetur, de nimiâ frugalitate, qua conuiuas aliquos exceperat, argueretur, ſapienter illud reſpondiſſe, fertur; *ſi boni ſunt æquanimiter ferent, ſi mali, non eſt curandum.* Quàm autem ſobria fuere conuiuia, quibus adoleſcentis Eccleſiæ ſectatores mutitabant, Philo, Clemens Alexandrinus, Minutius Fęlix, Baronio referente, ſignificant; quà occaſione de conuiuijs illis publicis agit Baronius, quæ coram Epiſcopis etiam aureâ illâ ætate inſtruebantur, & vel connubialia, vel Agape natalitia vocabantur. C

Epaminon.

Commendatiſſimus omnibus hac in re Epaminondas Dux Thebanorum clariſſimus fit; cum enim hic ab amico ad epulum inuitatus acceſſiſſet, magnificum effuſumque proſpiciens menſæ apparatum, indignatus abceſſit, illud pronuncians, *Ego te opinabar rei diuinæ operam dare, non de contumelia cogitare.* quàm autem benè hæc Antiſtiti accommodarentur, qui eodem apparatus luxu laboraret.

Giuſſan. in vit. s. Caro. li. l. 7. c. p. in fin.

Sanctiſſimo Antiſtite digna fuit illa correptio, quam Diuus Carolus Borromęus loquens ſimul & ſilens Senenſem Archiepiſcopum caſtigauit: hic enim hoſpitio eum excipiens, non dignitatis Sanctitatem, ſed nobilitatis iubar obſeruans, regio luxu laſciuientem menſam inſtituit, & nobiles aliquot viros ei famulaturos addixit; vultu triſti & acerbo excepit hæc Carolus, omniumque epularum parciſſimus ferè omnes amouit, tanquam ſibi ingratas, & moleſtas: cum autem poſt ſecundam menſam recenti rurſus pompa tragemata & bellaria vidit apponi; feſtinanter aſſurgens, ne vno quidem obtutu dignatus ea fuit, vt animum penitus ab alienum oſtenderet; cum autem prævalidus imber irruiſſet, & pluuius adhuc aer eſſet, noluit ibi amplius immorari, licet validiſſimis precibus eum Archiepiſcopus ab itinere reuocaret, quin eidem de longiori hoſpitio deprecanti reſpondit; iniurioſus pauperibus eſſem, ſi diutiùs hic immorarer; ſumptus enim illi, quos tam magnificus apparatus ad me detinendum abſumeret, debentur pauperibus, quos vt generoſe enutrire debet Antiſtes, ea illis impertiens, quæ ſuæ neceſſitati ſuperſunt: his dictis ſine mora deſignatum iter arripuit. D

Aliàs cum Prouincialis Epiſcopus eum hoſpitem tecto reciperet, vt muſica quæ-

quædam inſtrumenta peritâ manu tangi percepit, grauiter eum redarguens, effa- Giuſſan. in vit. l. 8 c. 10
A tum illud Apoſtoli ore digniſſimum pronunciauit. *Quæcumque voluptuoſa ſenſibus ſunt, ſunt ab Epiſcopis fugienda.*

Verùm quidem eſt, quod in prophanis Principibus & Dynaſtis hoſpitio exci- Sur. 14.
piendis, commendanda videtur opulentia quædam & pompa, quæ eorum digni- Nouic. c34
tati reſpondeat: Profectò Diuus Laurentius Dublinenſis in Hiberniâ Epiſcopus, magnifico apparatu ſuos hoſpites detinebat, ſuæq; gulæ voluptatem ad eorum aſpectum immolabat; varias enim delibare appoſitas dapes videbatur, cum re verâ illas abſtemius non attingeret.

Eâdem planè ratione admirandæ vir famæ Ambroſius, licet repetitis ieiunijs vi- Sever. in
res corporis labefactaret, adhuc tamen non raro cum Præfectis & Conſulibus Vrbis dial. galli.
conuiuabatur ſplendidâ regalique menſâ inſtructa, vt Diuo Martino Vincentius Bar. an. 367
Galliarum Præfectus memorauit, ſanctè ſimul & politicè hoc Ambroſius peragebat, vt ſcilicet exiguo epulatum diſpendio, Principum illorum animos fidei Chriſtianæ ſeruandæ & amplificandæ perutiles lucraretur.

B Ad ſeptimam iàm deſcribendam circumſtantiam accedo, quæ bifariam diuiditur, hoc eſt in precibus Deo tùm ad initium, tùm ad menſæ finem habendis, & in ſacrà lectione, vt ſuperiùs ſignificauimus; quod de precibus dixi, non Præſulibus tantùm, ſed Lythurgis omnibus commendatiſſimum ea Synodus habuit, quam Diuus Martinus Pontifex celebrauit, & inter ſacros Canones habes: præterquàm quòd à primo vſque fidei naſcẽtis exordio Chriſtus idem ſuo nos exemplo ad hoc excitauit; de eo enim habetur quod extremùm cum Apoſtolis conuiuans, *eleuatis* c. non licet
oculis gratias agens, benedixit: vetuſtiſſimis autem è Chriſtianæ fidei aſſeclis, de 12. 44. diſt.
quibus ſub ſpecie Eſſenorum loquitur Philo Hebræus, & Chriſtianos fuiſſe Vrbis Alexandrinæ ſimul cum Epiſcopo conuiuentes, docet Diuus Hyeronimus, religioſiſſimos hac in re fuiſſe. Sic Philo memorat. *Sacerdos cibum antequerſis neque fas eſt guſtare quemquam, niſi prius Deo celebretur oratio: poſt finem quoque prandij, vota repetunt; nam & cum incipiunt, & cum deſinunt, quaſi datorem victus Deum*
C *laudibus canunt*. ſed ipſemet Diuus Hyeronimus hoc idem edocuit, *nec cibi ſu-* D. Hieron
mantur, niſi oratione præmiſſa; nec recedatur à menſa, niſi referatur Creatori ep. 21.
gratia.

Neceſſe profectò eſt, vt homines inter & animantes diſcrimen aliquod in comeſtione intercedat; cum enim hi cæcâ quadam mentis prurigine ad cibos accurrant, & fortuito greſſu ad eos ferantur, nos è contra eos è diuinæ benificentiæ manu colligamus noſtro commodo impertitos, vtique decet, vt Deum benefactorem ore ſimul & animo inuocemus: huic ſanè noſtri grati animi monumento, mutuâ quàdam lege gratus adeò Deus ipſe eſt, vt teſte Diuo Ioanne Chryſoſtomo, ad ſuam munificentiam amplificandam hoc etiam titulo obſtringatur: *Menſa ab* D Chriſ.
oratione ſumens initium, & in oratione deſinens, nunquam deficiet; ſed fortè lar- ho. 19. ad
giùs omnia nobis afferet bona. pop.

Primitias ab ipſis Ethnicis fuiſſe mendacibus Dijs conſecratas Plutarchus refert. Plutarch in Simpoſiac.
Quin, vt mihi fidem fecere plerique, qui Conſtantinopolim vſque & Hyero-
D ſolimam peregrinati fuere, Turcis ipſis in more hoc poſitum eſt: quodnam igitur vel in Chriſtiano viro, vel in Hyerarcha probrum eſſet, ſi fœda viris ſuperſtitione imbutis ſuperari hac in re paterentur?

Clericum, qui ante menſam Dei opem prece aliquà non inuocaret, leuiter peccaturum docet Nauarrus: grauis noxa in Epiſcopo eſſet, quæ ſimul hominibus
& Deo eſſet iniurioſa, præſertim ſi ex habita conſuetudine hoc idem omitteret. Nauar. in
Nec illud è Diuo Chryſoſtomo & Theodoreto ſilentio prætereundum, quod manl. c. 15.
præſentiſſimum amuletum ad veneficia & pharmaceuſes diſſoluendas eſt, tùm an- num. 121.
te, tùm poſt menſam Deo preces litare & ſalutari crucis ſigno dapes munire: *Medicamentum in promptu eſt, ſignum Crucis illis imprime, & protinùs immunditia omnis abſceſſit.* Chriſ. in p.

Ad ſecundam autem circumſtantiam, quæ verſatur in hoc, vt ſacra aliqua le- to. 4 5.
ctio inter comedendum habeatur, tùm Concilia, tùm Canones hortantur, tùm à Conc. Tol. 3. c. 7.

c. pro reuerencia 44. diſt. a. in omnib. 34. de conſec. diſt. 5. Conc. Trid ſeſſ. 2 c. p. in vit. s. Fulgenc. c. 2. D Aug. ſer. 56 de temp. Greg. Tur, l. 3. c 4. Plat. in Piũ Secundum. Eginar. in vit. s. Caroli.

Diuo Auguſtino excitamur, *Nec ſolum fauces ſumant cibum, ſed & aures percipiant Dei verbum*: quin iuxtà Patrum Tolerani Concilij Tertij ſententiam, magna duo A commoda nobis ex eà deriuantur. *Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non neceſſariæ prohibentur*, hoc autem in more ab omnibus ſuæ ætatis Epiſcopis poſitum fuiſſe teſtatur Diuus Fulgentius & Diuus Gregorius Turonenſis; quin ab vnoquoque Chriſtianorum hoc idem faciendum Diuus Auguſtinus affirmat. Pius Secundus dum menſæ accumberet, cum viris omnigenâ litteratura conſpicuis ſermonem lætus agebat, & Carolus Magnus ingenioſam aliquam quæſtionem inter dapes agitari iubebat, vel aliquid tùm è veterum hiſtorijs, tum è Diui Auguſtini operibus legi. Quid pluribus immoror? Atticus, quem tantà ſibi familiaritate obſtrictum Tullius habebat, hoc in more habebat, vt de eo ſcribens Cornelius Nepos dixerit, nec vnquam *ſine lectione aliqua apud eum cænatum eſt, vt non minus animo, quàm ventre conuiuæ delectarentur*. Quapropter nullum ex Epiſcopis forè mihi ſuadeo, qui tum populos hac vtilitate, tum ſe ipſos hac voluptate defraudet.

Poſtrema iam perpendenda nobis circumſtantia eſt, quà de in vini vſu moderatione admonemur: eo autem magis huic adhærere Antiſtites debent, quo eius B defectus turpior in eis & deformior eſſet, adeò vt non in hac explicandâ longius immorarer, optimè conſcius, quantum ab huiuſmodi labe immunes ſacri homines ſint, niſi ad omnes populos hæc à me ſcribenda ſpectarent, & niſi de eâ tanquam in Hyerophantis potiſſimâ nos cælitùs inſtructus admonuiſſet Apoſtolus: eligatis Epiſcopum, ait ille *non vinolentum*, vt oſtenderet, quam in vini potu ſobrius Epiſcopus eſſe debeat: hæc certè Apoſtoli verba Diuus Hyeronimus expendens, vt Ioniani profliget errores, ait, *ſic bibat Epiſcopus, vt an biberit ignoretur*.

D. Hieron. ad Iouin. l. p.

Monachorum ſua ætate excellentium ſobrietatem commendans Diuus Chryſoſtomus hàc loquendi formà vſus eſt, abſtemij à vino, aquæ tantùm indulgebant, vt ebrietatem effugerent, quam iure vocaueris ſcyllam vorticoſam, multiplicem Hydram, omniumque ferè vitiorum parentem, quæ temperantiæ vſu radicitùs extinguuntur. *Nam quemadmodum ſcylla & hydra apud Poetas, ſic ebrietas multis* C *capitibus armàtur. Hinc enim fornicatio, hinc ira, hinc mollities, hinc turpes amores oriuntur.* hæc ille.

Chriſ. ſi ſit. hom. 71. in Matth.

His igitur fœdis Erebi agminibus, vini temperantià ſe Chriſti miles obarmans, fortis obſiſtit, ebrietateque ductrice, velut eorum Amazone profligatâ, facili pugna delentur, & dum mater eripitur, soboles, quæ latet, extinguitur: *nam cum matrem vitiorum omnium debilitent & eneruent, adeo vt turbare non poſſit, reliqua quoque vitia, matre hac, & capite obtruncato, in eis ſepulta ſunt*.

Clem. Alex. 2. Pæd. c. 2.

Sed duo potiſſimùm vini intemperantia præfert incommoda, quibus Epiſcopi, præſertim infulæ maculantur: alterum eſt, quod ex ea mens ad cæleſtia cogitanda retunditur, & ad ſacra peragenda hebetatur; quapropter Clemens Alexandrinus docuit, *Conuenit diuinis cogitationibus vino minimè grauari*.

Exo. 35. 18.

Nullius ergò admirationi eſſe debeat; ſi legem Dei digito ſcriptam euulgare tunc Moyſes populo noluerit, *cum ſedit manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere*; nec enim ad cæleſtia monita attingenda erat idoneus, qui ſobrietatis fines tam li- D centioſus euaſerat: *Quo ſpectaculo motus, fregit tabulas Moyſes, indignum indicans, vt ebrio populo lex daretur*. hæc de Iudæis Ambroſius.

D. Amb. l. de Elia, & ieiun. c. 6.

Quibus verbis tantus fidei Magiſter ſignificare videtur, non alio è fonte tot Iudæorum flagitia Ipſamq; Idolorum in aureo vitulo adorando ſuperſtitionem, quàm ex ebrietate defluxiſſe; eius autem opinioni Septuaginta Interpretes adhærere videntur, quæ enim nos in noſtra vulgata legimus de Moyſe, cùm è monte deſiliens, feſtaſque exultantis populi voces obaudiens ait, *Vocem canentium ego audio*, leguntur ab ipſis, *Vocem præcinentium vinum ego audio*, quæ omnia diuinæ ſententiæ accommodantur, *Vinum & mulieres apoſtatare faciunt*.

Eccl. 19.

Ephes. 5. 18

Incommodum aliud, quod ex immodico vini hauſtu deriuatur, eſt facilitas ad luxuriem; quà de causâ monuit Apoſtolus, *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*, quæ Patres Synodi Turonenſis expendentes eâ de re ſic ſtatuerunt, *fontem omnium vitiorum oportet abſcindi, Apoſtolo præcipiente, nolite inebriari*.

Concil. Turon c. 9.

Vene-

Venerem & Bacchum duos eſſe ſocios Dæmonas, qui iunctis viribus ad om-
A nium cædem virtutum inſurgunt, ſapientiſſimè Tertullianus docuit: præſens ſemper luxuria vino eſt, & cum reciproca vtriuſque commoda ſint, nunquam iſta ab eo diſcedit; *Veneri & Libero conuenit: duo iſta dæmonia conſpirata, & conturata inter ſe ſunt, ebrietatis & libidinis.* Tertul. l. de ſpect. c. 10.

Vt fornicationis labes, in quam tam validè Apoſtolus intonat, longiſsimè euitemus, aptiſſimam rationem inueſtigans Origenes ait, nullum ſibi aptiorem modum eſſe, quàm ſi ab ijs omnibus, quibus illa fouetur, noſtrum animum ſubducamus, & à vino potiſſimum, quo ſopitæ laſciuiæ ignis accenditur, *fugit autem fornicationem abundantiùs, qui accendentes, & excitantes, eſcas in quantum valet, enitat, vt vino, ſi fieri poteſt, non vtatur.* p. Corin. 6. Orig. tr. 39. in Maath.

Hinc eos alloquens Diuus Proſper, qui, vt ſuis voluptatibus effrænatiores indulgeant, ingenitam corporis habitudinem obtendunt, quàm longè aberratis, ait, *luxuriem facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura*: de ſe autem candidè Diuus Hyeronimus fidem facit, eò magis libidinis æſtus, quibus vexabatur, elan-
B gui ſſe, quo magis à vino eiuſque potu diſcederet; quoties autem ſibi in eius potu morem gereret, validiores & calidiores erupiſſe. D. Proſp. de vir contemp l. 2 c. 2 c. luxu. vm. 7. 35 diſt. D. Hieron. in ad Tit. c. 17.

Quàm egregiè hoc idem Sacrarum litterarum magiſterio docemur; Noe enim licet è totius orbis cataclyſmo, incolumis emerſiſſet, tenui vini copiâ horariæ ebrietatis voluptate ſubmerſus, eas corporis partes indecorè detexit, quas ne quidem ſexcenti anni ſobrietate obnelatas denudarunt. Loth autem, quem lutulentiſſimæ Sodomorum ſordes ne leuitèr macularunt, vini robore fœdiſſimè luxuries impurauit: ſed accipe Diuum Ambroſium. *Noe ad vnius horæ ebrietatem nudat femora ſua, quæ ſexcentos annos ſobrietate contexerat. Loth per temulentiam, neſciens, libidini miſcet inceſtum; & quem Sodoma non vicit, vina vicerunt.* Geneſ. c. 21 Geneſ. D. Ambr. ep 83. ad Ocean.

Hine quis non agnoſcat diuinâ lege, tùm à vino, tùm à quocumque potu, quo mens nube aliquâ offunderetur, ſupremum in veteri lege Hyerarcham fuiſſe amotum, eo potiſſimùm tempore, quo ſacris faciendis vacaturus eſſet? *Vinum &*
C *omne quod inebriare poteſt*; tum codex Hebræus, tùm Diuus Hyeronimus legunt, *& omnem Siceram*, idem enim omninò eſt, *non biberitis tu & filij tui, quando intratis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini*; ratio autem de hoc eſt; *vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum.* Leuit. 10. 9. 10.

Habes hic, quàm meritò tàm acerbè Nadab & Abiù Aaronis filios Deus ipſe vltrici & fulmineâ manu percuſſerit, eò quòd pro ſacro igne prophanum in Thuribulo appoſuerint: negligentiæ vitio crimen hoc aliqui dederunt, alij timori verterunt, quo recenter inaugurati nutantes, ne errarent, errant; profectò à miſericordiâ nimis alienum hi Deum faciunt: veroſimilius alloqui tres Rabbini videntur Simeon, Moyſes, Salomon, aſſerentes ex immodico vini potu deceptos pro ſacro igne prophanum ſuſcepiſſe: ſententiam hanc ſtatuta poſtea à Deo lex roborare videtur & ratio; ebrietate enim, quâ vitiantur reliqui homines, ſacri viri enormi velnti ſacrilegio polluuntur: ſed audi hæc diſertè explicantem Diuum Chryſo-
D logum. *Vini odor odorem fugarat incenſi, & ebrietatis ignis flammam prouocarat altaris. Vnde quia alienati à vino, alienum portauerunt ignem, mox diuino igne referuntur extincti.* Ebrietas in alio crimen eſt, in Sacerdote ſacrilegium. D. P. Chriſol. ſer. 26.

Qua de causâ ipſis Trezeniorum Myſtis in more erat, vt Alexander ab Alexandro refert, quod triduò antequàm vaticinia ab Idolis exciperent, vini eſſent abſtemij; quod idem poſtea Ampharatus apud Volaterranum vſurpauit, vt ad effuſa oracula impertienda fierent aptiores: quâ in re veri Numinis Sacerdotes Dæmon idem eam ſobrietatem docuiſſe videtur; quâ vini potum temperemus oportet.

Nec illud abſque admiratione omitte ndum eſt, quod ex Apoſtolo habetur; hic enim ad Chorinthios ſcribens prohibet, ne cum ijs, quos ebrietas occupat, Chriſtiani viri conuiuentur: *Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri, ſi is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut Idolis ſeruiens, aut ebrioſus, aut rapax: cum eiuſmodi, nec cibum ſumere*, & nihilominus ipſe idem Apoſtolus permittit, vt ab Ethnicis conuiuio excipiantur, *ſi quis vocat vos infidelium, & vultis ire, omne* p. Cor. 5. 11 p. Corin. 10 27. Epheſ.

quod vobis apponitur, manducate: ac ſi pernicioſior eorum conſuetudo ſit, qui vinum redolent, ac eorum qui ad idolorum ſuperſtitionem conuertuntur. A

Conc. Aga. cap. 41. Anno 5. 6. c fin. 35. diſt.

Quàm meritiſſimè igitur Agathenſe Concilium, cui Symmacho Pontifice imperante, Sanctus Cæſarius Arelatenſis Antiſtes præfuit, & quinque ſupra triginta Antiſtites adfuere, fidei confeſſione in Arrianos clariſſimi, & Sanctorum numero adſcripti ex eis aliquis, vt grauiter ij plecterentur decreuit, qui ſacris initiati ebrij fuiſſent; hoc autem Lythurgicæ diſciplinæ potiſſimum caput eſſe dixerunt, eò quod ex ebrietate vitia ferè omnia, nequiſſima veluti proles, egerminent: *ante omnia Clericis vetetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix eſt. Itaque eum, quem ebrium fuiſſe conſtiterit (vt ordo patitur) aut triginta dierum ſpatio à communione ſtatuimus ſubmouendum, aut corporali ſubdendum ſupplicio.*

D Hier. ad Nep devit. Cler c. vinolentum 35 diſt. Apud 1 5. 18 Le 10 c. 6. Conc Nannet. quad. q. 44. diſt. Laert in vita Anach.

Nullà hîc excuſatione purgare te potes, ait Diuus Hyeronimus; ſiue enim vetus, ſiue recens lex Dei ſpectetur, vtrobique vino addicti Lythurgi damnantur. Vinolentum Sacerdotem, & Apoſtolus damnat, & vetus lex prohibet: quàpropter in Nannetenſi Synodo inter decreta à Gratiano memoratâ, ſacris viris adſcripta lex fuit, non tantùm corporis valetudini perutilis, ſed admodùm pietati ſalutaris, B vt ſcilicet ternâ tantùm vini potione vires corporis in comeſtione reficiant: *vltrà tertiam vicem poculum non contingat*, quæ eadem Anacharſis Philoſophi apud Laertium mens fuit aſſerentis, *primum poculum eſt neceſſitatis ad ſedandam ſitim; ſecundum ſobriæ hilaritatis, tertium voluptatis; quartum ebrietatis & inſaniæ.*

p Timot. 5. 25.

Egregia tamen ea moderatio eſt, quam Præſulibus deſignat Apoſtolus, *Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates*, vt omninò vino eſſent abſtemij Antiſtites Apoſtolum hortati docet Tertullianus, ſi valetudine integrâ perfruantur; ſolùm enim morbi cauſâ vinum adhibendum oſtendit, *hoc ipſo abſtinentiam vini dignam Deo ſuaſit, quam ex neceſſitate diſſuaſit*; his etiam Diuus Ambroſius docet vinum prohiberi, ne ex eius dulcedine cæleſtium rerum voluptas in nobis amareſcat.

Præterquàm quòd illa eadem epiſtola tranſmiſſa ad Timotheum fuit, vitum ab omni vel leuiſſimâ intemperantiæ ſuſpicione alienum: Da nunc Timotheum alium, C ſic loquentes interpellat Bernardus; vltrò enim illi ad potum conceſſerim balſamum, & aurum ad cibum.

Corn. l. p. c. 2.

Si autem Apoſtolos & Timotheum ipſum imitati, alioſque illuſtres Antiſtites ſtomachi imbecillitate, quâ præcipuè ſtudioſi viri laborantes ad vires defatigati ingenij reficiendas eo indigent, vino penitùs abſtinere non poſſumus, eo ſaltem honeſtâ moderatione vtamur.

Vino quidem, loquentem audi Bernardum, vtatur Epiſcopus, quod ei Apoſtolus impertitur, ſed illud modico animo imprimat, quo eius potum ſanctè coercet Apoſtolus.

De Temperantià ab Epiſcopis ſeruandà, tùm in domeſticà ſupellectile, tùm in numero famulorum. Cap. XXXIII. D

TVM famâ, tùm ſapientiâ clariſſimus è Philoſophis Epictetus, cuius characteribus volumina gemmaſcunt, cuiuſque effatis velut oraculis poſteritas tota fuit ad ſapientiam erudita, totus in eo fuit, vt nos ab ornandis pictarum tabularum pompâ domibus & ſplendidis amouendis ab earũ cultu peripetaſmatis amoueret, & tantùm ad temperantiæ ſimulachra ſtatuenda hortaretur: illa enim oculis tantùm oblectandis inſeruiunt, hæc autem ad erudiendos animos videntur aptiſſima.

Senec. ep. 5.

Adhæſit his ſapientiſſimus Seneca; moribus etiam magis illuſtrandas à nobis domus noſtra edocuit, quàm belluatis Babylonicis, Attaliciſque texturis; adeò

vt

vt qui noſtras ſpectaturus ædes accedat, non earum luxum, ſed noſtros mores A admiretur. *Qui domum intrauerit nos potiùs miretùr, quàm ſupellectilem noſtram.*

Hoc illi Philoſophi ſermone vtebantur, quem non pia Chriſti Seruatoris humilitas, ſed idolorum inſolens faſtus inſtruxerat; & nihilominus ab eo domeſtico apparatu abhorrebant, quo ſuperbia fouetur & faſtus adoleſcit.

Quid ergò nobis dicendum, qui piæ Chriſti humilitati non tantùm adhærere debemus, ſed ad eius imitationem populos erudire? quid pompa, quid cymelia, quid periſtromata, quid famulantium turba cum Dei famulis, qui mundi regimen ipſi paupertati poſthabuit. *Intolerabilis impudentia eſt, vbi ſe exinaninit maieſtas, inſletur vermiculus & tumeſcat.*

Magnus rei Politicæ magiſter totus in eo eſt, vt doceat ad huiuſmodi vitioſas conſuetudines eliminandas, in domeſticas ſuppellectiles ingentia tributa eſſe imponenda; hæc via fuit, quâ per quingentos annos tam floridè Spartana Reſpublica adoleuit; optabilius igitur eſſet, vt ab hoc ſplendido ædium cultu alieni nos B eſſemus, vt potè qui Chriſtianæ Religionis ſimplicitatem & decus auertit. Abraham mihi inſpectandus obijcitur totius ferè terrarum vniuerſitatis dominio à Deo decoratus, proſperrima valetudo cum innumera prole promittitur, in populorum patrem eligitur, in eum tota Dei benificentia diffunditur; quid tamen? pro palatio tugurium colit; cultu omni reiecto, agreſte tantùm tentorium ei eſt, quo cæli inclementiam arceat, & faciente fidem Apoſtolo, *in caſulis* tantum immorabatur; ad luxum euitandum nulla ipſe lege tenebatur, nec adhuc vel corporati Dei, vel Sanctorum exemplo gloriam humanam contemnere addidicerat; cum autem in tanta terrarum ſpatia ſuum imperium porrigeret, bona hæc omnia quæ infra cælum ſunt, deſpicabatur, vt enim ſubdit Apoſtolus, *expectabat fundamenta habentem Ciuitatem, cuius artifex & conditor eſt Deus.* Cæleſtes ipſe domus animo incolebat, & circinum imitatus, licet, vt Dei mandata expediret, orbis circumferentiam corpore peragraret, centro tamen ſemper fixus hærebat: æternas tan- C tùm delicias anhelans, peregrinam hic vitam degens, quæ hominibus pretioſiſſima ſunt, algæ & ſabulo comparabat: eius veſtigia prementes reliqui Patriarchæ inſanas ſubſtructiones ſericoſque apparatus oderunt: licet enim ad plurima ſæcula ſuæ poſſent indulgere voluptati, flocci tamen omnia faciebant, nongentos annos ad æternitatis aſpectum nihili æſtimantes; nos autem, quorum vita breui adeò limite definitur, vt iam prope ephimera videatur, nos inquam, qui ad ſpecioſa mundi contemnenda populos excitare tenemur, noſtroque exemplo cælum tantum illis incolendum oſtendere, caducis hiſce rebus hærebimus, ac ſi mortalitate exutâ immortales eſſemus? profectò ſi frequenter nobis cogitandum occurreret, quàm breui anguſtàque ſede vſque ad mundi interitum claudemur, quacumque domunculâ contenti, palatia & aulas animo excuteremus: quàm bellè philoſophatus hac in re fuit ex Hetruſcis quidam, *Vis ne tibi domus omnis ampliſſima videatur. Sepulchrum cogita.* Petrar. dial. 63.

Perſuaſum ſibi Diuus Chryſoſtomus habuit, longè alienum à virtutum orna- D mentis animo illuſtrando eum eſſe, qui in exornandis domus ſuæ parietibus tantâ concinnitare ſudabat; ſqualleat animus neceſſe eſt, dum domus effulget, eòque in expoliendâ mente ſocordior erit, quò in expingenda domo induſtrior; inter aranearum telas ſordebit, quæ inter peripetaſmata elucet. *Omne enim ſtudium, in domus ſua ornatum impendentes, in exterioribus diuites, interiora negligunt, & deſertam & ſqualentem, & araneis plenam animam ſuam deſpiciunt.* ille contrà, qui extimâ hac parietum venuſtate contemptâ, ornando animo totus euigilat, Deo ſedem ſtatuit, ibi tanquam in aulâ regnaturo. *Tabernaculum Chriſti erit talium hominum anima*, hæc Chryſoſtomus. Quàm verò ex ipsâ piâ humilitate ornetur Antiſtes, inferiùs largè ſcribetur. D. Chriſo.

Demiſſum animum inter honorum & deliciarum bona præferre, non omnium eſt, magnumque virtutis pondus efflagitat: ſi faſtum ipſimet parietes redolent, ſi non argento tantùm, ſed auro ſtratæ dapes animi robur effœminant, ſi ebeno compoſita ſcrinia gemmiſque diſtincta & ſegmentata, ſi tabulis abſolutiſſimis pyna-

cho-

cliothecæ affluentes oculo blandiuntur animique cupiditates titillant, quî fieri poteſt, vt tot hoſtibus petita, totque fraudibus obſeſſa humilitas ſecura ſeruetur, nec A extinguatur?

An mundi contemptus quieſcere in illis valeat ſtratis, quæ aureis conòpæis obumbrantur & attalicis ſtragulis induuntur? illud tamen mihi certum eſt, huiuſmodi luxum in ipſiſmet prophanis legis antiquæ viris, ne dum in recentis fidei Sacerdotibus validè reprobari: *Væ qui opulenti eſtis in Syon & confiditis in monte Samariæ, optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſrael, &c. qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris.*

Amos 6. 1.

Deprompturn è Cælo oraculum audiſti: ſed ſuomet exemplo firmare hoc idem Chriſtus Dominus voluit, qui cum naſceretur terris ſimul & cælo pacem allaturus, ne tenui quidem cubiculo excipi paſſus eſt, vel molli aliquo ſtrato, quod hoſpitium exhiberet, *non erat ei locus in diuerſorio*; ſtabulum ſibi pro palatio elegit, & præſepi eburnea ſtrata poſthabuit; quin hoc ipſum ſapientiſſimè Deus inſtituit, vt duobus ab animantibus commodatum mater illud haberet. *Et hoc ipſum à brutis animalibus mater ſua mutuò accepit.* Quis ex hoc non agnouerit, quod Chriſtus *non cubat in delicijs ſplendidi cubiculi, nec inuenitur in terrà ſuauiter viuentium.* B Perge iam ſuperbe diues, tuoque lecto, ebore, auro, gemmis, illuſtri fruaris & gaudeas? quàm enim longè à te Deus ipſe diſcedat, Cum *Rex Regum accubitu ſuo pauperum ſtramenta honeſtare maluerit.* Hæc omnia Bernardus.

Luc. 2. 7.

Bern. ſer. de Paſſ. Dom.

Conſtantinopolitanis Infulis redimitus quidem erat Diuus Gregorius Nazianzenus, ſplendidas tamen ædes reſpuens humili tantùm ſe lecto recipiebat, vt de ſe ipſo teſtatur.

D. Gregor. Nazian. carm. p.

Non magnas habitare domos, & ſplendida tecta,
Dulce fuit.

D. Clem. l. 2. pædag. c. 12.

Quod idem de Diuo Baſilio Niſſenus Gregorius memorat; Clemens Alexandrinus pariter glorioſius eſſe ait, aliorum vtilitati laborare, quàm magnificas ſedes incolere.

D. Iſid. l. p. ep. 152.

De Theophilo Alexandrino Hyerarchâ non leuiter angebatur Diuus Iſidorus C Peluſiota, eo quòd huiuſmodi deliciarum amore teneretur.

D. Chriſoſ.

Diuus Chryſoſtomus eos deridet, qui eburneis ſtratis vtebantur, eo quòd dulciorem ibi vel ſuauiorem carpere non valeant ſomnum; quin potiùs frequentèr excitentur oportere è conſcientiæ tumultu, quo fortè cruciantur ex eo, quòd mollibus & auratis cubilibus ipſi recepti, pauperes è paupertate inſomnes & penè tabeſcentes agnoſcant. *Nonne tua te condemnabit conſcientia, & inſurget in accuſatione iſtius inæqualitatis?*

Conc. 4. Carth. c. 15 c. Epiſc. 7. 41. diſt.

Quàm igitur meritò Quarti Concilij Carthaginenſis Patres, è quibus Diuus Auguſtinus fuit, moderatam hac in re viuendi rationem Epiſcopis adſcripſere hac lege. *Epiſcopus vilem ſupellectilem & menſam, ac victum pauperem habeat; & dignitati ſuæ authoritatem fide, & vita meritis quærat*; quibus etiam adhærens Tridentina Synodus ab huiuſmodi luxu Myſtarum mores componere cœpit, ac ſi in eo ſancitæ probitatis fundamentum iaceretur.

Cõc. Trid. ſeſſ. 21. c. p. de reform.

In primis verò ita mores ſuos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, ſanctæ humilitatis exempla petere poſſint. D *Quàpropter exemplo Patrum noſtrorum in Concilio Carthaginenſi, non ſolùm iubet Sancta Synodus, vt Epiſcopi modeſta ſupellectili, & menſa, & frugali victu contenti ſint: verùm etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quod ab hoc ſancto inſtituto ſit alienum, quodque non ſimplicitatem, Dei zelum, & vanitatum contemptum præſeferat.*

§. I.

Gerſo. p. 2. tra. de temper Prælat.

PAriſienſi Cancellario Gerſoni ea mens fuit, vt ſui calami vi obtentus omnes euerteret, quibus in ſplendidâ noſtrarum domuum pompâ noſtram ſuperbiam enutrimus, adhoc vt æquâ moderatione contenti, tùm Chriſti Domini, tùm Apoſtolorum, Sanctorumque Antiſtitum veſtigia proſequamur.

Pri-

Primùm igitur, vt eorum ora obſtruat, qui aſſerunt, hac eos magnificentiâ fruſ
A vt populorum opinionem & amorem ſibi concilient, Deoque poſtea faciliùs donent, docet, non hoc remedio morbum minui, ſed augeri: cum enim noſtri Sacerdotij ſit, populorum animos ad exercitamenta virtutum, tùm exemplis, tùm vocibus informare, & potiſſimùm ad modeſtiam ſobrietatemque ſeruandam; ſi magnificis & ſplendidis ædibus laſciuire nos viderint, quis ab obtrectationibus & ſcommatis in nos diſſeminandis eos poterit amouere? ad hæc confirmanda refert, quod cum conuentus in Galliâ ageretur vt de imponendo tot immoderatis ſumptibus modo lex aliqua ſanciretur, ſubiratus Princeps reſponderit: *Incipiant Eccleſiaſtici, apud quos tota pompa eſt in ſuperbia, & in veſtibus & in prandÿs & in omnibus;* poſtquę ad ſingularia Antiſtitum aliquorum explicanda detrimenta deuenit: è quibus non famam ſed contemptum, non decus, at dedecus exceperunt.

His etiam Diui Bernardi ſuffragium conſonet; quàm enim validè hic aſſurgit ad Archiepiſcopum Senonenſem ſcribens, vt hanc placendi hominibus cupiditatem extinguat. *Verùm tu Sacerdas Dei altiſſimi, cui ex his placere geſtis, mundo, an* D.Bernard.
B *Deo? cur Sacerdos? ſi Deo, cur qualis populus, talis Sacerdos? nam ſi placere vis* ep.42.
mundo, quid tibi prodeſt Sacerdotium; alibi etiam ſic inuehitur. *Quid turpius Epiſcopo, quàm incumbere ſupellectili, & ſubſtantiolæ ſuæ.* Quia verò nonnulli hoc ſe conficere aiunt, non æſtu ſuperbiæ ducti, ſed vt eorum moribus, cum quibus verſantur indulgeant, & ne eorum parſimonia auaritiæ probro vertatur; rurſus Gerſon reſpondet, primam huiuſmodi excuſationis partem directè Apoſtolo refragari admonenti; *Nalite conformari huic ſeculo*; ſecundam verò ſpecie quidem magni Rom. 12.2.
momenti videri, cum nos Dei ſimul voluntati, & populorum opinioni proſpicere teneamur; ſed facilè huius nequitia veneni retunditur: ſi namque reliquarum virtutum opera frugalitati noſtræ reſponderint, ab omni prorſus fucatæ pietatis ſuſpicione immunes erimus, nec auaritiæ nota damnabimur; ſi ad opem ferendam egenis beneficam reſerabimus manum; quod eò magis præſtandum eſt, quò non ex præcepto, ſed ex conſilio tenentur Præſules, ad populorum exemplum, palàm
C pauperibus erogare pecunias, dummodo tamen, vt Diuus Gregorius docet, non humana, ſed diuina gloria piâ mente ſpectetur: ſi tamen adhuc in noſtrâ parſimoniâ damnandâ populi obgarriant, eorum probra deſpicienda nobis ſunt, eorumque contemptus contemnendus, *Quoniam cæci ſunt, & duces cæcorum.*

Quæ demùm frequentiùs ad huiuſmodi magnificentiam propugnandam vſurpantur, eam ſcilicet non ad luxum & ſuperbiam, ſed ad muneris dignitatem ſeruandam & illuſtrandam accommodari: rurſus reſpondit Gerſon, non ad faſtum, ſed ad virtutes confirmandas honorem tribui, fidemque Chriſtianam illuſtriſſimam etiam fuiſſe tùm temporis, cum Apoſtolorum paupertate ſquallebat. *Alioquin Chriſtus & eiuſdem Apaſtoli non ſufficienter ornaſſent Eccleſiam & honoraſſent, quandò talia in ſe contempſerunt, & alÿs ſpernenda ſuaſerunt.*

Quin vt probet huiuſmodi luxu non illuſtrari, ſed obſcurari potius Epiſcopale Sacerdotium, ea profert, quæ olim ad Eugenium Pontificem Diuus Bernardus ſcripſit: *Tu Paſtor procedis deauratus, tam multa circumdatus varietate: oues quid* Bern.l.de conſid.c.
D *capiunt? Si auderem dicere, Dæmonum magis quàm hominum paſcua hęc: ſic faciebat Petrus? ſic Paulus ſuadebat? item Petrus neſcitur aliquandò proceſſiſſe, vel gemmis ornatus, vel ſericis, nec tectus auro, vel vectus equo albo, nec ſtipatus milite, nec circumſeptus miniſtris: abſque tamen hoc credidit, ſatis poſſe implere ſalutare monumentum, Paſce oues meas.*

Præterea vt oſtendat vberius, non ad Eccleſiæ decus, luxum huiuſmodi ordinari, non ſine obiurgatione Gerſon bebet, quod plerumque abiecto ſquallidoque amictu ſordeant Parochi, quos non raro Epiſcoporum auiditas nudat; quin ſęculares Principes pompam hanc non ſine irriſione contemnunt, & pauperes ad eius iubar latere coguntur, nec ſe noſtro dare conſpectui audent, vel ad conſilia inter aduerſa capienda, vel ad ſuas labes ſacrâ confeſſione eluendas: nec illud prætereundum, quod ad huiuſmodi magnificentiam fouendam illicita lucra quæruntur, ſuperfluè prodiguntur, quæ ad pauperum ſubſidium piorum religio conceſſit, populorum denique ſcommata & ſales in Epiſcopi nomen acuuntur: audi tandem

quid

Ibi in prin. & in fin. quid vir doctiſſimus ſtatuat. *Expedientius & efficacius eſſe Prædicatorem & Prælatum declinare ad auſteritatem vitæ & parcitatem in veſtibus, in cibis & potibus, & paucitatem ſeruitorum, & ſimilibus, quàm hominibus ſæcularibus in talibus conformari,* A

Sed vt de more noſtro in re adeò frequenti claiè procedamus, ſtatuo primùm, periculoſum opus eſſe ſacris cenſibus hanc viuendi pompam enutrire; licet enim, quod Diuus Bernardus ait, ſacrilegij ioco eſſe ad alia præterquam ad victum & veſtitum ſacris opibus vti, exaggeratius dictum videatur, communi tamen opinioni, quam ſequitur ipſe Gerſon refragari ſine iniuriâ non poſſumus, quòd ſcilicet earum vſum nobis vſurpare poſſimus ad ea tantùm, quæ mediocri quadam menſurâ noſtri muneris gradui accommodantur, *ad arbitrium boni viri.*

Horrorem profectò ſilicibus ipſis incuterent, quæ Diuus Bernardus pauperum ore in huiuſmodi Epiſcoporum pompas intorquet ad Senonenſem Archiepiſcopum ſcribens. *Clamant verò nudi, clamant famelici, conqueruntur & dicunt: Dicite Pontifices in freno quid facit aurum? numquid aurum à freno repellit frigus, ſiue eſuriem à nobis frigore, & fame laborantibus? quid conferunt tramutatoria vel extenſa imperticis vel plicata in manticis? Noſtrum eſt, quid effunditis. Nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expenditis. Et nos etiam Dei plaſmatis & nos ſanguine Chriſti redempti ſumus. Nos ergò fratres veſtri: Videte quale ſit de fraternâ portione paſcere oculos veſtros: vita noſtra cedit vobis in ſuperfluas copiat: noſtris neceſſitatibus detrahitur quicquid accedit vanitatibus veſtris.* B

D. Bernard. ep. 22.

Huiuſmodi pauperum querelis Templum ipſum in eos conſonaret, qui domeſticas ædes ſericis, aureis periſtromatis veſtientes, inornatos & laceros Templi parietes deſerunt, nullâ illis affulgente ſpe, quod aliorum ſubſidio exornentur: in ſponſam ſuam crudeles & ingrati hi Præſules eſſent, cum ne ſuæ quidem dotis particulam ad eius ornatum velint inſumere; quin Deum ipſum quodammodo videntur illudere, dum inter Canonicas preces recitandas illud proferentes, *Domine dilexi decorem domus tuæ,* inornatam & ſqualidam Dei domum relinquerent,
Pſ 25.8. dum inter Phrigionias texturas & Babylonios ſumptus ſua domus irradiat. C

In his validiſſimè pro ſuo more detonuit Diuus Bernardus in Concilio Rhemenſi ſermonem agens, *Vnde verò hanc illis exuberare æſtimas rerum affluentiam, veſtium ſplendorem, menſarum luxuriam, congeriem vaſorum argenteorum, niſi de bonis ſponſæ? Inter hæc eſt quod illa pauper & inops; & nuda relinquitur facie miſeranda, inculta, hiſpida & exanguis.* ſic ille.

D. Bern. ad Patres in Conc. cōg.

In Regulares Epiſcopos grauiori titulo hæc caderent, cum omnium ferè opinione ab huiuſmodi pompâ ſunt immunes, tùm ratione religioſæ veſtis, quam adhuc ſeruant, & religioſæ paupertatis, quâ tenebantur, tùm etiam quia non alia illis eſſe bona omnes arbitrantur, quàm ea quæ in patrimonium pauperum impertitur illis Eccleſia: Quin cum Valentinas inſulas Sanctus Thomas Villanouanus excipiens, cum vt peripetaſmatis & aulæis ſibi domum inſtrueret, quatuormillia aureorum primarij Templi Collegium ei ſuppeditaſſet, ſtatim ea ad Noſocomium ædificandum deſignauit, aſſerens, Religioſum ſe adhuc virum eſſe, eademque paupertatis ſpecie mores ſuos compoſiturum, quâ olim religioſus componebat. D

In vita S. Thom. Villanou. l. 2. c. 2.

Ioannes etiam Boſnenſis Antiſtes, licet octomillia aureorum è redditibus ſacris exciperet, ſibi parciſſimus, largiſſimus egenis erat, eòque parſimoniæ deuenerat, vt ne quidem equum ſibi retinens, aſello dumtaxat ad libros & Pontificias veſtes aliaque id genus ferenda, cum pedes ſuam Diœceſim inuiſeret, vtebatur; Epiſcopatu inde ſe abdicans Diui Dominici militiæ ſacramento ſe obſtrinxit.

§. II.

FAcilè etiam illis adhæreo, qui docent ſanctitate comparari famam, morumque integritate dignitatis decus amplificari: ſplendidiſſimus omnium & pretioſiſſimus apparatus hic eſt, quos vnquam prophana excogitarit ambitio, nec illi con-

A conferri pro dignitate poſſunt vel Attalica aulæa, vel Babyloniæ acu pictæ texturę. Quapropter cum Moyſes inter aulæ delicias & regni fulgores verſaretur, rixantes duos Hebræos amicare mutuâ inter ſe coniunctione non valuit, cum è contrà inter Arabiæ ſolitudines innumeras gentes pacatiſſimo regimine gubernauerit; cum enim duo illi rixantes nulla in eo ſanctitatis veſtigia deprehendiſſent, licet Pharaoni ſucceſſor adſcriptus, gemmis irradiaret & ſplendidâ veſte tumeſceret, nullo etiam pretio ab eis habebatur: ſed quantam ſibi auctoritatem, quanti nominis pondus, quam illuſtris famæ decus ſibi, licet pannoſus & rudis in ſolitudine, ſuę ſanctitatis lumine vindicauit! quam argutè hæc Diuus Gregorius Nyſſenus excogitauit. *Videmus Moyſem antequam ſe perfectiori virtute firmauerit, duos inter ſe contendentes homines conciliare nequiſſe: poſteà verò cum ſibi ipſi longo temporum ſpatio vacauerit, à multis hominum millibus facilè protectorem recipi.* è quibus etiam tantus ſcriptor docet, nunquam aliquem ſubſellijs ſacris donandum, quoad vſque tùm eruditionis, tùm integritatis præſtantiâ eam ſibi apud exteros famam comparauerit, quâ ad eorum leges & nutus excipiendos promptiſſimè populi accurrant. *Magnâ igitur voce ſcriptura clamare videtur, non inſiſtendum eſſe ad docendum, inſtituendamque multitudinem, niſi prius magna diligentia, magniſque laboribus eam fueris auctoritatem adeptus, vt auditores verbis tuis facilè acquieſcant.* D.Gregor. Niſſ in vi. Moiſ.à medio.

B

Nec vllus dubitationi locus eſſe poteſt, tantam tùm ſibi ipſis tùm ſucceſſoribus auctoritatem primos illos Antiſtes ſanctitate & innocentiâ peperiſſe, vt ipſimet Conſulares faſces, & Regia Cæſareaque diademata ſe illis vltrò ſupponerent: profectò ſi in nobis eluceſceret ſanctitas, ſuperflua & irrita quælibet alia ornamenta & humanæ potentiæ indicia eſſent. In Diuo Germano Antiſſiodorenſi Antiſtite quis hoc non agnoſcat? cum enim ad hunc ingens argenteum vas exquiſitis epulis refertum Placidia Cæſariſſa miſiſſet, epulis in amicos ſtatim effuſis, argentum pauperibus erogauit; tùm vt gratus de munere videretur, ligneum vas hordeaceo cum pane ad Placidiam miſit, quæ maiori illud pretio excepit, quàm ſi pretioſiſſimè gemmâ componeretur; auro enim illud circumueſtiuit, eoque poſtea ad morbos profligandos vtebatur. Hoc idem in Maximo videas: hic enim, cum è Palatinâ dignitate ad Toloſanas infulas inuitus aſſumeretur, pauperratem amantiſſimè obſeruans, ſingulari omnium veneratione habebatur; vt enim ſacras infulas induit, adeò cultum omnem exuit omnemque pompam abiecit, vt iuxtà ea, quæ ad Turnum Sidonius refert, in alium planè virum abierit, eòque virtutis ſe porrexerit, vt pro ſede tripodem adhibuerit, oſtiaria vela cilicina, implumia ſtrata, parciſſimam menſam, nec carnibus, at oleribus refertam, & ſi quæ eſculenta ibi eſſent, non ſibi, at externis appararet. Bar.an. 104 Sidon l.4. ep 124.

C

Qui hæc recitat Cardinalis Baronius temperare ſe non potuit, quin diceret, illuſtres & opulenti viri ad hæc erubeſcāt: è ſacris enim dignitatibus impertitis faſtum amplificant & maiori luxu ſuperbiunt, vt Chriſti humilitatem magnifico apparatu prophanent: ſed quàm turpius in illis hoc quidem eſſet, qui mediocri & abiecto genere nati, paternas tenebras, ſi Epiſcopi eligantur, delicato & magnifico faſtu illuſtrare conantur. Quàm etiam in Hiſpaniarum Regno omnium venerationem & plauſus excepit Cardinalis Ximenez Toletanus Archiepiſcopus & Primas Hiſpaniarum, eò quòd in tam excelſæ aulæ pompâ graduque tam illuſtris Sacerdotij religioſam paupertatem excoleret, & eximiâ pietate purpuræ iubar magis illuſtraret, adeò vt Diœceſim ſuam vel pedes inuiſeret, vel equos, lecticas, currus reijciens, humili aſello contentus: præterire hic liceat Baſilios, Martinos, Chryſoſtomos, Ambroſios, Auguſtinos, alioſque permultos. Noſtra hac etiam ætate nos ipſi Regienſem Archiepiſcopum in Brutijs Dominum de Afflictis tam inuictum humani faſtus contemptorem, vt apparatu omni ſuis ab ædibus reiecto, ne quidem parietes ipſos ſubnigros & ſquallentes dealbari voluerit, & lutea tantum vaſa ſuæ menſæ appoſuerit, licet clariſſimo ſanguine ortus aulam prius Hiſpanam frequentauerit, clariſſimam inde Eccleſiam gubernandam habuerit. Verùm ſi *non omnibus datum eſt adire Corinthum*, ſi eam ſanctitatem, cuius perfectioni vacan- Baron.ann. 461. in fin.

D

dum omnibus eſt, omnes aſſequi non valemus, ac proinde virtutum lumine tiaras noſtras exornare non datur; contendamus ſaltem, ne iubar eius denigremus. A

§. III.

Statuendum igitur mihi videtur, ſpecioſum hunc ædium noſtrarum cultum eliminandum prorſus eſſe tanquam noſtro muneri diſſonantem: abiecta enim nimis & infœlix eſſet noſtra dignitas, ſi luxu iſto, in quem tàm validè Diuus Bernardus, Gerſon, alijque ſummi viri inuehuntur, nobilitanda ſit: Verùm, vt ſuperius ſignificauimus, id ego arbitrarer, vt ſi morum corruptela, & temporum vices perpendantur, tenuis aliqua & moderata ſupellex vituperanda in Antiſtite non ſit, imò potius vt ſanctorum virorum vſui conformis & Lythurgicæ maieſtati conſentanea ſit commendanda, dummodò tamen in illa conſtruenda ſacri redditus non impendantur: hac nos viuendi normâ Diuus Baſilius informauit, videlicet, B vt domeſticus apparatus dirigatur *ad mediocritatem magis quàm ad faſtum.*

D. Baſil. ho. de humil.

Hoc ſanè nunc temporis maiori titulo vſurpandum à nobis videtur, quo Epiſcopalis dignitas ſimul & virtus aliqua ex parte decreuit, pretiumq; illud deperdidit, quo olim efflorebat. Si morum innocentia nunc hominibus magni eſſet, non vtique ſpecioſa hæc fulcimenta requirerentur ab Epiſcopis ad ſuæ dignitatis decus ſuſtinendum. Eò tamen Chriſtiana fides elanguit, vt ſplendidâ tantùm hac magnificentiæ ſpecie ſacra dignitas obſeruetur, nullâ ratione habitâ eorum ſanctitatis, qui eâ exornantur; quin eo quòd è Chriſtianis viris non pauci flagitioſiſſimi ſunt, omnique ſcelerum contagione polluti, non rarò quò ſanctiores Epiſcopi ſunt, eò maiori deſpicientiâ contemnuntur.

Addere etiam illud liceat, quod Diuus Ambroſius non ſine gemitu pronunciabat: quod ſcilicet *plus tribuitur magnis opibus, quàm bonis moribus*; quàpropter, quidquid hæreticorum impudentia & liuor obganniat, opus vtique erat, vt ſplendido etiam aliquo apparatu dignitas hæc fulciretur, dummodò temperato rerum vſu fruatur, & modeſtiæ coercita repagulis non in faſtu laſciuiat, ſeque inſolentiùs, quàm par eſt, in iactantia illa ſe efferat, eidemque nimis auidè adhæreſcat: Diuus ſanè Gregorius is fuit, vt licet Orthodoxæ Religionis habenas ſummo imperio moderaretur, totamque fidei maieſtatem in ſe vno velut in ſupremo apice complecteretur, adhuc tamen magis à tantæ dignitatis faſtu alienus animo erat, quàm Eremicola quidam eſſet ab amanda fele, quam ſui ſociam in ſolitudine habebat. C

D. Ambro. ep. ad Demetr.

Sur. in vit. D. Greg.

Mentior, ni hoc Deus ipſe ſignificare voluerit, cum poſt legis tabulas ſuo digito ſcriptas, inter fulgura, tonitrua, totiuſque naturæ prodigia Moyſi impertitas & ſimul admirandis euentibus confirmatas, vt populorum æſtimationem & amorem ei compararet, cæleſtium fulgorum pompâ eius faciem illuſtrauit, illaque externa ornamenta appoſuit, vt eius authoritatem roboraret; quod tamen nequaquam illi præſtiterat, antequam hanc iudicandi poteſtatem impertiret: hæc D ad aliam mentem Diuus Auguſtinus expendit eùm diceret, *Accepta poteſtate in peccatores, cum honorificentia deſcendit de monte facie glorioſa.*

Exod. 34. 29.

D. Aug. q. 8 ex vet. teſt.

Sed admirationem aliquam exigit ſplendidus veſtium apparatus, quo olim præcepit Deus, vt Aaron eiuſque filij vterentur, adeò vt margaritis & gemmis vndique illuſtrandas deſignaret, *facies veſtem ſanctam Aaron in gloriam & decorem*; licet enim in eis deſcribendis primario Deus rerum ſacrarum maieſtatem ſpectaret, adhuc tamen magnificâ tam coruſcantium ornamentorum pompâ fortè Deus voluit, Sacerdotum venerationem populo inſinuare: hoc autem ipſum ad maiorem Dei gloriam amplificandam cedit, in dignitatis decus, & in promptiorem obedientiam populorum.

Exod. 28. 2.

Bar. 2. 151. in 10.

Hinc docemur peruetuſtum Epiſcopis eſſe curruum vſum, pluribus etiam ſanctiſſimis Pontificibus approbatum: ex ijs quibus Legatos Conſtantinopolim miſſos inſtru-

inſtruxit Hormiſda Pontifex, centum triginta ab hinc annis ſupra milleſimum,col-
A ligere apertè hoc licet; ibi enim admonentur, quod ſi per viam obuios habuiſſent Antiſtites, qui fidem Orthodoxam profiteri recuſarent, iuxtà formulam ipſiſmet legatis adſcriptam, nec hoſpitium, nec menſa, aut alia quæcumque res ab eis exciperetur, præterquam currus, vt neceſſitati ſimul conſulerent & hoſpitalitatis officio, quod ſine eorum contemptu præteriri non poterat.

Eadem pariter ratione Diuus Gregorius Magnus Legato ſuo Neapoli immorantí præcepit, vt eius Vrbis Epiſcopum cum vno tantùm vel altero ſocio Presbytero ad mare quotidie ambulantem corriperet ſimul & compeſceret, cum aliquâ ſuæ dignitatis maculâ & dehonoratione. *Ità quotidiè deſpectus, cum vno aut duobus Clericis dicitur ad mare deſcendere, vt & apud ſuos in fabula ſit & extraneis ſic vilis ac deſpicabilis videatur, vt nihil habere Epiſcopalis, vel ingenij, vel reuerentiæ videatur.* Ad rem noſtram hæc Cardinalis Baronius obſeruat, vt probet antiquitus etiam vſitatum Epiſcopis fuiſſe ad ſui Sacerdotij ſplendorem ſeruandum, vt plurimis famulis vterentur, adeò vt ſanctorum Pontificum caſtigatione plectendus videretur, qui paucis aſſociatus incederet. D. Gregor l.11.ep.5.

B

Quin Diuus Laurentius in Hibernia Dublinenſis Antiſtes, virtutum omnium lumine & potiſſimùm pia humilitate ſpectatiſſimus, ad ſuæ dignitatis decus famulos ſibi præcedere iubebat, vt memoratur à Surio: Quis ergo hæc in Epiſcopis recentibus imprudens damnet, & in ijs præſertim, qui cùm vel nulla, vel tenui ſanctitate ſe populis venerandos exhibeant, aliquam ſibi obſeruantiam ex hac ſplendidâ pompâ poſſunt comparare.

Libens etiam prætericrim adeò in Luſitaniâ magnificam viuendi ſpeciem adoleuiſſe, vt in feſtis Martyrum diebus, Diaconis ſuccollantibus Epiſcopi ſedentes efferrentur; quod tamen in Tertiâ Bracharenſi Synodo anno ſeptuageſimo quinto ſuprà milleſimum coacta reprobatum deletumque fuit, cùm ad Romanum hoc tantùm Pontificem ſpectet, cui tamen ferendo non ſacri viri, ſed prophani tantùm ſe ſupponunt. Concil. 3. Bracar. Bar.a.1075.

C Hinc etiam eſt, vt Diuus Gregorius Septimus ad Ducem & Rempublicam Venetiarum ſcribens anno Chriſtianæ ſalutis milleſimo ſeptuageſimo tertio, eo quòd è tenui ſacrorum cenſuum copia ſui gradus amplitudini reſpondere non poſſet, eius Vrbis Epiſcopus adhortatus eum eſt, vt eius redditus augeret, quibus dignitatem ſuam illuſtrare poſſet, ne ad eam dignitatē adeò inornatam & deſpectam ab eâ Republicâ delendam, Apoſtolicam Sedem obſtringeret. Demùm Diuus Carolus grauis & auſterus cæteroqui vir, licet poſteàquam Romanæ Aulæ magnificentiæ nuntium remiſerit, ſacroſque mores afflictos & iacentes in primâ Synodo excitauerit; vt eorum vſum à ſuâ viuendi formâ in ſacris viris insereret, ſupellectile opulentiſſimâ Româ delatâ ſe ſpoliauerit, adhuc tamen aliqua ſibi victò ſeruauit, quæ ad tanti gradus maieſtatem fouendam idonea & neceſſaria fore æſtimabat; hæc autem pariter poſt decimum annum, vt ſæuiſſimâ peſte laborantis Vrbis neceſſitati conſuleret, promptè diuendidit; tunc enim belluatis periſtromatis, aulæis ſericis, Ba-
D bylonijs textutis, cubicula, ſtata, ianuas expolians, cymelia omnia, totumque pretioſiſſimum apparatum, ad pauperum opem expendit, ex argento non ſignato pecuniam in officinâ monetaria componens.

Si igitur in hac ornamentorum temperantia conſiſtat Antiſtes, vtique videtur tùm propriæ dignitati, tùm populorum venerationi omiſſo luxu proſpicere. Quod ſi hæc è Catholicis aliquis obgannientibus hæreticis adhærens voluerit hæc etiam carpere, eam in Antiſtitum ædibus paupertatem exoptans, quâ Ermecolarum mapalia ſquallebant, multipliciter retundi moleſtus eorum zelus poſſet. Primò quidem reſponderem, quòd ſi tam parati ad Antiſtitum leges ſeruandas nunc temporis populi eſſent, quàm olim ipſi Principes erant, eademque obſeruantiâ nunc eorum monita et minæ acciperentur, quâ Cæſares olim & Monarchæ excipiebant; non vtique magnificâ hac ſpecie poteſtatem diuinitùs nobis impertitam fulcire deberemus: verùm cùm adeò obſeruantia hæc exoleuerit, vt non Dynaſtis tantùm & Principibus, at ipſi etiam plebeculæ notæque infimæ viris ſimus inhonori, mirum non eſt, ſi ornamentis huiuſmodi noſtram facultatem elanguidam

& nutantem muniamus. Secundò itidem reſponderem, Chriſti Domini lege, non
tantùm ſacros viros, ſed quoſcumque Chriſti militiæ adſcriptos ad paupertatem A
fuiſſe excitatos, adeò vt priſcis illis ætatibus quorumcumque Chriſtianorum ædes
Bar.an.293 tenui & paupere cultu inſtruerentur: quapropter anno ducenteſimo tertio ſuprâ
nonageſimum cùm Ethnici arbitrarentur in quadam Virginis domo immanem o-
pum vim recondi, in eam irruentes ad diripienda omnia & conuaſanda, nihil aliud
ibi repererunt, quàm ligneum Crucis ſignum, ſacrum codicem, quo Apoſtolorum
acta ſcribuntur, tegetes duas ad lectum componendum, è creta compactum thu-
ribulum, & ligneam capſulam, quâ iuxtà eius ætatis morem ſacroſancta Euchari-
ſtia ſeruabatur: vides, quàm tenui & modico cultu tunc Chriſtianæ domus ſplen-
deſcerent? quid ergò admirationis afferat, ſi ad ſacram dignitatem ornandam &
fulciendam, Antiſtitum domus màgnifico apparatu reſplendeant, cum tanto luxu
laicorum tecta laſciuiant: Decet vtique (Romanus ait Orator) vt iuxtá hoſpitis di-
Cicer. l. de offic. gnitatem domus etiam dignitas eluceſcat, *Ornanda eſt dignitas domo*: ſed inanis
& vacua prorſus eorum eſſet authoritas, ſi hac tantùm pompâ contenti, ſpectan- B
dis moribus eius honorem non augerent; *at non ex domo tota quærenda*: tempera-
re ita mores noſtros debemus, vt non è domo nos ipſi, ſed à nobis domus decus
accipiat, *nec domo Dominus, ſed Domino domus eſt honoranda*. Quodcumque tan-
dem fuerit ſemper ita nos gerere debemus, vt immodico cultu feramur, & extrà
modeſtiæ fines pompa noſtra nequaquam erumpat: *mediocritas ad omnem vſum,
cultumque vitæ transferenda eſt*.

Quia tamen ſuadere ſibi aliquis poſſet, me hac dicendi formâ tacitè mihi ſub-
blandiri velle, ac ſi meo gradui conſonam temperantiam non ſeruauerim, candidè
fateor, quod cum Vrbani Octaui, cuius memoriam veneror, beneuolentiâ Epiſ-
copalibus infulis fui donatus, conſcientiæ meæ moderandę præerat Pater Alma-
zan è Societate Ieſu vir ſpectatiſſimus, Hiſpaniarum, vt vocant, Aſſiſtens, dignuſ-
que imitator & diſcipulus Patris Alphonſi Rodriguez, quem de Chriſtianâ perfe-
ctione elaborata monumenta poſteritati toti commendant. Meam illi ego mentem
aperui, quâ tùm ſericam, tùm argenteam ſupellectilem, quam Romæ degens tra- C
ctaueram, exuere ſtatueram, vt in tam excelſi gradus poſſeſſione collocatus, hac
ſaltem in parte veteres illos Sanctos Hyerarchas imitarer, quos omnimodâ virtu-
tum perfectione nequaquam me aſſequuturum ſperaueram: apertè id ille mihi pro-
hibuit, ex eo fortè quia meæ humilitatis imbecillitatem agnoſcebat, & huiuſ-
modi paupertatem non virtuti ſed leuitati tribuendam; hanc tamen piiſſimus ſe-
nex rationem mihi attulit, quâ ſuperius à me dicta confirmentur, hoc eſt, minimi
nunc temporis virtutem æſtimari, adeòque huiuſmodi cultus pompâ adiuuandam,
cuius vi populorum æſtimationem ipſa ſibi conciliat. Spectatiſſimi viri conſilijs
faciliùs etiam acquieui eo titulo, quod Ciuitatem hanc Eugubinam nobilibus fa-
milijs inclytam ſortitus fuerim: nobiles autem viri cum ſummoperè hoc ſplendi-
do cultu delectentur, hæc itidem ornamenta in Antiſtite ſuo ſpectare deſiderant.
Præterquam quod Diui Auguſtini ſententiam offendi, cuius vi iniecta de nimiâ
pompâ conſcientiæ religio prorſus euanuit: ex eâ enim habetur, Epiſcopos, dum- D
modò non è caſtris religioſis emerſerint, poſſe cum laude ſuas ædes ornare; au-
diantur eius verba. *Quiſquis autem rebus prætereuntibus reſtrictiùs vtitur, quàm*
D. Aug. l. de doctrin. Chriſt. c. 12. tom. 8. *ſeſe habent mores eorum, cum quibus viuit, aut temperans, aut ſuperſtitioſus eſt: quiſ-
quis ſic eis vtitur, vt metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat; aut
aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt: in omnibus enim talibus non vſus earum rerum,
ſed libido vtentis in culpa eſt*.

Aliud etiam addendum, non raro idonea hæc mihi fuiſſe ad Dynaſtam aliquem
hoſpitem excipiendum: fateor tamen identidem peracutis ſcrupulis angi, eo præ-
ſertim quia Neapolitanæ Legationis causâ cultus pompam amplificaui: ſanè ſi op-
portunitas aliqua daretur, vtique priſtinæ cogitationi adhærerem; ſed prius mo-
res eſſe corrigendos arbitror, quàm ædes, priùs mentem reuocandam, quàm
domum.

Illud etiam ad huius finem capitis non prætereíerim, quòd vt huiuſmodi cultus
magnificentiâ honeſtiùs & vtiliùs vtamur ad noſtri muneris decus, partem ali-

quam

quam noſtræ domus ad Procerum & Dynaſtarum hoſpitium ſeruantes, eas nos in-
A colamus ædes, quæ non adeó illuſtri cultu,& ſacris tantùm tabulis appenſis exor-
nentur; vel ſi ad hæc facienda, domus anguſtia idonea non fuerit, nudum ſibi cu-
biculum Antiſtes eligat, tenui tantùm lecto inſtructum, in quo ſimul & in biblio-
thecâ horas eas traducat, quæ ab audiendis populis, à tractandis rebus,agendiſque D.vit. S.
cauſis illi ſuperſunt: ſuo autem vſui tùm lecticas & currum, tùm argentea vaſa, Ber.n.5.2.8
ſericaque tapetia perrarò & ferè nunquam accommodet. Quàm egregiè hac in re
nos Eugenius Pontifex præiuit; cum enim iter ageret, lectum auro ſericoque di-
ſtinctis,acuque phrygia elaboratis texturis ditiſſimum & elegantiſſimum, ad eius
vſum pro ſuæ dignitatis faſtigio accommodatum, licet tàm excelſam maieſtatis
ſpeciem præferret,ſtramineam tantùm culcitram abſcondebat,atque ità *preusidebat*
bona coram Deo & hominibus.

Illud demùm addiderim,me ſemper in eâ ſententiâ fuiſſe, nullam Epiſcopis ho-
neſtiorem ſupellectilem fore, quàm confertam bibliothecam; ſemper ſanè mei fa-
B miliaris Epiſcopi claroque ſanguine nati miſertus fui, qui bibliothecæ loco cubi-
culum longè capax ingentibus repoſitorijs ligneis onerauit, quæ vitreos & chri-
ſtallinos calices multiplices & varios ſeruabant, tanto pretio & numero, vt ad
duo aureorum millia ſumptus accederent: Vtinam, quæ eo extincto expilata ab
omnibus fuere, flammas non accenderint ad eius ſpiritum cruciandum!

De Modeſtià in Veſtibus ab Epiſcopis ſer-uandà. Cap. XXXIV.

E Lineamentis, quæ characterum inſtar natura impreſſit in vultu mos Phiſio-
nomis eſt, quo mores, genium, cupiditates, animum denique totum homi-
C num ſcrutari & comprehendere arbitrantur: non rarò tamen eorum vaticinia men-
tiuntur; plerumque enim vel in Aeſopis virtus pulcherrima deliteſcit; clariora
ſimul & certiora indicia ea ſunt, quibus ipſe ſe prodit: certè Phiſiognomia non
ex hominum erroribus, at è Dei ſapientiâ deprompta, tribus potiſſimum è rebus
humanam comprehendi voluntatem edocuit, è quibus hæc, quam de amictu tra-
ctamus,primas habet, *amictus corporis, riſus dentium, & greſſus hominis enuncia-* Eccl.19.27
nit de illo. Ipſiuſmet Hippocratis perſpicacia hoc idem aſſequuta fuit, cum
medicâ ſimul arte & Philoſophica ſcientiâ percelebris dixerit, ad ſui familiarita-
tem non eſſe adſciſcendos *Homines ſuperbè & glorioſè veſtitos*. Humanus animus Hipoc lib:
ac ſi quædam vincula patiatur, ea aliquandò perfringens, ſe dat humanis oculis de dec.orn
aſpectandum, & carcerem indignatus, liber erumpit, vt alijs videatur,vel in cor-
poris geſtu, in oculorum iactu, in operibus ipſis, & motu corporis agnoſcitur; D.Amb.l.1
habitus enim in corporis ſtatu cernitur, ſic Ambroſius, cui Chryſoſtomus conſonat: offic.c.18.
Interiores affectus exterior habitus indicat. D.Chriſ.in. Ioan. c.8. hom.52.
D In opulento veſtium cultu ſuam vanitatem mens humana ſignificat, vanamque
ſimul & incultam ſe prodit: Incultam, inquam? nec immeritò; qui enim nimis
ornando corpori indulget, ab animo ornando diſcedit: qui humanos oculos alli-
cere ad ſe inſpectandum nimio cultu contendit, diuinos oculos deſpicari videtur;
qui niteſcit exterius noctēſcere probatur interiùs: Antipus quidē ſpiritus & corpus
eſt; cùm cultus pompa veluti Sol in ex his vno effulſerit; in altero cadat oppor-
tet. *Hoc enim ſtudiū in ornando corpore internam indicat deformitatem: & huius de-* Chriſ. l.15
licia, illius manifeſtum faciunt famem & huius veſtium ſumptus, illius indicat nu- c.Gen.ho.
ditatem; ſic Chryſoſtomus: tam diuerſis aduerſiſque rebus ſimul ſtudere non li- 37.
cet; ſi famulo ornando vacas, Dominam inornatam deſeris, vnius pompa, ſqual- Chriſoſ. in
lor alterius eſt; *Non enim poſſumus & corpus & animam ſimul exornare*, ſic aliàs Matth. ho.
idem Magiſter: quò autem ſtudioſiùs vni indulges, eò negligentiùs ab alterius or- 20.& ho.15.
natu diſcedis. in p ad Co.

Por-

Porphiretica monumenta egregiâ licet cælaturâ conſpicua ſordes & fœditates
abſcondunt : ſerica & aurea ornamenta phere trum tunc ſolùm oſteniat, cùm A
ferendo cadaueri deſtinatur: perierit ea anima neceſſe eſt, cuius corpus or-
natu illuſtri ſuperbit: è corporis habitu velut è lingula agnoſcendum facilè eſt,
an animati huius horologij rotæ conſonâ ſimul arte temperentur. Quàm latè deci-
pitur, qui comptâ veſtium luxurie pompaque ornamentorum ornari animum
credat, eiuſque adoleſcere venuſtatem: diſſolutam in hac re diſciplinam ad pri-
ſtinam ſeueritatem reuocare ſuâ Decretali epiſtolâ ſtudiosè contendit Eugenius
c. pen. de vit. & hon. cleric. Tertius, ſed quàm citiſſimè quæ ſanctiſſimè ipſemet ſtatuerat, in veterem luxum
diffluxere; quapropter in egregio opere, quod ad eum Diuus Bernardus inſcrip-
D Bern. de conſid. li. 3. ſerat *de Conſideratione*, legem ab eo ſancitam in mentem eius reuocat, incommo-
da, quibus illa ætas ſcatebat longâ oratione recitat, ſacri ordinis dedecus repræ-
ſentat, & quia non deerant, qui dicerent non corporis, ſed cordis cultui ſuos Deum
ſtudiosè oculos intendere, abundè his reſpondet aſſerens, arduum opus eſſe, vt ſub
inani veſtium faſtu, ſobrius & modeſtus animus deliteſcat, *forma hæc veſtium, defor-*
mitatis mentium & morum inditium eſt. B

Clem: Alex. Pedag. l. 3. cap. 2. De Aegyptijs Clemens Alexandrinus memorat, immania ab ipſis templa, por-
ticus ingentes, columnis, atrijs, ſacellis immoderato luxu elaboratis dixtinctas;
peregrinis marmoribus induti parietes eluceſcunt, & pretioſiſſimis tabulis oneran-
tur, argentum, gemmæ, aurum ſummâ profuſione ad eorum ornatum impendi-
tur: quis credat? vt ſiparia remouentur, numenque adorandum exhibetur, videre
erat Serpentis, Cocodrili, Felis, aliorumque id genus animantium ſimulachra,
turpiſſima ſcilicet eorum ſuperſtitionis monumenta. Templis hiſce fœminas ele-
ganter deſcribi, ait Clemens Alexandrinus; hæ namque accuratiſſimè corpori or-
nando ſtudentes, animum ſub eius cortina cælant belluinum & ſordidum; quid iam
de viris ille dixiſſet, quid de ſacris viris, quid de Epiſcopis? illud profectò, quod
D. Hieron. ep. poſtea Hyeronimus affirmauit. *Inter ſericum, & linteamenta, quibus tibi vide-*
ris fulgidus & formoſus, intellige te nudum, conſciſſum, ſordidum, & mendicantem.

Ex eodem Diuo Hyeronimo habes, quod cum celeberrima fœmina Sancta Pau- C
la mulierem aſpiceret, affectato veſtium cultu ſpectabilem, vultu ſubtriſtis & aſ-
D. Hier. in epitaph. S Paulæ. pera, tùm ſupercilio tùm vocibus eam increpabat aſſerens: *Munditiam corporis*
atque veſtitus animi eſſe immunditiam.

Helenæ ſimulachrum exquiſito pennicilli labore diſcipulus Apellis expreſſit,
aureas illi veſtes intexens, multo gemmarum lumine radiantes: ad eius aſpectum
Apelles ſe moderari non potuit, quin ad diſcipulum conuerſus diceret, pulchram
effingere non valuiſti, ornatam & diuitem effinxiſti: cum pulchritudinem animi
aſſequi virtutum ope nonnulli non valeant, ornando corpori ſtudent, totique
ſunt, vt ditiſſimis indumentis eluceſcant.

Deo authoratum virum corripiens Diuus Bernardus de nimiâ veſtium totiuſ-
que corporis concinnitate, ait, è cordis ærario adulterinas vitiorum opes euolui,
adeoque *non tanto curaretur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mens inculta*
D. Bern. in apolog. ad Guid. Abb *virtutibus*. Quin de Demoſthene & Hortenſio è Græcis Romaniſque Oratoribus D
clariſſimis refert Aulus Gellius, ex immodico veſtium cultu populorum ore fuiſſe
Gell. l. 2. c. 5 deriſos. quid de Epiſcopis Diuini ſcilicet Verbi præconibus facerent, ſi comptuli
& ſumptuosè induti viderentur?

Hoc ſanè cultu incultam ſimul & vanam ſe mens oſtendit: inanium certè homi-
num, auræque popularis auidorum eſſe ait Ariſtoteles, in ſuperfluâ veſtium curâ
laſciuire. *Ex veſtitu, & totius corporis habitu, ornatuque hominum laudem aucu-*
Ariſtot. 4. Eth. c. 4. *pari*. Iulianus autem Cæſar apud Ammianum Marcellinum ea ſapienter protulit,
Ammi. l. 25 *Turpe eſt ſapienti, cum animum habeat, captare laudes ex corpore*. Vanitatis & ſu-
perbiæ inſigne in molli veſtitu ventilari Auguſtus ipſe Cæſar apud Suetonium aſſe-
rebat, *Veſtitus inſignis & mollis ſuperbiæ vexillum eſt*. egregiè etiam horum Fa-
Sue. in Aug. ſtum Diuus Chryſoſtomus carpebat aſſerens, quod ex inani gloriola, quam leuiſ-
ſimis in rebus alieno labore contextis aucupantur, colligi optimè poterat, quantâ
inſolentia de inſigni aliquo facinore ſuperbirent: vel ipſi Demoſthenes & Tullij

in

in eorum præconijs efferendis balbutire ſibi viderentur. quid autem inanius, quid
A inſanius vnquam excogitari poſſit, magiſque ſapientiæ diuinæ repugnans, cuius
ore tumor iſte damnatur. *In veſtitu ne glorieris vnquam*; non tantùm, quia ine- Eccl. 11.4.
ptiſſimus eſſet, qui ab huiuſmodi extimo apparatu pretium animi metiretur, eo
prorſus modo, quo inſanire videretur, qui equum empturus, eius formâ poſtha-
bita, nullaque conſideratione adhibita vel generis, vel ætatis, an generoſus &
frœno facilis, an capite arduus, auribus breuis, pectore latus, pede albus; in eo
ſolùm mentem intenderet, vt phrigia acu pictum ephippium habeat, an aureo fre-
no regatur, an ſericâ phalerarum pompa exornatus incedat. *Quemadmodum ſtul-* Sen. ep.47.
tus eſt, qui equum empturus, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius, ac fręna, ſic ſtultiſſi-
ſimus qui homines ex veſte æſtimat.

Præterquamquod quid aliud de veſtium pompa gloriam aucupari eſt, quàm de
humanis miſerijs ſuperbire, ſupplicia ipſa ad ſuum decus inuertere, & quæ ad no-
ſtram pœnam Deus inuexit, in pompam ſuæ veluti dignitatis educere? an non
enim veſtes in peccati pœnam homini datas eſſe ſcimus, vt noſtræ dignitati, no-
B ſtroque opprobrio Deus ipſe conſuleret: fidem mihi de hoc facientem accipe Chry-
ſoſtomum, *Quare, dic obſecro, corpus ita ornas & gaudes huiuſcemodi? Non cogitas* Chriſoſt. in
quod pro magno ſupplicio, propter transgreſſionem tegmen hoc excogitatum eſt? glo- Gen ho.18
riam de tuo dedecore vſurpare hoc ipſum eſt, in ſcœnam tuas calamitates afferre,
& ipſa ſupplicia triumpho coronare.

Quàm igitur meritò in aliquos ſui temporis viros inuehitur Diuus Hyeronimus D. Hieron.
qui ſacris initiati effæminato cultu corpori indulgebant! Quin eò Diuus Bernardus ep.22.
acceſſit vt diceret, meretricum inſtar ſacros aliquos viros in veſtium pompa & cor- D. Bern. in declam.
poris concinnitate, totâ cogitatione verſari: Quàm autem hoc alienum à nobis fue- Conc. Col.
rit, & quàm prorſus indignum, ſatis oſtendit lex, quâ cultum omnem fœminis ip- tit. de vit.
ſis Apoſtolorum Principes Petrus & Paulus prohibuere: vt Patres Synodi Colo- Cler. c.26.
nienſis teſtantur: in fœminis autem quis huiuſmodi ornamenta prudentiori ani- p Pet. 3.
mo non patiatur? Quàm validè ergò, quàm grauiter in ſacros viros ijdem inſurre- 2. Tim. .
C xiſſent, ſi eadem veſtium corruptelâ vitiatos inſpexiſſent.

Epiſtolis ad Diuum Auguſtinum transmiſſis conſilium ab eo petijt Poſſidonius,
quâ nam ratione ſe gerere deberet in prohibenda vtriuſque ſexus viris veſtium D. Auguſt.
pompâ ornatuumque mollitie: reſpondit ad hæc Auguſtinus, prohibenda quidem ep.73.
eſſe huiuſmodi lenocinia ijs, qui nulla tenentur vel teneri cupiunt coniugij lege,
hi enim Deo tantùm placere conari debent; maritis verò fœminis, vt viris ſuis pla-
ceant, aliqua ornatorum concinnitas permittenda eſt, dummodo fucatis colori-
bus non illiniantur, hæc tamen intelligenda ſunt, *ſecundùm veniam non ſecundùm*
imperium: Nam ornatus maximè Chriſtianorum, & Chriſtianarum non tantùm nul-
lus fucus mendax, verum ne auri quidem veſtiſque pompa, ſed mores boni ſunt. Quid
de Epiſcopis pronunciaſſet facilè hinc vnuſquiſque arguat, ſi non Diuinâ gloriâ,
quæ veſtis Antiſtitum eſt, ſe exornarent, at exquiſito & ſplendido amictu elucerent.
Quàm bellè Hyeronimus, *Epiſcopis veſtis eſt Dei gloria*. Iure autem meritò Augu-
ſtinus, ornatus pompam fœminis permitti, non imperari; primi enim noſtræ Re- D. Hier. de ſepe. grad.
D ligionis conditores legem hac de re ad eas informandas ſanciuerunt: à Sancto Pe- Eccl. to.9.
tro primò eam audi. *Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri,*
aut indumenti veſtimentorum cultus. Diuum inde Paulum excipe Petro reſponden- p. Pet. 3.3.
tem & Timotheo Epheſino Antiſtiti præcipientem, vt fœminarum ornatum debitæ p. Tim 2.7.
moderationis fręno compeſcat, ne nimius inſoleſcat. *Similiter & mulieres in ha-*
bitu ornato, cum verecundia & ſobrietate, ornantes ſe; & non in tortis crinibus, aut
auro, aut margaritis, aut veſte pretioſa: Quî ergò fieri poſſet, vt ſuperfluos fœmi-
narum ornatus caſtigaret Epiſcopus, qui eoſdem ſuo muneri licet indecoros in ſe
ipſo reciperet: nullus ſibi ſuadeat, ait Diuus Gregorius, ſine crimine & vitio ſe
nimio veſtium cultui vacaturum; ſi namque ſine labe hoc fieri poſſet, nec earum D. Gregor.
contemptum in Baptiſtâ Ioanne commendaſſet Chriſtus, nec eaſdem fœminis ho.6. in Euang.
prohibuiſſet Apoſtolus.

Sed validiſſimum illud eſt, quo Tertullianus ad eaſdem damnandas vtitur, quod
ſcilicet

ſcilicet à ſe ipſo Chriſtus eas repulerit, *Igitur quæ noluit, reiecit; quæ reiecit, damnauit; quæ damnauit, in pompa Diaboli deputauit.* A

Commendatiſſimi hac in re fuere, tùm apud veteres, teſte Syneſio Cyrenenſi Antiſtite, Caius Cæſar, tùm noſtrâ hac ætate Carolus Quintus: Quid ni igitur ad eorum imitationem laudes eaſdem aſſequuturus feſtinet Antiſtes?

§. I.

QVEM deſcribit Paulus Epiſcopum, *ornatum* poſcit, *ornatum* vocat: ſed re verâ non hæc ille fluxa veſtium ornamenta requirit: ſplendidos quidem habitus efflagitat, non peregrinos, at proprios, nobiſque ipſis inſitos, in
p.Tim 3. & ibi D Hier. morum elegantiâ, in ſermonis integritate, in modeſtiâ inceſſus, in ipsâ veſtium compoſitione & honeſtate: vera hæc eſſe in Epiſcopis ornamenta docet Diuus Hye-
D. Amb. de Sacer. dign. ep. 4. ronimus Romanum Oratorem ſibi ſuffragantem afferens: *Ornatus dicitur, qui decorem ſeruat in motu, inceſſu, habitu & ſermone.* hanc eandem Apoſtoli ſententiam B
Diuus Ambroſius explicans ait, quod *ſi iuxtà ſenſum litteræ tantùm reſpiciamus, non aliud Sacerdotes quam amictum quærimus clariorem: v. gr. caſtorinas quærimus & ſericas veſtes; & ille inter Epiſcopos credit eſſe altiorem, qui veſtem induerit clariorem. Sed Sanctus Apoſtolus taliter ſe intelligi non vult, quia non carne Epiſcopum, ſed mente docet eſſe ornatum; vt ille Sacerdos placeat Deo, qui animam habuerit compoſitam Deo.*

Squallidæ ipſæ & laceræ veſtes his ornatibus illuſtrantur. Sanè Theodoſius Cę-
Socr. l. 7. c. 22. ſar excipiens, vt refert Socrates, Chebrienſem Antiſtitem ſanctiſſimæ famæ virum obijſſe, ſtudio validiſſimo pauperes eius veſtes ad ſui ornatum ne, an præſidium voluit, eaſque Cæſareæ chlamidi poſthabens eadem piá pompa eas induebat, quâ Lernæi Leonis ſpolium iactabat Alcides; adeò verum eſt, non veſtium ſplendore, ſed morum, Principum & gentium animos comparari, nulloque alio ornatu radiare magis Epiſcopos, quàm pietate & ſanctimonia: Regij Pſaltis vatici- C
nium de hoc audi, *Sacerdotes tui induantur iuſtitiam*, & Zachariæ Pontificis ad
pſ. 131. Zacch. ep. ad Epiſc. Gall. Galliarum Epiſcopos ſcribentis ſententiâ confirmatur. *Non nos honor commendat veſtium, ſed ſplendor animorum.*

Gemmas etiam, quibus ſuas veſtes Præſul illuſtret, Diuus Bernardus concedit; eæ autem gemmæ ſint, quæ pyropos & adamantes claritatis luce præcellant: *Nul-*
Rom. 11. 13. *la ſplendidior gemma in ornatu Pontificis, humilitate.* Ipſi eidem Apoſtolo Epiſcoporum omnium præſtantiſſimo adeò Hyerarchici muneris decus cordi fuit, vt ad eius honorem amplificandum ſemper ſe deſudaturum fuerit obteſtatus. *Quandiù quidem ego ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo.* His ipſis aculeis excitare nos debemus, adeò vt Dei honorem, cuius inſtinctu ad tam excelſum Sacerdotium aſcendimus, vbique efferamus; Sedis Apoſtolicæ honorem, cuius ſuffragio ſuos tanquam ſponſos noſtra nos ſedes excepit, vbique amplificemus, noſque ipſos honoremus, ne tanto munere videamur indigni: at qua in re D
verſetur hic honor, conſiderandum ſedulò eſt, non in veſtium luxu, ſuperboque ornatuum faſtu, vt egregiè ad Archiepiſcopum Senonenſem Diuus Bernardus ſcri-
D. Ber. ep. pſit. *Honorificabitis autem non cultu veſtium, non equorum faſtu, non amplis ædificijs; ſed ornatis moribus, ſtudijs ſpiritualibus, operibus bonis:* hinc ad eos Antiſtites damnandos, quorum ea ætate faſtus in véſtium cultu laſciuiebat, ſic pergit: *Quàm multi aliter! cernitur in nonnullis Sacerdotibus veſtium cultus plurimus, virtutum autem nullus, aut exiguus.* hos demùm ad illa perpendenda Apoſtoli verba, *Non veſte pretioſà*, hortaretur, ni metueret eorum indignationem, eo quòd
p. Tim 2. ſacris viris verba aptaret, quibus olim Apoſtolus fœminas admonebat; ſe tamen de his vir ſanctus excuſat, aſſerens eodem planè ferro à Chirurgis tùm plebis infimæ, tum Principum ſanguinem emitti: ſi ergò cum fœminis damnari erubeſcunt, fœminarum vitia auerſentur.

Vt hanc Chriſtianæ ſimplicitatis corruptelam auerteret & euerteret Nicæna

Sy-

Synodus Secunda, hanc legem firmauit. *Omnis iactantia & ornatura corporalis à* Conc Nic.
A *ſacrato ordine aliena eſt; quod ſi in hoc permanſerint, epitimio tradantur*, hoc eſt p.c. 16. c. 1. 22. q 4.
aliquorum dierum ſpatio à ſacris arceantur: vt autem ad eam ſeruandam fortiori
nexu ſacros viros obſtringeret, tùm maiorum exemplo, tùm Chriſti Domini ſuf-
fragio eam roborauit. *A priſcis enim vſque temporibus omnis Sacratus vir cum*
mediocri & vili veſte conuerſabatur. Vides veterum Lythurgorum exemplum: *Omne*
quippe, quod non propter neceſſitatem ſuam, ſed propter venuſtatem accipitur elationis
habet calumniam: quemadmodum magnus habet Baſilius, rationem hic habes, quâ
ſuperbiæ pompa eliminatur, *qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt*, ſuf- Matth. 11.
fragium Chriſti habes, quo prophanæ tantùm aulæ viris huiuſmodi veſtium ſplen-
dor permittitur.

Verùm quia temporum lapſu religioſa hæc diſciplina lapſa infœlicitèr fuerat,
tria poſt ſæcula Innocentij Secundi lege in Lateranenſi Synodo iterum inſtaura-
tur, docenturque myſtæ omnes, quonam ornatu Diuinos ſimul & humanos ocu-
B los oblectare poſſimus. *Præcipimus, vt tam Epiſcopi, quàm Clerici, in ſtatu men-*
tis, in habitu corporis, Deo, & hominibus placere ſtudeant: & nec in ſuperfluitate,
ſciſſura, aut colore veſtium, nec in tonſura, intuentium (quorum forma & exemplum
eſſe dicunt) offendant aſpectum: ſed potiùs quod eorum deceat ſanctitatem præſe-
ferant.

Quàm validè his eorum ſententia refellitur, qui veſtibus hiſce ſplendidis & ad
pompam compoſitis eo maximè titulo ſe vti aiunt, vt ſcilicet populorũ æſtimatio-
nem & famam ſibi concilient: quàm enim ad hoc præſtandum vtiliora & validiora
ſunt ornamenta virtutum? quæ tamen ſic dicta velim, vt ab ijs, quæ superiùs in
fine paragraphi diſſeruimus, non diſcedamus: ſatis hæc omnia percalluiſſe vi-
ſus eſt Spartæ Rex Ageſilaus: hic enim, Plutarcho & Athæneo teſtantibus, tenui
veſte indutus Aegyptij Regis aulam petijt, & licet non tantum Magnatibus & Dy-
naſtis, ſed ipſis etiam minoris notæ aulicis contemptui ſe eſſe deprehenderet, eo
C quòd eàdem ſuperbia & pompa veſtium, quâ Reges Aegyptij ſurgebant, Spartæ
etiam Regem irradiandum arbitrarentur, à ſuâ veſtium mediocritate abſtinere nul-
latenus voluit, *ſed interim oſtendit, maieſtatem, dignitatemque Regiam non ve-* Plut in Lat. Athen.
ſtium ſplendore, ſed prudentiè, ac fortitudine parari oportere. Sic Plutar-
chus.

Duos ſanè Antiſtites memorat Diuus Petrus Damianus, qui non tantùm hac
veſtium ornamentorumque luxuriâ, qua corpus induentes animi nuditatem ob-
uelabant, nullam ſibi populorum famam vindicarunt, ſed potius inhonori ab om-
nibus habiti, ipſis etiam ſacris infulis à Nicolao & Alexandro Secundo Pontifici-
bus fuere ſpoliati, *nec in eis profuit, quod Pontifices ligneis auratis vſi ſunt baculis,* D.Pet. Da. ep. 23. l.
cum Sacerdotis meritum non nitor efficiat veſtium, ſed ſpiritalium norma virtutum;
& non micantes margaritæ, vel gemmæ; ſed mores aurei decean: Sacerdotem hæc de
illis Damianus.

De Africano autem Scipione illud etiam mihi non ignoratur, quòd cum Nu-
D midiæ populis mediocri veſtium cultu ſe daret ſpectandum, maximum ſibi decus Scipio.
& nomen ex illa modeſtiâ conquiſiuit. Auguſtus autem licet toti terrarum vni-
uerſitati dominaretur, tenui veſte contentus laſciuientium Romanorum pompam
irridens, vt è Plutarcho habes, ait *En Romanos rerum Dominos, gentemque toga-* Plut. l. 4. Apoph.
tam, ac ſi Romani nominis maieſtatem & amplitudinem ea pompa non illuſtraret,
at denigraret; quod tamen de ſacris viris accommodatiſſimum eſſet, ſi paululùm
immutatis vocibus diceres, *En Apoſtolorum ſucceſſores, populorumque Paſtores*: ſi
namque, quod arceat Deus, effœminatis huiuſmodi veſtium delicijs eorum gra-
uitas & ſanctimonia corrumperetur, mirum quantùm de ſui ſanctitate nominis di-
gnitas tàm excelſa deperderet! ſed de hoc fuſiùs in proximo capite.

§. II.

A

ADEO autem ſociali veluti fœdere ſibi mutuò connectuntur, quæ nunc agimus, cum ijs, quæ ſuperiori capite egimus; vt eadem propè regula ſint metienda: quæ igitur hucvſque congeſſimus, intelligas ſolùm velim, ut ueſtium ſuperfluâ pompa elimineтur, ad perfectionem pauperratis attingendam: niſi enim eximiâ quadam ſanctimonia Antiſtes eluceat, & vniformi quâdam ſeueritate res ſuas omnes attemperet, poteſt vtique Antiſtes in veſtium ornatu mediocriter ſibi indulgere, alioſque ſui miniſterij ſocios in eodem imitari, tùm ad ſuam dignitatem illuſtrandam, gentiumque ſibi ſamam conquirendam, tùm ne frequentem populi pruriginem excitet, quâ plerumque vel ſimulatæ virturis, vel auaritiæ, vel abiecti animi nota damnati poſſet eorum paupertas.

Quapropter, ſi in alteram oppoſitam partem deflexeris, æquè forſan pernicioſus tibi eſſet veſtium ſquallor, ac earum pompa, parique vulnere populorum oculos afflictares, vt eodem propè modo de domeſticâ ſupellectile ſuperius diſſeruimus. B Meritò igitur in primo conuentu Tridenti habito antequam Concilium cogeretur, eadem vtrumque notâ damnauere Patres ſanctiſſimi; tùm ſcilicet nimis ſplendidas & magnificas, tùm nimis abiectas & ſordidas veſtes; quod propè illud idem eſt, quo Diuus olim Hyeronimus nos inſtruxit. *Elegantias & ſordes pari modo fugiendas; quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.*

D. Hie. ep. ad Nep.

Nimius autem veſtium ſquallor pari prorſus modo, quo nimia earundem pompa eam animi ſocordiam indicare poteſt, quæ in excolendis virtutibus licet interius ſit, exteriùs tamen elucet; adeò enim virtutibus proxima vitia ſunt, vt eadem frequentiſſimè humilitate ſuperbia obueletur, & popularem auram aucupemur.

Obſoleta & lacera Antiſthenis toga, Socrati aditum dedit, vt Laertius refert, quo eius animi fibras inuadens ſuperbiam eius inſpectaret, adeò vt ſe continere non potuerit quin diceret, *Video per ſciſſuram pally vanitatem tuam.* Sydonius autem Apollinatis turpius, dixit, humilitatis, quàm ſuperbiæ viâ gloriam emendicari. C *Affectare de veſtium diſcretione ſuperbiam, nitore pompam, ſquallore iactantiam.* quin aduerſus Ethnicos Diuus Chryſoſtomus ſcribens, Chriſtianorum decus eſſe ait, quod eorum nullus indecorè & ſquallidè indutus incederet.

Laer. in Socr.

Sidon. l. 9. ep. 9.

Imperante Cæleſtino Primo Pontifice, Galliarum Epiſcopis in more erat philoſophorum inſtar pallium præferre, quo ſibi famam ſanctitatis vſurpare contendebant, quæ ſolis virtutibus impertitur: vt eos ab huiuſmodi errore amoueret, ſtuduit pijſſimus Pontifex hæc ex alijs ſcribens, *Diſcernendi à plebe, vel cæteris, ſumus doctrina, non veſte; conuerſatione, non habitu, mentis puritate, non cultu.*

Cæleſt. ep. 9 ad Epiſcop. Gall. o. 1. to. 1 Conc.

Latere neſcit virtus; extrema fugiens in medium prodit, vt omnibus ſpectanda innoteſcat. Moderationis eſt, tùm gradus, tùm perſonas inſpicere & vniuſcuiuſque rationem diſtinctâ lege metiri: quapropter, ait Ambroſius, *Honeſtati uel neceſſitati nihil deſit,* ſed alio etiam ex capite, *nihil accedat nitori.*

D. Amb. l. 1 offic. c. 19.

Hac de re ſedulò Concilij Gangrenſis Patres egere: hi autem ſatiùs duxere, quòd Epiſcoporum veſtes nitore quodam non ad pompam, ſed ad honeſtatem compoſito D ornarentur, quàm quod nimis abiectâ paupertate vileſcerent, licet hoc ipſum non reprobarent. *Parſimoniam cum ueſte humili non reprobamus, ſicuti etiam ornatum præter corporis diligentiam infucatum laudamus. Diſſolutos autem, & fractos in veſtibus inceſſus non recipimus:* quin ijdem viri ſanctiſſimi diras in eos intorquendas cenſuerunt, qui Epiſcopos Birrho utentes arguebant; ſerica veſtis birrhus erat eo tempore frequentiſſima.

Conc. Gangr. c. vlt. c. parſi. no. 5. 41 di. t. c. ſi quis viro: q. 30.

Ea mens mihi fuit, quod niſi ad pauperum inopiam ſubleuandam facilis & largus eſſet Antiſtes, piamque demiſſionem vbique eodem virtutis tenore ſeruaret, veſtium parſimonia auaritiæ tribui poſſet, & populorum deſpicientiæ eum obiectaret; cum è contra maximæ omnibus venerationi eſſet Diuus Ioannes Eleemoſynarius, licet obſoletis & abiectiſſimis ueſtibus uteretur: quà in re ſibi adeò conſtans & alijs inuictus fuit, ut cum ad repellendam ab eo ſquallidam veſtem ſplendidus amictus ei donaretur, per totam ferè noctem vir ſanctus ingemuit, ac ſi ſuperflua

perflua nimis ipſi hæc ornamenta eſſent, dum alijs indumenta neceſſaria defice- Sur. in eius vit. 25. Ian.
A tent: vt igitur ſedatâ mente quieſceret, veſte illa venditâ pauperibus eius pretium
impertiuit; id vbi donanti innotuit, aliam redonauit, rurſuſque iſte reuenditam
pauperibus erogauit.

Cæterum licet ſpectatiſſimis moribus noſtra fulcienda ſit dignitas, pro comper-
to tamen eſt, hac præſertim tam corrupta ætate, vt è Tertulliani mente, ueſtes e- Tertul. l. de Pall. c. 4.
tiam ſint *Iudices, cuſtodeſque dignitatis*; quod idem apud ſpeculatorem Seneca Specul. in
Neronis matri ſignificauit, vt nempè ſplendido veſtium ornatu vteretur, *non pro-* tit. de Auo.
pter ſe, ſed propter honorem Imperij. Quapropter cùm Pipinus Gallici Imperij tunc 5. a. n. 1
temporis adminiſtrator à Zaccharià Pontifice percontaretur, quànam tùm Epiſco- Zacch. ep. 7
pi, tùm Myſtæ, tùm Monaci veſte pro ſui nominis dignitate induendi eſſent, prolixè
ad eum ſcribens ſic ei reſpondit: *Nam & nos Apoſtolicà auctoritate ſubiungimus, ut* Bar. an. 74.
Epiſcopus iuxta dignitatem ſuam indumentis utatur; ſimili modo, & Presbyteri Car-
dinales, his etiam addens, quòd in ſecreto animi ſuæ pietati ſeruientes ornatarum
ueſtium puluerem excutere poterant, ne uirtutes aliquatenùs obſcurarent. *Non*
B *enim nos honor commendat ueſtium, ſed ſplendor animarum.* Hoc itaque è Petri Ca-
thedrà habes: quod ſcilicet è perſonæ, temporis, muneris, ætatis menſurâ, veſti-
endi forma ſit deſumenda; in hoc enim, docente Ariſtotele, decoris honeſtatiſque
vis tota verſatur, vt nempè è cuiuſcunque conditione ſingula metiamur, quod Ariſtot. p. Theſ. 12.
idem indicauit Apoſtolus. *In decoro habitu honeſtoque.*

Sanctus Carolus licet tum in interioribus veſtibus, tùm in pallâ, quam aſſiduò Giuſ. in vit.
præferebat, inamœna quadam ſpecie & horrore inſignis videretur, In exteriori ta- S. Caroli
men amictu ſui gradus honeſtatem ſeruauit, illud dicere aſſuetus, non ſuas illas l. 5. c. 16.
eſſe veſtes, ſed ſuæ dignitatis: nec in ſe tantum, ſed in alijs etiam Epiſcopis hoc
ille inſinuare ſtudebat; quapropter Antiſtitem ſplendidis caligis vtentem caſtigare
non formidauit, illud admonens, Antiſtitis munus eſſe, vt morum ſanctitate lumi-
nis inſtar alijs prælucerer.

Diuum Auguſtinum Poſſidonius Calamenſis Antiſtes ſcribit, eam in ſuo ami- Poſſidon. in
C ctu moderationem adhibuiſſe, vt amictu nec ſplendido, nec ſquallido vteretur, vit. D. Aug
ſed inter vtrumque medius pietati ſimul & dignitati conſuleret: ad ſuos autem E-
remi fratres idem ſcribens ait, alienas Epiſcopis ſumptuoſas & magnificas veſtes
non eſſe, licet tùm è religioſâ vità quam profitebatur, tùm alijs nominibus ſibi
congruis eas reiectaret: verba eius recito: *Nolo talia offerat ſanctitas ueſtra: offer-* D. Aug. ad
tur mihi u. gr. ueſtis pretioſa, fortè decet Epiſcopum, quamuis non deceat Auguſtinum, ad Fratres in Erem.
ideſt, hominem pauperem de pauperibus natum. Fateor enim uobis, de pretioſa ueſte Ter. 32.
erubeſco, quia non decet hanc profeſſionem, hanc admonitionem, hæc membra, hos ca- to. 10.
nos. Hac profectò loquendi forma Præſulum quilibet temperare ſe deberet, qui
terrena hæc deſpiciatus cæleſtia tantùm affectaret; verùm ſi Dei inſtinctu ad tam Cic. de off.
excelſa ſe non extulerit, optimè ſe geret, ſi Romani etiam Oratoris ſententiæ ad- l. p.
hærens, moderato amictu ſe ornet, & ſe tum temporis, tum regiminis, tùm alio-
rum conſuetudini conformet, dummodò à ſuperfluis ornamentis abhorreat. Com-
mendatiſſimum hac in re Nepotianum fuiſſe Diuus Hyeronimus refert, quem ta- D. Hieron.
men longè ab Epiſcopali honore ſemotum veſtium ſplendor non decebat: *Cultus* ep. 3.
D *Nepotiani prouincia morem ſequens nec munditys, nec ſordibus notabilis*, ſic ille; ne
à reliquis ſuæ conditionis viris in corpore ornando diſſonaret, Seneca Lucilium Sen. ep. 7.
admonuit, & vt aliorum conſuetudini ſeruiens, nec tumeret, nec ſqualleret in ve-
ſte, hoc tantùm ſtudens, vt virtutis alumnus non ad pompam videretur, ſed
eſſet.

Publicam perſonam præfert Antiſtes, adeòque ni ſanctimonia illuſtri eius no-
men fulciatur, dignitatem dehonoret oportet, ſi veſtibus obſoletis vtatur, & ni-
mis abijciatur in corporis cultu: hoc ego in familiari meo Præſule expertus agno-
ui, qui non ita pridem fato conceſſit; moderatus quidam veſtium nitor, dummo-
do non laſciuiat, venerationem ſimul parit & nomen illuſtrat; magni enim ſpe-
cies hæc exterior populis habetur, nec raro maiori pretio ipſis eſt veſtis, quàm vir- Lamprid. in
tus. De Vlpiano Lampridius refert, quod odio ab exercitu habitus, eius fre- Alexand.

quenter tumultus repreſſit ex purpurâ, cuius lumine venerandum ſe illi præſtabat. A

Caſſiod l. 6 ep. p.

Hoc profectò illud eſt, de quo Prouinciæ Moderatorem Caſſiodorus admonebat, *Clamydis tuæ procul dubio inter alia clauos intende, quos ſcias non inaniter poſitos: hinc fit, vt cum publicum agentes purpuram cernerent, de vigore ſemper Principis admonerent*.

Sen. ep. p.

Ità tamen ſeruandum hoc eſt, vt parſimoniæ veſtium magis illi ſtudeant, qui non paternis prouentibus, ſed cenſibus ſacris vtuntur ad eas comparandas: hi enim quis neſciat, ad Deum ſpectare, & ad pauperes, quibus ex aſſe debentur; multò autem reliquis omnibus parciores ſe gerere debent, qui è religioſâ paupertate ſacras ad ſedes aſcenderunt; animum enim remiſſum & diffluentem oſtenderet, qui ſericis vteretur, & Auguſtinum imitatus, piè erubeſcens ſui ordinis veſtes exuere non deberet, præterquàm cùm Pontificalia ſolemni ritu agit: quàpropter Diuus Baſilius tenui cæteroquin & religioſa veſte contentus, inter ſolemnia conſtitutus,

Cyr. in Tetraſt.

referente Cyro, ſpectatiſſimus omnibus erat ſacris è veſtibus *aurea ſtola, & vultu inſigni veſtitus*, ibi enim non ſe, at Deum ſpectabat, non ſuo ornatui, ſed Diuinæ gloriæ ſacrorumque rituum maieſtati conſulebat. B

Pergratum Deo erit, ſimulque ſuperbiæ faſtus eludetur, ſi Pontificem Eugenium Tertium imitati ſub Pontificijs veſtibus laneos amictus induemus; cucullum certè ne quidem nocturno tempore Pontifex tantus omiſit: Hoc etiam modo Diuus Laurentius Dublinenſis in Hibernia Antiſtes ſplendidè quidem exteriùs pro ſui gradu honoris indutus, cilicio interiùs tegebatur: Poſtremò autem hac ætate Cardinalis cognomento Sancti Honufrij Vrbani Octaui Pontificis frater, ſub purpureâ togâ, quâ Romanæ fidei Senatores vtuntur, aſperas Capucinorum veſtes induebat, æſtiuo licet tempore earum moleſtiâ tangeretur.

Superbiam longè eſſe ab Epiſcopis ablegandam. Cap. XXXV. C

FIERI vix poterit, vt ſuperbiâ non efferatur, qui cæteris viris tùm gradus excellentiâ, tùm titulorum maieſtate, obſequio populorum, cenſuum opulentiâ præſtantior gentes videat genu ſibi flexo obſequentes: ni ſapiens fuerit animumque prudentia moderetur, quàm ſint fluxa & inania hæc honorum ſpecioſa blandimenta perpendens, profectò ſuperbo faſtu obruetur & inſolenti tumore laſciuiet.

D. Chriſoſ. hom. 6. in Math.

Erigere ad excelſa animum, honorum eſt, ait Diuus Auguſtinus. *Nihil ità in ſuperbiam euehit, ſicut principatus & primi conſeſſus*: quæ enim vnâ cum nobis ſuperbia naſcitur, honoribus veluti ſuo alimento nutritur, adoleſcit, & ingenti mole ſe porrigit. Eodem propè pacto, quo rubigo prodit è ferro, è panno tinea, è ligno caries, quæ omnia viperæ inſtar dente mortifero ſæuiunt in parentem. Quid D aliud hoc eſt, quam naturæ ordinem moderatè ſolùm agentis inuertere? humanitas ipſa faſtu quadam velut eclypſi obſcuratur, imò vitiatur & corrumpitur: Diuum

D. Hildeb. ep. 56.

Hidelbertum audi; *Statum quendam naturo homini parauit, quo ſemper eundem ad vtrumq; ſe præſtaret euentum; illum deponere, & pro habitu variare fortunarum, non natura, ſed naturæ defectus eſt.* Quaptopter nullius momenti erit, ſi ſuperfluam ſcum ſupellectilis domeſticæ tū veſtium pompam detraxeris, dummodo ſuperbiam & faſtum enutrias: quorſum illam extinxeris, ſi hæc adoleuerit? difficiliùs longè eſt faſtum quàm veſtes exuere magiſque arduum opus ſuperbiam mentis excutere quàm domus. *Plus eſt animum depoſuiſſe, quàm cultum; difficilius arrogantià, quàm auro caremus, aut gemmis.* Dedi Hyeronimum: ſanè tùm in ſacrâ, tùm in

D. Hieron. ep. 92.

prophanâ politia nihil pernicioſius ſuperbiâ datur, quæ tùm rationis, tùm pietatis lumen extinguit: quapropter magis dignitatis lumine obcœcatur animus, quàm Solis radiis humani oculi perſtringantur.

Quid

Quid aliud hoc eſt, quàm ex ipſo pharmaco venenum educere, & in pietatis ſe-
A dem ipſam pietatem obarmare? nullum enim inter vitiorum agmina ſcelus eſt adeò vel ſanctitati perniciosum, vel iniurioſum Deo, quàm ſuperbia.

Quàm meritò Diuus Bernardus conqueritur è ſacris viris non paucos dari, qui ex infimo genere ad honorum faſtigia, non virtutis ſuffragio, ſed inſoleſcentis fortunæ ioco delati, arrogantiâ tumens, faſtumque circumferunt; quin ac ſi Letheas vndas ebiberint, priſtinæ conditionis obliti ſui pompam faciunt, *& dignos ſe æſtimant dignitate, ad quam ambiendo perueneruns; quodque (non audeo dicere) adepti ſunt nummis, attribuunt meritis*. Inter dignos & indignos hoc diſcrimen agnoſce: Qui generoſam indolem iactaor, quique vel ſcientiarum vel pietatis calle detrito aliorumque laborum, quos ad populorum commoda exantlarunt, honorum culmen attingunt, vanitatis pruriginem retundunt, & faſtum reprimunt, cuius vi imbecilles tantùm animi tàm inaniter inſoleſcunt: hi enim honeſtatem omnem collocantes in eâ perſonâ referendâ, quam in agendâ huius vitæ fabulâ in-
B duerunt, dedecori & vitio ſibi verrunt, cum veſte mentem inuertere, & ſibi commiſſam Sacerdotij ſanctitatem ſuperbiæ maculis deturpare: illi è contrà, qui è ſordibus accedunt ad infulas & è tenebris emergunt ad iubar honorum, miſerrimâ vanitate, &, vt clariſſimi Maſſilienſis Epiſcopi Saluiani ſtylo vtar, procaci iactantiâ faſtum fouent, veteresque familiares auerſati, veluti humilitatis teſtes arrogantius efferuntur, adeò vt iuxtà illud *Aſperius nihil humili, cum ſurgit in altum*. Hoc porrò ipſum, Seiani deſcribens arrogantiam, effuſo dicendi genere Dio adnotauit.

D. Ber. ſer. 4 in Miſſos eſt circa fin.

Salu. l. 3 ad Eccleſ.

Aptiſſima congerere hic ego poſſem exempla: illud multorum inſtar fuerit, quod de Thoma Volſæo recentia Angliæ monumenta ſuppeditant: hic enim obſcuro ſanguine natus, ex infimo omnium Lythurgo, Lincolnienſis primùm Antiſtes fuit electus; hinc inſolenti quodam amoris impetu, quo eum Henricus Octauus Angliæ Rex proſequebatur, Eboracenſis Archiepiſcopus Regnique totius Cancellarius renunciatus; demùm Romanâ Purpurâ donatus & Dunelmienſibus infulis,
C tàm fœdæ ſuperbiæ contagione fuit afflatus, ut Polidorus Virgilius ſibi vix ſatis eſſe poſſit; vt leuiſſimas eius nugas inſaniſſimas ne, an inaniſſimas repræſentet.

Polid. Vir. l. 29.

Quàpropter cùm diuinam ſibi beneuolentiam conciliare Syonius Vates vellet, hac tantùm vtpotè validisſimâ ratione vſus eſt, ſe ſcilicet regales inter delicias regnique ſuperbiam, demiſſum ſemper animum ſeruaſſe, ſuique abiecti gradus fuiſſe memorem, è quo tàm excelſo ſolio fuerat donatus. *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei: neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me*. An non miraculi loco ſit & gratiæ prodigium habeatur, quòd vir gregarius & gregum Paſtor, Regium diadema præſeferat & baculi paſtoritij loco ſceptrum verſet, cum purpurâ manticam, cum Regiâ chlamyde pelliceum tegmen immutet, non ſe gregibus circundatum ſpectet, ſed populis obſequentibus & Principibus ad quæcumque facienda paratiſſimis, & qui ne quidem patris menſæ accumbere præ ſua vilitate potuit, Magnatum & Dynaſtarum frequentiâ ſtipa-
D tus Regali elu ceſcat in ſede, & quod omnium maximum eſt, vt diuino imbutus æſtu futura pronunciet demiſſo tamen animo ſit, & inter tot ſuperbiæ irritamenta ſuperbiam calcet, faſtum premat, pompam denique totam humilitate triumphatam immolet Deo! Superiùs memorata verba perpendens Diuus Zeno hæc adnotauit, *At cum addidit ſuper me; oſtendit nunquam ſe elatum fuiſſe, cum poſſet: nulli enim faciliùs efferuntur, niſi quos inopinati honoris culmen oſtendit*.

Pſ 130. 1 & 2.

D. Zenon. ſer. 2. pſal. 130.

Miracula hæc etiam in primis noſtræ Religionis Satoribus præſtitit noſtræ ſalutis aſſertor; vt enim ſuæ beneuolentiæ vim oſtenderet, in Eccleſiæ Antiſtites eos elaturus, genere obſcuros infimâque è plebe eos elegit, vt Regibus & Cæſaribus maiores humiliori animo eſſent, quò maiori fulgebant lumine dignitatis: quàm diſertè habes hæc è Chryſoſtomo, qui poſtquàm piſcatorias naues expendiſſet è quibus Apoſtolos Chriſtus eduxit ad ſydera, hæc ſubdit. *Illud præterea non ignoratis, quod quantò quis humiliori gradu ad dignitates aſſumitur, faciliùs in ſuperbia in-*

D. Chriſoſ. hom 30 in c 3. paulo poſt med.

inſaniam effertur; vtpotè qui expers ſit repentini, & inſperati honoris; ſed iam mi-
raculum inſpice. *In hac eos humilitate Chriſtus continuit.* A

§. I.

IN dignitatibus igitur ſuperbire, illis ſe indignum fateri eſt, ſuamque, vt Iſo-
Iſocrat. ad Demonic. crates loquitur, deſtruere fortunam. *Iure autem eos dixerimus, non in ſe tan-
tùm peccare; ſed & fortunæ eſſe proditores.*

Sed Chriſtiano ſtylo ſermonem nos habentes pronunciemus, hoc propè ipſum
eſſe, ac in Deum muneribus ſuis bellum indicere, Deique beneficia in iacula im-
mutare, quibus ingratiſſimè impetatur: terram hos imitari dixerim, quæ eo-
dem ex imbre, quo ad fœcunditatem donatur ab aere, vapores componit, quibus
aerem obnubat: cæleſtia hi beneficia ſibi tribuunt, Deoque tantùm honorem de-
bitum rapiunt: quia longè à Chriſto Domino hi diſcedunt, qui cum naturâ Deus
Philipp. 2. 6 ſit & Patri par, Patre minor magiſterio humilitatis eſſe voluit; *Qui cum non ra-* B
pinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit. Quid ergo mi-
ſerrimi nos homunculi, imò vermiculi, noſtriſque ſceleribus digni, vt omnium
pede premamur, debitum Deo honorem, nobis ipſis per ſummam audaciam ar-
Theodoret. ibid. rogabimus? Chriſtus, audi Theodoretum, *Non rapinam arbitratus eſt, eſſe æqua-
lem Deo: eſt enim proprium eorum, qui aliena rapiunt, ſe propter ea, quæ habent, ia-
ctare, & de ſe magnificè ſentire.*

Hinc fit, vt in ſuperbiam potiſſimè Deus inſurgat, ferociat, ſuaque fulmina
immittat; in Deum enim impudentiſſimè tentat aſſurgere: certè nihil in ſacris lit-
teris frequentiùs dictu eſt, quàm vt Diui Iacobi ſententia roboretur, *Deus ſuperbis*
Iac. 1. 5. *reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*; tantâ autem vi ſuperbis reſiſtit, vt eò magis
eos deprimat, quò magis illi efferre ſe audent; hoc ipſe bellum è cælo inſtituit,
cum Lucifer omnium ſpirituum, quos Dei manus dederit præclariſſimus, ſuper-
biſſimè in eum rebellauit: quàm ingentibus hic muneribus à Deo locupletatus
fuit! ex his tamen Dei contemptor, ſuique nimis amans, ſuæ excellentiæ pulchri- C
tudine captus non Deo, ſed ſibi venuſtatem ſuam, ſuamque opulentiam tribuit;
adeòque Diuini furoris fulmina accendit, quibus deturbatus in Erebi flammas
tumoris ſui pœnas ſoluit. *Ad naturam talem euectus, dignitate excidit per mentis al-*
DBaſil. Seleuc. orat. 23. *titudinem, de dignitatis altitudine deturbatus, tantuſque fuit elatioris animi faſtus,
quantum capere potuit ſpiritus.* Sic de eo loquitur Baſilius Seleucienſis. Luciferi
DBern. ſer. in Sinod. Rhemen. veſtigijs adhærere ſuperbos Epiſcopos docet Diuus Bernardus, *comparantur Apo-
ſtata Angelo;* ſuper Aquilonem ille ſedem ſuam ſtatuere præſumebat: excelſa etiam
dignitatum faſtigia ſuperbi affectant, & reliquis eminere. In Iuda, qui è primis E-
piſcopis fuit, exemplum habes, qui ab ipſo licet Chriſto electus, ea tamen de ſe
verba è ſui Magiſtri ore audiuit. *Vnus ex vobis diabolus eſt*; ad hæc ſacro æſtu con-
DAug. ſer. 25. de Do. Verb. Inlo. citus Diuus Bernardus validè ſic inſonat: *Sic facit Ieſus hodiè, eligens ſibi multos
diabolos Epiſcopos: vbi, proh dolor! reperiemus Epiſcopos, qui poſt adeptam dignita-
tem in humilitate ſe contineant?* D

Quàpropter, ſi ad fouendam alendamque ſuperbiam in poſterùm eſſet, qui ſa-
p. Tim 5. 6. eras infulas indueret, maxima omnium ſupplicia, quibus vltrix Dei manus one-
ratur, in ſuum caput irritaret; eò enim immanius in nobis hoc ſcelus eſt, qui tem-
poris ſpolium & mortis ludibrium ſumus, quò nobilior & nobis excellentior ſpi-
ritus eſt, tot dotibus & muneribus à Deo illuſtratus; à Diuo Auguſtino hæc ha-
bes: *De Diabolo debent erubeſcere mortales ſuperbi. Etiam Diabolus ſuperbit, non eſt
terra & cinis, vos autem homines moriemini.*

Nec aliâ de ratione ſacris è ſedibus Neophitos abduxit Apoſtolus, niſi quia
cum celeri conuerſione è tàm demiſſo gradu, ad tam illuſtre faſtigium euehantur,
fieri facilè poteſt, vt ſuperbiâ capti, ſibi ipſis nimium arrogent, & cum Lucifero
præcipites ruant; Neophitus hic pariter in cælo erat, ſuæque nimium pulchritu-
dinis amans, furorem in ſe Diuinum excitauit: quo ſenſu verba illa accipiuntur
à Theo-

à Theophilacto & Diuo Chryſoſtomo. *Non Neophitum, ne in ſuperbiam elatus* D.Chriſt. Theoph.
A *in iudicium incidat diaboli.*

Sermonem autem hic haberi de ſupplicio, quo in ſuperbientem Luciferum Diuinus furor irruit, Diuus Hyeronimus docet. *Iudicium autem Diaboli nullum eſt aliud, niſi ſuperbia: propter quam de cæleſtibus cecidit.* D.Hier. in c.3.Iſaiæ.

Sacras inter dignitates ſuperbiam fouere, idem eſt ac Chriſti militiæ eſſe deſertorem, & ad Diaboli partes fœdà proditione deficere; de hoc autem non alijs armis triumphum Chriſtus habuit, quàm humilitatis, cuius robore inde profligatâ ſuperbia, trophæum Crucis erexit; quapropter meritiſſimè Diuus Leo Pontifex. *Tota victoria Saluatoris, quæ & Diabolum ſuperauit & mundum, humilitate eſt concepta & humilitate eſt confecta.* D.Leo ſer. 6.de Epiph.

Quin ante corporati Dei nomen ſuperbos ſacris à ſedibus Spiritus Diuinus amouit, iuxtà illa Regij Vatis, quæ Diuus Bernardus confirmat, *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam*. hinc autem in eos Præſules inuehitur Diuus Gregorius, qui gloriæ auram affectant, qui poteſtatem tantùm iactant ad mores in-B ſolentiùs efferendos, & qui *ſuſcepta benedictionis miniſterium vertunt ad ambitionis argumentum*; eos etiam peracuto ſtylo Diuus Bernardus confodit, qui ad ſuperbiæ incrementum ſacris dignitatibus vtuntur, abiecto licet è genere oriantur. D.Gregor. hom. 17. in Euang. D. Bernar. hom. 4.14. Miſſus eſt.

Præſules omnes in opere, quod Paſtorale inſcribitur, Diuus Gregorius erudiens, egregium tantoque Pontifice dignum ſermonem habet; totus enim eſt, vt oſtendat, Noe facultatem Deum dediſſe, quà in animantes omnes supremum imperium exerceret. *Terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animantia terræ*; adeòque neceſſe eſt, vt in improbos tantùm, belluinos mores referentes terrorem Epiſcopi effundant, non autem in eos, qui pietatis alumni ſunt: qui eùm plectere alios ſupplicijs coguntur, dum magnificis præconijs & ad pompam compoſitis laudibus vel de illis operibus efferuntur, quæ cæteroquin arguenda eſſent, ſummoperè caueant oportet, ne in tranſuerſum acti ſibi ſubditas gentes aſpernentur, & è muneris faſtigio quod poſſident, ſe alijs præferant tanquam vel doctrinâ vel pie-C tate eis præſtantiores, ne Apoſtatæ Angelo comparentur; Saulis dein exemplum affert, qui quoadvſque humilitatis repagulis animi ſuperbiam præpediuit, demiſſoque animo se geſſit, nec regio tantùm diademate dignum, ſed quocumq; alio munere, vtpotè qui in Beniamini Tribu poſtremum ſe locum habere profeſſus eſt, ad Hebræi populi regimen electus & euectus à Deo fuit: verùm cum dignitatis præſtigijs vitiatus ſuperbiæ se dedit, indignus à Deo habitus Regium diadema deperdidit: hæc illum obiurgans ſignificat Samuel: *Non cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? vnxit te Dominus in Regem ſuper Iſrael, modum feciſti malum in oculis Domini.* audi iàm Diuum Gregorium; *ſic Saul poſt humilitatis meritum in tumore ſuperbiæ culmine poteſtatis excreuit: per humilitatem quippè prælatus eſt, per ſuperbiam reprobatus*: in quam eandem ſententiam accedunt doctiſſimi viri Diuus Cyrillus Alexandrinus, Beatique Petrus Damianus & Laurentius Iuſtinianus. D Greg.2. Paſt.c.6. Gen.6 c. 1 Reg 15. 17.

Ingenti hic ego cupiditate tangor, quonam modo Saulis abdicatio ſuperbiæ tri-D buatur, cum auaritiæ crimine, quo Amalecitarum exuuias Deo immolandas ſibi contrà Diuinum mandatum ſeruauit, se Saul obſtrinxerit, & ſacrilegij reum ſe fecerit, cùm ſacra ipſa facere præſumpſerit ſacris tantùm viris peragenda?

Peracutè nexus hoſce diſſoluit diſertiſſimus Auguſtinus, qui perquirens, an crimen, quo primùm se Lucifer inquinauit, ad ſuperbiam an verò ad inuidentiam referretur; ſuperbiæ illud tribuit, vtpotè quæ vitiorum omnium ſcaturigo eſt, ipſoque Dei ſuffragio ſcelerum parens appellatur: *Initium omnis peccati eſt ſuperbia*, cum autem hoc idem de auaritia ab Apoſtolo dici perpenderet: *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas*, præſtantiſſimo ingenio hæc quæ ſibi aduerſari videntur, ſimul conciliat his verbis. *Nonnulli dicunt caſum diaboli fuiſſe, quod inuiderit homini facto ad imaginem Dei; ſed inuidia ſequitur ſuperbiam, non præcedit. Nam ſuperbia eſt amor excellentiæ propriæ, inuidia verò odium fælicitatis alienæ: amando autem quiſque excellentiam ſuam, vel fratribus inuidet qui ei coæquantur, vel inferioribus ne coæquentur: ſuperbiendo igitur inuidus, non inuidendo quiſque ſuperbus eſt;* p.Tim.6.10 D. Aug. in Gen. ad 3. lib.11.

eſt : meritò initium omnis peccati ſuperbia dicitur: Nec incongruè Apoſtolus ait : Radix A
omnium malorum eſt auaritia, ſi auaritiam generalem intelligimus, quà quiſque ap-
petit amplius, quàm oportet, propter excellentiam ſuam, & propria rei amorem, qui
dicitur primatus; neque vero eſſent homines amatores pecuniæ, niſi eò ſe putarent ex-
cellentiores, quò ditiores. Hoc planè modo auaritiam & ſacrilegium in Saulis ani-
mum ſuperbia inuexit: prætetquam quod ſi accuratè ſacræ litteræ perlegantur,
clariſſimè ex eis Saulis ſuperbia innoteſcit, quà ſibi eam victoriam vertit, quam
Diuino tantùm auxilio acquiſiuerat; adeòque non Deum, ſed ſe magnificans, ſuo
nomini in Carmeli Monte triumphalem arcum erexit, cum Regem Agag ad au-
p. Reg. 15. 12. gendam triumphi pompam adduceret. *Nunciatum eſt Samueli eo quod veniſſet Saul*
in Carmelo, & erexiſſet ſibi fornicem triumphalem; huius in pœnam ſuperbiæ, quâ
prius mentem impleuerat, Diuino auxilio deſtitutus facilè reliquis flagitijs ſe im-
plicauit; ipſe enim Plato naturalis tantùm ſermonis vi aſſequutus eſt, ſuperbiæ
potiſſimum ratione deſeri à Deo homines, & implexâ frequentium ſcelerum co-
Plat. 14 de leg. pia irretiri. *Superbus à Deo deſeritur: deſertus autem omnia interturbat: nec multò* B
poſt pœnas ſuperbia ſoluens, ſibi ipſi, & familiæ, & rei denique publicæ peſtem, perni-
ciemque accerſit. ſic Plato.

Meritiſſimè igitur viri ſanctiſſimi, quos ſuperiùs memorauimus, aſſeruerunt,
in ſuperbiæ pœnam Regno Saulem exutum, ad cuius apicem humilitas eum ſola
D. Greg. c. Paſt. c. 6. deduxerat. Sed audi Gregorium: *Miro autem modo, cum apud ſe paruulus, apud*
Deum magnus: cum vero apud ſe magnus apparuit, apud Deum paruulus fuit.

Aliâ etiam ratione tanquam ſuperbiæ Archetypum Saulem deſcribit & colorat
Drogon Hoſtienſis Antiſtes; vt enim ille procerâ corporis habitudine alijs præ-
cellebat, ſic ſuperbi Præſules ſacris ſedibus aſſidentes, eadem menſura ſubiectis
Drago. ſer. de ſacra. Dom. paſſ. ad fin. populis præſtare virtutibus arbitrantur, quâ munere ſacro ipſis eminent. *Quas Saul*
niſi ſuperbos in Eccleſia Prælatos ſignificat, qui ab humero & ſurſum eminere ſibi vi-
dentur ſuper omnem populum?

Adeò autem in more eſt, vt Deus ſuperborum caput deprimat, humiles verò
attollat, vt tùm ſacra, tùm prophana monumenta exemplis illis ſcateant, quibus C
Prou. 16. Luc. 22. Matth. 23. 12. hoc clariſſimè roboratur: quin Deus ipſe non rarò tùm ſuo, tùm ſacrorum Vatum
ore hoc magnificè pronunciauit. Profectò quis ignorare valeat, eodem à Deo
bello in terris agitari ſuperbiam, quo olim profligata fuit in cælo? Sicut autem
nulla gratior victima ei immolatur, quàm humiliatus animus, ſic in nullum aliud
crimen adeò ipſe iraſcitur, quam in ſuperbiam, cuius ſectatores ſuperare & dele-
re totâ vi diuinitatis contendit. *Excelſus Dominus humilia reſpicit, & alta à lon-*
Pſa. 137. D. Auguſt. ſer 210 de temp. *gè cognoſcit*: eleganter ſic iſta explicat Auguſtinus. *Humilia reſpicit, vt attollat;*
alta id eſt ſuperba cognoſcit: imà cognoſcenda deijcit.

Ne autem vllus vnquam vbicumque terrarum ignorare hoc poſſet, ipſiſmet ſa-
pientibus Ethnicis Diuinam ſuam mentem reſerauit: quàpropter cum à Chilone
Laert. in Chilon. ſciſcitaretur Aeſopus, vt Laertius ſcribit, quidnam in Cælo Deus ageret, reſpon-
ſum iſtud excepit, *excelſa deprimit, tollit humilia*: rationem ſi quæſieris, non Pau-
lus, non Auguſtinus dabit, ſed Arrabanus, qui apud Herodotum ſuperbientem D
Herod. l. 7. Xerſem ſic ſapienter admonuit: *Propterea quidem contra quam ſua dignitas poſtula-*
bat, in calamitatem inciderunt, quia Deus neminem alium, quam ſe ipſum, ſinit ma-
gnificè de ſe ſentire.

Dan. 4. Ad hæc confirmanda Nabuchodonoſor Rex accedat; hic, vt è Danielis Hiſtoriâ
habetur, dum adeò inſanè ſuperbiret, vt ad ingentis coloſſi cultum populos &
Principes aduocaret; cum Danielis conſilio effuſis in pauperes opibus diuini ſup-
D. Hier. in d. c. 4. Dan. plicij iam euibrandum fulmen declinaſſet, in alia ſuperbiæ crimina iterum lapſus,
Babylonem à ſe conſtructam magnificans, ſuique Regni amplitudinem vocibus
ampullatis illuſtrans, vltrici tandem Dei manu percuſſus, ſceptrum, quo ineptiſſi-
mè intumuerat, deperdidit, interque animantes, vt fœno ſe paſceret, locum habuit;
Vides, vt ipſam hominis ſpeciem exuerit, qui diuinis honoribus æſtuabat!

2. Machab. Nec longè erit Antiochus, qui populorum copia, blandaque rerum proſperi-
tate ſuperbiens, ac ſi titulo humanam conditionem excederet, ſibi cæleſti ſydere
coronandus videbatur, *qui paulò antè ſydera cæli ſe contingere arbitrabatur*; miſe-
randa

Google

A randa conuerſione in tam meſtum exitum deturbatus fuit, vt *eum iam nemo poterat propter inſolentiam fœtoris portare.*

Ipſe etiam Herodes accedat, qui cum gloriam, quàm ſibi ſoli ſeruauit Deus, aucupari meditaretur, tàm lachrimando obitu dies ſuos abſoluit, vt fidem veritatis videatur excedere: Diuo enim Lucâ teſtante *percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non dediſſet honorem Deo, & conſumptus à vermibus expirauit.* Act. 2, 25.

Vt plures demùm ſilentio præteream, Magnus Alexander hoc idem probaturus accedat; hic enim eò quòd inſanâ ambitone Diuinos honores affectauerit, permittente Deo, è recentium Principum diſſenſione pro Regni poſſesſione pugnantium, inſepultus diù manſit, eoque honore caruit, quo infimi quique hominum decorantur: quàpropter hæc excipiens Olimpia genitrix, temperare ſe non valuit, quin triſtisſima ingemens erumperet in hæc ab Aeliano memorata. *O fili tu, cum in numerum Deorum referri volueris, & id perficere ſummo ſtudio conatus ſit; nunc carere debet, quæ ſunt mortalium omnium communia, terra, & ſepultura?* Aelian. 13. Var. c. 30.

B

§. II.

SI ergò tàm fœda in prophanis Principibus ſuperbia eſt, & tam acerbè ad eam plectendam Deus inuehitur, quantò magis formidandum nobis eſt, ne in ſacros Principes iraſcatur, quos humilitatis viam edocuit, obteſtatuſque acriter eſt, vt à Principum ſuperbiâ tàm longè diſcederent; vt ſi ad imperium iſti, ad miniſterium ipſi populorum eligi arbitrentur, nec dominatum, at ſeruitutem ſacris à dignitatibus præferri, nec ambitionem, at demisſionem ipſas redolere: numinis igitur furore plectendus quàm primùm ille eſt, qui ſacrarum ſedium integritatem faſtu commaculans, non tantùm ſe ipſum non videtur agnoſcere; ſed ſuam ne quidem dignitatem: in ipſamet vocū ſignificatione ipſe decipitur, nam lituo Epiſcopali tribuit, quod faſcibus Conſularibus tribuendum eſt, in humanum regimen ſacrum

C immutat, in Prætorium Templum transfert, & in ſæculi formam leges ſanctitatis inuertit: accipe Hyeronimum. *Religionis & ſanctitatis eſt, quod Epiſcopus deſerit, non Romani Conſulatus.* D. Hier. de ſept. grad. Eccl to. 9.

Spectatisſimus pietate vir Bernardus, vt Eugenio Tertio repræſentaret, quàm longè à ſacrarum dignitatum culmine diſcedere ſuperbia debeat, verba Hyeremiæ recitat, quibus alloquutus eum Deus eſt, eum ad ſui populi regimen loco Antiſtitis eum efferret, *Vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & plantes;* harum vim perpendens tantus Magiſter ait, *Quid horum faſtum ſonat? ruſticani magis ſudoris ſchemate quodam labor ſpiritualis expreſſus eſt. Et nos igitur, vt multum ſentiamus, & nobis, vel nobis impoſitum ſenſerimus miniſterium, non dominium datum.* D. Ber. l. 2. de conſid. c. 6. init. Hieron. p.

Bernardum hac in re perpendendâ Diuus etiam Auguſtinus anteiuit; nos enim admonet, vinitorum loco nos à Deo conſtitui, ad ſuæ Religionis vineam excolendam; non vineæ Domini ſumus ad imperium & faſtum, ſed ad laborem, vt

D coloni vocemur: *Fratres mei, ſi dominium cogitamus, locus iſte altior, ſpecula vinitoris eſt, non faſtigium ſuperbientis.* D. Auguſt. hoſtis Donatiſt.

In quodam è meis Paradoxis illud olim pronunciaui, multiſque probaui, Principem non Diminari ſubditis, at ſubditis ipſis ſubdi: quod cum perlegiſſet Maximus Pontifex Vrbanus Octauus, mihi dicere non dubitauit, paradoxum haud quaquam illud eſſe, at inconcuſſam ſibique ſatis compertam veritatem. Maior autem famulatus ille eſt, quem populis ſuis præſtat Antiſtes; quod vt ſignificaret Iacob, Dei ſuique parentis ſuffragio Dominus Eſau electus, eius ſe ſeruum appellauit. Gen. 25. 30 Quâ igitur ratione fieri poterit, vt arrogantia quis inſoleſcat ex eâ dignitate, quæ cū demisſione connectitur, quæ contemptū ſui ipſius inſinuat! Quàm meritò Diuus Hyeronimus, vt aliquorum Antiſtitum faſtum deleat, & ſupercilium arguat, qui velut in ſeruos in populos dominatum exercent, Apoſtoli exemplo vtitur, qui cum ad Galathas ſcriberet, non verba quæ imperium & poteſtatem redolerent, v-

ſurpauit, ſed potius ad humilitatem accommodata *fratres obſecro vos*, ſic ad iſta generosè Hyeronimus: *Qua quidem verba & nos ad humilitatem prouocant, & ſupercilium decutiunt Epiſcoporum, qui velut in aliqua ſublimi ſpecula conſtituti vix dignantur videre mortales, & alloqui ſeruos ſuos.* A

Galat. 4.11

Si autem vllo ſine diſcrimine in quibuſcunque tumorem & faſtum Deus auerſatur; quantò magis in eos indignabitur, qui faſtum in ſede pietatis enutriunt? Si ſuperbos Principes deturbat Deus, an non etiam ſuperbos Præſules deturbauerit? Cychno hi egregiè comparantur, qui licet pennarum candore venuſtisſimi ſint, ab aris tamen & ſacris illos Deus reiecit, eò quòd elato ſuperboque collo progrediatur: hoc profectò expertus Paulus Samoſathenus eſt, qui Antiochenam Thiaram potius, in ſuperbiæ irritamentum & fomitem dignitatem ſacram vſurpans, in hæreſim, Deo permittente, fœdiſſimam præceps ruit, adeòque è ſacrâ, quam poſſidebat ſede, Antiocheni Secundi Concilij lege deturbatus illicò fuit. Hoc item exitu eius nepos Neſtorius ſuum nomen obſcurauit: eadem namque ſuperbiæ labe deturpatus fidei deſertor nefarius, Conſtantinopolitanas infulas, Epheſina Synodo ſtatuente, in pœnam nequitiæ depoſuit: ſexcentos vtique congerere hic mihi fas B eſſet, quos tamen vltrò prætereo: in his autem quis illud Diuini Spiritus oraculum compertum non habeat? *Sedes Ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere facit mites pro eis.*

D. Hier. in Soph c. 3. in fin. Bar an. 272 Bar. an. 43. Eccl. 10.17

Hùc pariter ea Sophoniæ perobſcura verba collimare Diuus Hyeronimus docet. *Diſperdam nomina æedituorum; hoc eſt nomina gloriæ, & admirationis falſæ, qui fruſtra ſibi plaudent in Epiſcopali nomine*: his illi deſignantur, qui ſacras ad ſedes elati, elato ibi animo asſident, inanique faſtu tumeſcunt; in hos tamen perdendos, eorumque ſuperbiam delendam Deus aſſurget: *Diſperdam nomina æedituorum.* Inconcuſſa hoc lege ſancitum eſt, quam ſanctiſſimus & ſapientisſimus omnium quotquot fuerint, eruntque, probauit & pronunciauit. Humiles tantùm ad ſacras ſedes implendas approbat Deus, ſuperbos verò ab eiſdem reiectat, & arcet: accipe Diui Bernardi ſententiam, *Hoc primum & maximum indicium, quod illa conſcia ſecretorum aperuit Virgo Maria. Depoſuit, inquiens, potentes de ſede, & exaltauit humiles.* C Ornandus tantùm ſacris infulis videtur humilis, non ſuperbus.

Soph p. 4. & ibi. D. Hier. D. Ber. ſer. 17. in Can.

De Soboâ Hebræo Pontifice Diuus Hyeronimus fidem facit, ex inſanâ, quà turgebat ſuperbiâ, Deum adeò ad iram prouocaſſe, vt ſupremo Sacerdotio illum exuens, eodem Eliacim induerit; hoc autem factum, inquit, *vt intelligamus omni ſtudio ſuperbiam declinandam, qua ne Pontificatus quidem priuilegio tuta eſſe poteſt apud Deum.*

D. Hier. l. 4. in Iſai. c. 22.

Fortunato Neapolitano Antiſtiti Diuus Gregorius præcepit, ne ad quendam Abbatem eligendum tam celer accederet; licet enim ſpectatiſſimis moribus eſſet, adhuc tamen quia excelsè, & amplè de ſe ſentiebat, reliquis ſe ſuâ prudentiâ anteponens, ad illud Sacerdotij decus vſurpandum impar à tanto Pontifice credebatur, è tenui ſpe, quam de ſuperbis viris haurire in ſacrâ præfecturâ valemus. *Sunt enim bona quæ in illo placent; ſed hoc eſt in illo vehemens vitium, quia valdè ſibi eſſe ſapiens videtur; ex quâ radice quanti rami peccati valeant prodire, patenter agnoſcitur.* D

D. Grego. ep. 93. l. 7.

Egregiè ſanè hoc dictum; virtutes enim ipsas ſuperbia fœdat & imputat. *Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.*

Cle. n. 2. Genoc.

Quin amabiles ipſos mores adeò corrumpit & vitiat, eo planè modo, quo aureus vel gemmeus calix, ſi veneno fuerit infectus, ab ipſis auaris reijcitur, dapeſque licet eximiæ, ſi amaritiem præferant, nauſeam pariunt, horroremque vel eſurientibus immittunt.

Ipſamet beneficia, ipſa munera, & ſtudia, quæ cæteroquin omnium amorem & præconia ſibi conciliarent, ſi ſuperborum manu conferantur, moleſtè & aſperè excipiuntur, & potius contumeliarum loco habentur, & tanquam in iniurias migrant: tam exoſa nobis ea arrogantia eſt, cum quâ beneficia deriuantur. *O ſuperbia magnæ fortunæ, ò ſtultiſſimum malum, vt à te nihil accipere iuuat! vt omne beneficium in iniuriam conuertis? vt te omnia dedecent! quoque altius te ſubleuaſti, hoc*

Sen. de ben. l. 2. c. 13.

de-

depreſſior es, oſtendiſque te non agnoſcere iſta bona, quibus tantum inflaris, dedi Seanecam.

A

Do etiam Gregorium, qui in opere, quod ad Præſules inſtruendos, & Paſtorale inſcribitur, exarauit, calami vires omnes abſumit, vt eos ab infulis ſacris induendis auertat, qui faſtu intumeſcentes Chriſtianam humilitatem auerſantur, ne in præcipitium ipſa nos dignitatis altitudo deducat. [C.Greg. p. Paſt.c.4.]

Ex aduerſo tam excelſum Sacerdotium iure ille videtur exigere, qui quò maiori dignitate decoratur, eò humanior & humilior eſt, ſuaque probitate in eo muneris faſtigio ſuperbiæ vertiginem repellit: *Nam qui faſtum in ſublimitate caſtigat, docet ſe meruiſſe quod adeptus eſt*. Verba ſunt Ennodij. [Ennod. l.4. ep.7.]

Nos igitur ſuo illo Deus oraculo informauit. *Rectorem te poſuerunt? noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis*: & ex Lyrani quidem ſententiâ de ſacris Principibus ſermo hic habetur: Diuus autem Hyeronimus legit: *Principem te conſtituerunt? ne eleueris, &c. Solent enim, & Principes Eccleſiarum opprimere plebem per ſuperbiam*: humanitatem non faſtum munera ſacra præſeferunt; non tumorem & arrogantiam in nobis infulæ pariant; ſacrum hoc miniſterium tantâ obſeruantiâ à cunctis exceptum, non noſtræ, ſed Diuinæ gloriæ debet inſeruire; non natum ſimul cum nobis fuit, ſed nobis datum, vt noſtrum amorem, noſtram fidem teſtaremur: liceat iam audire Chriſoſtomum: *magnam adeptus es dignitatem, & Eccleſiaſticum accepiſti Principatum: noli ſuperbiâ efferri: non tuam gloriam adeptus es, ſed eâ te Deus ornauit, abſtineas igitur*, [Eccl. 32.1.] [Liran.&D. Hiero. ibi.] [D. Chriſo. ho.10.in 2. Cor.]

B

Quiſnam vnquam toto orbe fuit, qui ex omnium veneratione ſuperbire præ omnibus poſſet, quàm Diuus Hyeronimus? hic tamen nihil aliud toto odio ſe auerſatum teſtatur, quàm animi elationem & faſtum. [D.Hieron. ep 32.]

Ex ipſamet humani conſilij officinâ plurimæ nobis rationes adeſſent, quibus ad ſeruandam inter dignitates humilitatem doceremur: ne faſtidio præ dicendi copiâ ſim vnam tantùm omnium validiſſimam eligam & perenni experientiâ comprobatam: hæc autem eſt, quod humilitas eâ menſurâ, amorem & venerationem omnium ſibi comparat, qua omnium contemptum & odium ſuperbia parit: ipſe quin Deus tanto odio eos proſequitur, vt eos decipiens eorum cogitationes eludat, adeò vt qui ipſi ſuperbiores ad populorum venerationem ſibi vindicandam incedunt, & ſupercilium arrogantiores attollunt, eò magis ad riſum eos excitent & ſe deſpiciendos exhibeant. Aduerſo ſemper ipſi fluctu ventoque obſiſtente velificantes, vlteriùs progredi nequaquam valent, quin potius ab expetita æſtimatione recedentes in deſpicientiæ ſcopulos miſerè illiduntur, ex ipſomet ſuperbiæ crimine parem crimini pœnam Deo hauriente. Argutè docuit hoc idem Chryſoſtomus. *Mirabile eſt! contrarium ſemper quam optat ei euenit, nam cum cæteros contemnat, vt maiori dignus honore videatur; maximè omnium ipſe deſpicitur: ridiculi enim ſunt*. [D.Chriſo. ep.66. in c. 20. Matth. ſub fin.]

C

In ipſomet Alexandro Magno hoc totum agnoſce: hic enim, quoaduſque humanitatis & modeſtiæ legibus magnitudinem ſuam temperauit, omnium laudes, omnium amores exigebat, imò extorquebat; verùm cum Perſico faſtu corrumpendum ſe dedit, ſuæque potentiæ præſtigijs captus, pompam ſui facere inter delicias & luxus voluit Regiam vbique inſolentiam præferens, ſuorum amore deſtitutus ſe ipſum ſuis moribus adeò ſpoliauit, vt in eum Alexandrum non agnoſcerent, & obſcurus inter ſuperbiæ fulgores, Macedones ipſos lateret: eius famam faſtus adeò deformi ſpecie deturpauit, vt è purpuratis ſuis non nemo acutè protulerit, *Amiſimus Regem, incidimus in ſuperbiam, nec hominibus quibus ſe eximis; nec Dijs, quibus ſe exæquas tolerabilem*. Nec ſanè aberrauit; cõtemptum enim facilè ſequitur odium, & quò faciliores homines accedunt ad obſequium moderato & humili viro præſtandum, eo tardiores & duriores ſunt erga eos, qui ſupercilioſo dominatu eos moderantur & flectunt; cũ enim libertatem ſuam ſollicitò quiſq; amore cuſtodiat, arbitratur eam ab illis violari & prodi, qui licet ſucceſſionis titulo dominantes, arroganter imperium in ipſos exercent: hæc porrò in causâ non rarò fuerunt, vt cruentis quandoque cœdibus Regiæ ſedes funeſtarentur, vt Diuus Ambroſius expendit; [QuintCur. lib.5.]

D

D. Ambr l. de Noe & Arca c. 16. D.Gre. 17. mora.c.15.

quàm ergò durum & moleſtum ſacrum regimen eſſet, ſi modeſtiâ reiectâ populorum habenas ſuperbia faſtuoſâ manu tractaret. Quàm grauiter ſapienterque Gregorius Pontifex, *ſuperbia odium generat, humilitas amorem.* A

Vir ſanctiſſimus Petrus Damianus ſui calami penicillo tam graphicè Abbatem recenter electum, ſuperbiaque prætumidum colorat & exprimit, vt in eo effingendo neruos omnes ſuæ eloquentiæ videatur abſumere, nec temperare ego me poſſum quin ipſis tanti viri coloribus expreſſum legentibus ſpectandum exhibeam, vt ad eius aſpectum noſtros mores componentes, ſuperbiæ fœditatem auerſati, totis viribus humilitati ſtudeamus, cuius lenocinio populorum amorem comparemus.

D.Pet.Da. opuſc. 21. c.2.

Sed iam eum accipe. *Ipſo die, quo in prælatione conſtituitur, præſidentiſque induit ſpeciem, ita dominantis exprimit maieſtatem, vt non nuper electum, ſed maturum dicas Abbatem. Fit repentè ſeuerus in vultu, imperioſus in voce, ad corripiendum acer & ad iudicandum promptus: ipſe ſi offenderit, iam omninò ſatisfactionis eſt ignarus: dedignatur accumbere, niſi in octogono ſtallo, ita præparato, ac ſi Senatoria curulis in curia. Pro ſuæ voluntatis arbitrio hæc præcipit fieri, illa conteſtatoriè interdicit, ligat, ſoluit, amonet, & in iis omnibus, nequaquam à nobis ſenioribus conſilium* B *quærit, ſed ſibi ipſi ſufficiens, velut propria poteſtatis iura diſponit. Deuotis quidem ſubditis pollicetur gratiam, repugnantibus autem, phalarica ſpirat animaduerſione vindictam; vt potius videatur in præfectoriis faſcibus agere, quam Eccleſiaſticæ humanitatis officio deſeruire. Nauſeant fauces eius communia nobiſcum alimenta percipere; neceſſe eſt coquis plura, atque diuerſa vni ventri edulia præparare: nam groſſus cibus, qui ex communi fratrum lebete depromitur, indignum pituita, teneri, & delicatiſſimi hominis iudicatur: Nuper egreſſus dormitorium, quieſcere non poteſt, niſi ſecretum & ſingulare habeat cubiculum.* quid iam de illis diceret, qui in diuerſas anni tempeſtates, diuerſas etiam ædes efflagitant? *licet iuuenculus, licet validus corpore, neſcit incedere, ſi deſit baculus, quo ſe debeat ſuſtentare:* lectica & currus vbi nam præſto ſunt? *In his itaque, & aliis pluribus, quæ perſequi longum eſt, ità ſubitò Magiſter efficitur, vt in tota præſidendi regulâ velut antiquus iam Pater, nihil offendere ſe videatur. Quàm doctè, quàm imperioſè nouit cuncta, velut quadam* C *maieſtatis authoritate præcipere, qui deuotiſſimè ſubditus, nunquam ſapuit ſuis præceptoribus obedire.*

Quis igitur ex Infulatis viris erit, qui vel prima ſuperbiæ tentamenta & recentes eius aculeos in ſe ipſo non retundit, dum ea ſuperbia eſt, quæ in eos omnium voces, omnium calamos, omnium ludibria & ſales obarmat?

Ad Humilitatis ſtudium in Epiſcopis excitandum tria argumenta afferuntur, Cap. XXXVI.

NVLLIVS ferè momenti in Epiſcopo eſſet, quod à ſuperbiâ faſtuque D immunis omninò eſſet, niſi etiam ad humilitatem comparandam toto animi conatu duceretur, cum ea nobilitate humilitas præſtet, vt Cæleſtis Regis primigenia ſit, & Tertulliano docente, pronubi inſtar, nuptias Deum inter & homines celebret, cum denique locum inter virtutes ſortiatur, quem inter ſydera Sol, interque gemmas Pyropus; adeò vt ſuæ veluti Principi virtutes omnes obſequium præſtent, Regiamque ei coronam imponant, adeòque egregiè á Ruperto Abbate dicatur, *Glorioſa virtutum fæcunda Regina humilitas*, Matrem dixeris nutricem, robur, & ornamentum aliarum: languent abſque humilitate virtutes, & inerti velut in otio enetuæ in vitia non rarò deſciſcunt; quam ad rem opportunè Gregorius, *Qui ſine humilitate virtutes congregat: quaſi in ventum puluerem portat*, puluerem vides ſtatim aurâ diſſolui, & in ipſos oculos proiicientis frequentèr immitti; Omnes igitur virtutes confirmat & coronat humilitas. Hinc eſt, vt Diuus Auguſtinus per Epiſtolam Dioſcoro reſpondens, qui eximio, animi ardore gloriæ huma-

Rup. l. p. in Exod. c. 25.

D Greg. in explic. 1. pſal. pen.

D. Auguſt. ep. 56. d. D.oſc.

humanæ blandimenta expetierat, vt eum à vitioſa hac cupiditate reuocaret, eum A admonuit, quòd ſicut Demoſthenes, cum ab eo flagitaretur, quænam in oratoria facultate virtus primam ſibi ſedem vindicaret, reſpondit, pronunciatio rurſus de hoc eodem poſtulatus pariter pronunciatio reſpondit, eodemque modo, cum tertiò interrogaretur, ſic prorſus inter Chriſtianæ Religionis virtutes primam, ſecundam, tertiam ſibi ſedem humilitas vſurpat, *& quoties interroges hoc dicerem.* Sed eximiè perpendenda nobis ea ſunt, quæ ad hoc roborandum adſcribit, *Non quod alia non ſint præcepta, quæ dicantur; ſed niſi humilitas omnia quæcunque benefaciamus, & præceſſerit, & comitetur, & conſequuta fuerit & propoſita, quam intueamur, & appoſita, cui adhæreamus, & impoſita quam reperiamus, iam nobis de aliquo bono gaudentibus, totum extorquet de manu ſuperbia.*

Huic tantùm fulcimento religioſæ vitæ moles innitatur oportet, ne tentationum vi quaſi ventorum verbere diruatur, quapropter, qui in ſe ipſo velut in idæa virtutes omnes expreſſit Chriſtus Dominus, vnam hanc omnium tanquam pretioſiſſimam nobis è cælo videtur detuliſſe; cum enim ſuperbiæ vi ſuam beatitatem primi B generis humani parentes amiſerint, non alia via, quàm humilitatis docebat, ad eandem nos Deo reuocante reuerti, qui hac de cauſa in humilitate docenda omnes ſuæ ſapientiæ vires intendit; ſed audi Auguſtinum: *Tota vita Chriſti in terris per hominem, quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morum fuit, ſed præcipuè humilitatem ſuam imitandam propoſuit, dicens Matth. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Hoc tamen idem validiori quodam modo Hyerarchis inſinuauit; nec enim ad ſuæ Religionis Principatum exercendum, vel diſertiſſimos Oratores, vel Magnates & Dynaſtas elegit, at obſoletos peccatores, quibus tanta firmitate ſuam Regalem ſedem impoſuit, *vt porta inferi non prævalerent aduerſus eam,* vt paulò inferius Auguſtino ſuffragante ſcribetur.

D. Aug. l. de vit. Relig.

Matth. 11. 29.

Ex his, quæ huc vſque ſignificauimus, prima ratio ſatis habetur, qua obſtringi videtur Antiſtes ad humilitatem maximo ſtudio cōparandam; cum enim virtutum omnium choragio illuſtrandus ille ſit, quē ad Timotheum ſcribens Paulus expreſſit, C ne primum quidem lapidem ad molem hanc ſtruendam collocare ipſe poterit, niſi priùs humilitate fundamentum iaciat. *Studete humilitati, quæ fundamentum eſt cuſtoſque virtutum;* ſic Bernardus, cui præiuerat Auguſtinus his verbis. *Magnus eſſe vis? à minimo incipe; cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis.* Qui ècontra, hoc fundamento neglecto pietatis ędificio erigendo adlaborat, non quidem ad excelſa virtutum faſtigia conſcendet, ſed miſerrimo lapſu corruet præceps; Eugenium Pontificem & in ipſo Epiſcopos omnes alloquens Diuus Bernardus hæc indicauit. *Virtutum bonum quoddam, ac ſtabile fundamentum humilitas: nempè ſi nutet illa, virtutum aggregatio non niſi ruina eſt.*

Bern l. 5 de conſid. D Aug. ſer. verb. Do.

Virtutes omnes in vna humilitate tanquam in ſua domo collectas Antiſtes inueniet, eiuſdemque diſciplina eruditus, tum ſe, tum ſubiectos ſibi populos moderari facili labore condiſcet: eius magiſterio ſe ad eam dignitatem componet idoneum, quæ cum diuina propemodum ſit, humanis rationibus haud quaquam poD teſt inniti; vt enim ſuperbiæ tumore tanquam ſacris ſedibus indignus reijceretur, ſic ad eas attingendas humilitatis ſuffragio vocatus aſcendet, & populorum laudes & obſequium ſibi facilè vindicabit; Quàm diſertè Diuus Baſilius Seleucienſis Antiſtes hæc ſcripſit: *Virtutibus omnibus humilitatis ornamentum conuenit: ea comite, continentia in admiratione eſt, & fides ſit amabilior, iuſtitia purgatior, & verior miſericordiæ fructus, & pænitentia tunc creditur, quando cum humilitate coniuncta eſt.* Ad ſui muneris extremum apicem peruenire vnquam non poterit, qui prius humilitatis callem non deſtiuerit, & eò magis ab eo diſcedit, quò ſe proximiorem illi crediderit; mendaci enim & inuerſa via ingrediens, vitra pro adamantibus æſtimabit, mendaceſque imagines veris facultatibus anteponet, non veras, at adulterinas & ſimulatas virtutes illas habeas, quæ ſine humilitate refulgent. Do Bernardi verba. *Omnis itaque virtus noſtra, tam longè eſt à veritate, quàm longè fuerit à forma, quæ eſt humilitas.*

D. Baſil. Seleuc. ora 29

Bern. ſer. de natiuit.

Præ alijs admonitione hac informandi ſunt ſacri Præſules, qui cum alijs dignita-

te

te præcellant, magno obſequio & veneratione habeantur, poteſtate admirandâ
muniantur, ſupplices que populos habeant humique deuolutos, vt ab eis ſacro ſa- A
lutis ſigno donentur, diſcrimine non tenui laborant, ne faſtus & ſuperbiæ inanita-
te intumeſcentes è pinnaculo templi præcipites deturbentur, niſi humilitatis præ-
ſidio roborentur: *nam qui ab humilitatis operibus recedit, à dignitatis faſtigio tu-
more ponderis cadit*: Sic Ioannes Saliſburienſis. Cum autem ad populorum ſa-
lutem comparandam, genteſque ad beatitatem adducendas à Deo ipſi eligantur,
quàm facilè ſuperbiæ magiſterio proprio labori, ſuæque ſolertiæ ea bona tribue-
rent, quæ ex ipſis Dei virtute in alios emanaſſent: hoc autem nequiſſimum & fœ-
diſſimum præ ceteris alijs ſcelus eſſe quis neget, cum eam gloriam, quam ſibi ſoli
Deus ſeruat, furetur & rapiat; hanc certè tanto amore proſequitur Deus, vt ſi fi-
des Theodoreto danda ſit, non alio titulo Moyſis manum, tot poſteà prodigijs ce-
lebrandam leprâ Deus obduxerit, quàm vt agnoſceret, Diuinæ tantùm dexteræ
prodigia illa tribuenda, quibus in omnem ferè naturam erat poſteà dominaturus;
nec alia pariter de cauſâ, iuxtà mentem Diui Auguſtini, ad ſuam fidem diſſeminan-
dam morumque licentiam coercendam, rudes indoctoſque viros Deus elegit, quàm B
ne vllus tantum ſibi opus arrogans, Deo tam excelſi admirandique facinoris glo-
D. Aug. tr. 3. ſup. Ioan. riam vel eriperet, vel minueret *Dominus noſter Ieſus Chriſtus volens ſuperborum
frangere ceruices, non quæſiuit per oratorem piſcatorem; ſed è piſcatore lucratus eſt
Imperatorem.*

D. Greg 4. paſt. c. vnic. Quantâ verò ſermonis contentione Diuus Gregorius vtitur in ſuo Paſtorali, vt
Matt. 26 38 nobis oſtendat, ne vel leuiter quidem ſuperbiæ aurâ vitiemur, noſtrùmque nimium
amantes fraudulento Erebi veteratori fidem vllam præſtemus, qui ex ipſomet pie-
tatis faſtigio præcipites nos agere conatur, & inani quadam delectatione virtu-
Ioã. 21. 15. tes ipſas in vitia fœda conuertere. Diuus autem Bernardus humilitatem inſtar mu-
Tol. ibid. nimenti & propugnaculi eſſe ait, quo in Dœmonum fraudes & vires ſe omnes ob-
D. Bern de conſid l. 2. armant, & potiſſimùm qui in honorum apice collocantur. *Cum omnis indifferenter
perſonæ humilitas ſit quidem turris fortitudinis à facie inimici, neſcio quo pacto ta-
men vis eius maior in maioribus clarius comprobatur.* Peracutè pariter in eâ fuit o-
pinione Diuus Auguſtinus, quod eadem planè menſurâ in Hyerarchis elucere C
humilitas debet ac dignitas, ità vt quò illuſtrior & excelſior ea eſt, eò humilior
futurus ſit, qui ea redimitur; eadem enim menſurâ, niſi hoc alexipharmaco re-
D. Aug. de S. Virg. c. 21. pellatur, veneni vis augetur & periculum adoleſcit. *Menſura humilitatis cuique
ex menſurâ ipſius magnitudinis data eſt, cui eſt periculoſa ſuperbia, quæ ampliùs am-
plioribus inſidiatur.*

Act. 20. 18. Apoſtoli verba, quæ ab Epheſiis abſcedens pronunciauit, perpendens ad hanc
rem aureus Ioannes, *Vos ſcitis à primâ die, qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter
vobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens Domino cum omni humilitate & lachry-
mis*; egregiè admonet humilitatem ibi à Gentium Magiſtro deſignari tanquam
Rup Abb. l. 3. de glor. fil. Præſulum potiſſimum ornamentum, *Memor humilitatis eſt, quæ his, qui præſunt,
maximè congruit, eò quòd facilius in arrogantiam tollantur*; quanto autem ſtudio
virtutem hanc tantus Magiſter excoluerit, ex eo conſtat, quod ſceleſtos inter vi-
ros primum ſibi locum vindicauit, *Peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum*: D
p. Tim. 1. 15 at inter Apoſtolos poſtremum omnium ſe recenſuit, *Ego ſum minimus Apoſtolorum.*
Quò igitur illuſtrior dignitas eſt, eò etiam iuxtâ Diui Baſilij mentem pretioſior de-
p. Cor. 15. 9 D Baſi. ſer. de bet eſſe humilitas, quod eò etiam clarius innoteſcet, ſi Aaronis filiorum miſeran-
dus exitus conſideretur.

Eccleſiæ fulcimenta Epiſcopi ſunt, quæ pondus populorum impoſitum ferre
non poſſunt, niſi humilitatis fundamento innitantur; cardines illi terrarum, qui-
bus vniuerſi orbem ſtatuit Deus, *Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos
orbem*, ſi myſticè explicentur, populorum Principes & Antiſtes ſunt, iuxtà Fuldenſis
Strab ibid. Strabonis in ordinaria Gloſſâ ſententiam: *Cardines, ideſt Prælati & Principes*: his
enim tùm ſacrum, tùm politicum orbis regimen Deo mandante incumbit; ſi au-
tem vis Hebraicæ ſignificationis aduertatur, loco vocis, *Cardines*, legitur, *afflictos
D. Hier. de trad. Hebr in 5. p. reg. terræ*, quibus explicante Diuo Hyeronimo viri animo humiles deſignantur: *Hebræi
intelligunt ſuper pauperes ſpiritu & humiles corde Dominum orbem poſuiſſe.* quàm
autem

A autem benè Diuinus his Spiritus oſtendit, tam ingentem molem abſque humilitatis robore nequaquam ſubſtinendam; ſub impoſito poudere fatiſcant, & ruant oportet, ſi humilitate deſtituantur, & ſacri regiminis moles ſua vel imbecillitate, vel ſocordiâ funditus euerretur, eodemque onere, quo erant illuſtrandi, opprimentur: verùm ſi ex aduerſo fundamento humilitatis innitantur, tantâ vi, roboreque tanto præſtabunt, vt inuicti ad quæcumque ventorum verbera & procellarum conamenta permanſerint. *Afflictio & humilitas, quæ ad portandum orbem conſtantes eos facit, & fortes*: habes hæc à Ruperto Abbate: recentes Atlantas eos dixeris, cum è contrà, ſi ſuperbia intumuerint, Pygmæis ipſis erunt imbecilliores.

Hinc Ruſticum Narbonenſem Præſulem Diuus Hyeronimus inſtruens, humilitatem præ cæteris virtutibus ei commendauit. *Ante omnia humilitatem dilige, quia ſuperbia apoſtatare facit à Deo*: à Dei fide deficere quodammodo videtur, qui honorem ſibi arrogat; cum è contrà nullum Deo gratius & odoratius thimiama litari Deo poſſit, quàm demiſſo & humili animo Deo gloriam referre; hoc autem eo etiam titulo præſtandum facilè nobis eſt, quòd è populorum tantùm ſalute noſtra B fama noſtraque gloria vſurpanda nobis eſt; hac enim viâ rebelles Deo animos ad Deum reuocare faciliùs licet, eiuſque obſequium & gloriam maiori cum fœnore explicare.

D. Hier. de ſept. grad. ep. 15. ſub init to m. 4

§. I.

SECVNDA ratio ex eo hauriatur, quòd Chriſti imitatores Epiſcopi ſint: primum autem humilitatis magiſtrum extitiſſe Diuus Auguſtinus edocuit; nec enim illam vel è ſuâ Academia Plato, vel è ſuo Lycæo Ariſtoteles, vel è ſuâ porticu Zeno, vel è ſua palæſtra Pythagoras addiſcendam eduxit; vnus fuit, qui è cælo in terras eius diſciplinam adduxit ſapientiſſimus Deus, è cuius magiſterio proficere in eius cultu eximiè Præſules debent, vt eam tùm verbo, tùm exemplo po- C pulorum animis inſinuare faciliùs poſſint.

Quî autem fiat, vt in alios tantæ virtutis opes eriuentur, ſi nullâ ipſi earum poſſeſſione fruantur? quî populorum paſtores fuerint, niſi potiſſimum humilitatis commodum ipſis attulerint? quî demùm ſponſi munus expleuerint, ſi ab eius amore & obſequio alieni, pupillam è ſuis oculis eruant, hoc eſt Chriſti humilitatem. Hoc ſanè docente Hyeronimo ſignificatur precatorio illo ſermone, *Cuſtodi me, vt pupillam oculi*. (Pſal. 18.) Quinam ſit oculus, quænam pupilla ſit, quæris, *oculus intelligitur corpus Eccleſiæ, & pupilla humilitas Chriſti, per cuius exemplum viuimus, & videmus. Hoc ſupplicat Eccleſia, vt poſſit illam humilitatem obſeruare, quam Chriſtus docuit.* ſic Hyeronimus. (D. Hieron. ibid.)

Eximiâ, qua mores ſuos omnes temperabat humilitate, è Dœmonis poteſtate nos eruit Chriſtus, ſuique Parentis amori nos reddidit; quapropter egregiè philoſophatur ad hanc rem Sanctus Leo Pontifex; *ſi igitur Omnipotens Deus cauſam* (D. Leo ſer. de epiph.) D *noſtram, nimis malam, humilitatis priuilegio, bonam fecit, &c. Quantùm nos humiles, quantum oportet eſſe patiuntes*? non igitur in oratoriâ facundia, non in concionandi munere, non in perſpicacia ingenii, laudumque appetentia, ſapientia Chriſtiana verſatur, ſed in ſtudio egregiæ humilitatis.

An Domini adminiſter & famulus meritò vocetur, qui Domini veſtigia auerſatus, diuerſâ longè ſemita incedit? ſuis opprobrijs noſtras dignitates comparauit cæleſtis Aſſertor, ſuique rubore ſanguinis noſtras infulas illuſtrauit: an ergò ad ſuperbiæ irritamentum & faſtus pompam nos illam explicabimus? meritò igitur ad Ioannem Conſtantinopolitanum Antiſtitem ſcribens Diuus Gregorius Pontifex, de eo conqueritur, quòd eò ſuperbior infulatus intumuerit, quò olim humilior videbatur; & aptiſſimè huiuſmodi Antiſtites appellat *Doctores humilitatis, & Duces ſuperbiæ*; (D. Grego. eni. 32 l. ac Rarit.) hinc in ea erumpit. *O tempora, ò mores! ecce cuncta iacent, & tamen Epiſcopi, qui in pauimento & cinere flentes iacere debuerunt, vanitatis ſibi nomina expetunt.*

Pijſſimus vir eximiè Deo dilectus, me olim admonuit, vt, ne inter Pontificia ſa-

cera

era apparatus illius ſplendor mentis meæ oculos perſtringeret, illud animo reuoluerem, orbis ſcilicet Dominum, ad meæ thiaræ gemmas illuſtrandas, ad pallium aureum intexendum, ad inſulas, ad ſolium, ad lituum mihi comparandum, obſoletam & ſquallidam veſtem induiſſe, ſpineam prætuliſſe coronam, arundinem inter inſolentis cohortis opprobria geſtaſſe, & nebulonum ſubſannantium contumelias pertuliſſe: ad ſuperbiam comprimendam, tumoremque omnem profligandum, quid hoc efficacius, quid validius? adſimile huic profectò eſt, quod de Diuâ Elizabetha Thuringiæ Principis vxore memoratur; hæc enim cum eximiâ muliebris pompâ cultus Templum ſemel acceſſiſſet, vt Chriſti cruce affixi inſpexit imaginem, vbertimis effluere lachrymis cœpit, & eximio cordis angore morderi, ex eâ cogitatione, quâ ſuum Deum aduertebat cruentâ morte palleſcere; ſe verò gemmas inter & purpuras collucere, eius caput aculeatis ſpinis rigeſcere, ſuam verò frontem aureo diademate ſcintillare; omnium præſentiâ & præſidio eum deſtitutum, ſe verò famulantium ſatellitio ſtipatam; omnium probris & contumelijs Deum appetitum, ſe omnibus obſequijs & laudibus exceptam: quàpropter miſerrimam ſe vocans & ſtygijs ferè flammis deuotam, tanto cordis dolore perculſa fuit, vt deficiente ferè ſpiritu vix reuocatus animus eam vitæ reddiderit: ſi frequenter hæc eadem cogitatio noſtræ menti adhæreret, quàm procul à nobis ſuperbiæ tumor auolaret? virulenta adeo hæc eſt, vt ip ſemet Auguſtinus, veritus ne eius lue afflaretur, illud inter Hipponenſes infulas non rarò ingeminaret, quod nobis etiam maximè opportunum eſſet: *Redemptor mi expelle à me ſpiritum ſuperbiæ, & concede propitius theſaurum humilitatis tuæ*: Huius theſauri poſſeſſio præ quocumque totius orbis ærario nos locupletabit; ſi ſubditas nobis gentes miti benignoque animo tractauerimus, ſi cum famulantum pompâ præcingimur, demiſsè de nobis ſenſerimus, ſi procul à faſtu & rumore fuerimus, cum gemmatæ thiaræ ſplendore coruſcamus, tanquam ſuos diſcipulos, fidoſque adminiſtros nos idem Chriſtus agnoſcet, eòque maiori gloriâ Dei manu coronabimur, quò magis inglorij verſamur in terris, eò celſiores cæleſtium inter mentium agmina aſſurgemus, quò erimus inter homines humiliores.

D. Aug. p. med. c. 1.

A B C

§. II.

EX eàdem cæleſti ſapientia tertia nobis ratio ſuppeditàtur illis vocibus, *qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter*: ſacri faſces non ad dominium, ſed ad famulatum præſtantur, nec imperium ferunt, ſed miniſterium; qui dignitatum claritate alijs præſtat, charitatem, benignitatemq; præferat oportet, non tumorem & faſtum: nobilior in Dei domo ſeruitus eſt, quàm dominatus. Qua in re ſacri Principes prophanis Principibus aduerſantur; eorum namque faſtigium in poteſtate, in famulantium turba, in titulorum ſplendore, magnificaque honorum pompa verſatur, cùm è contrà Lythurgica dignitas in ipſa humilitatis ſede conſiſtat, & recentium ſyderum inſtar, aduerſo mundi curſu procedant; corona noſtri Principatus ſeruitus eſt: lapſum è cælo hoc fuit oraculum; *Reges gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtates exercent in eos. Vos autem non ſic: ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor.*

Luc. 22. 25. Matth. 20. 25. Caluin. 4. inſt. c. p. nu. 8.

Nequiſſimus ad hoc ſycophanta Caluinus taceat; ex his enim; vt Hæreticis in more eſt, qui ex ipſo rore aranearum inſtar virus exhauriunt, ineptiſſimè docet, alienos à ſacris Magiſtratibus Apoſtolos eorumque ſucceſſores fore; nec enim ipſe animaduertit, ni potius conſultò neglexit, Græcam à Diuo Matthæo vocem ſonare, *violenter dominantur*; tumor certè, & ſuperbiens inſolentia in principatu gerendo nobis prohibetur: ſacro illo apophregmate nos Chriſtus Seruator inſtruxit; non ad ſuperbiæ alimentum, ſed ad incrementum humilitatis nobis dignitates ſacras fore, ne ex earum culmine nequiori præcipitio ruamus. do Baſilium. *Antiſtes nequaquam dignitate illà extolli debet, ne ipſe quoque beatitudine illa excedat, qua promiſſa eſt humilibus; vel inflatus incidat in iudicium diaboli: Si quidem illud ſibi perſuaſum habere debet, vt quo præſit pluribus, hoc neceſſe ſit pluribus vt miniſtret.*

Baſi in Reg. fuſius q. 30.

D

Ma-

A Magnificè quidem prophani Dynaſtæ ſe circumſpiciant, cum cohortes famulorum numerant, cum aſſentatorum præconijs Dijs immiſcentur, cum phalanges ad ſuum cuſtodiendum corpus ſtantes inſpiciunt, cum Proceres, Magnates, populos paratiſſimos ad ſuos nutus excipiendos habent; quò enim pompatica magis & ſuperba eorum potentia eſt, eò vtilior & ſanctior Myſtarum dignitas eſt in ſibi commiſſis gentibus ad pietatem componendis. *Vos autem non ſic, quia màgnitudo veſtra erit ad exercendum miniſterium, magnitudo mundi eſt ad exercendum poteſtatem.* Explicantem audiſti Caietanum. Caiet. in 5. Matth. 5.

Cælo quidem Sol dominatur, eâ tamen cum penſione, vt irrequieto curſu ad terræ beneficium deſudet: deſudent & Epiſcopi ad populorum commodum, quandòquidem Soles etiam ipſi ſunt. *Vos eſtis lux mundi.*

An igitur ſuperbiam foueat ſerui miniſterium? quin potius quæ validior ad modeſtiam in nobis & humilitatem excitandam ratio deſignari valet, vt dignitatis iubar quo radiamus, aſpernemur, vſurpare illud cum regio Vate poſſumus *Exal-* Pſal. 87.
B *ta ns autem humiliatus ſum*; cum populis nos Deus commiſsâ nobis poteſtate præhabuit, illud ſtatuit, vt demiſſiſſimum animum præ cæteris habeamus. Quapropter ſi Themiſtocles Reipublicæ Athenienſis Præfecturâ donatus, vt à ſe quamcumque elationis maculam amoueret, moreſque ſuos ſapienti moderatione inſtigueret, animo ſemper illud agitabat & ore, *Themiſtocles memineris te hominibus imperare, memineris te Athenienſibus imperare, memineris te non ſemper imperaturum.* Themiſt. Si pia ſimul ſapienſque Placilla, vt è Nicephoro Calixto habes, Theodoſium Coniugem non rarò admonebat, ne fortunæ blandientis lenocinio captus illud ex animo ſuo deleret vnquam, ſe ſcilicet à priuatis Romæ nobilibus viris ad Cæſareum faſtigium fuiſſe eductum, non quidem vt ſuperbus inſoleſceret, ſed vt parem ſe hominibus cæteris agnoſcens, aliorum errores ferret, eaque prudentiâ populos moderaretur, quâ Dei ſeruum decet. Nicef. l. 12 c. 41. Quàm igitur ſollicitus & vigil Epiſcopus fuerit neceſſe eſt, ne vnquam ea Chriſti verba obliuiſcatur, quibus non ad
C dominatum, at ſeruitutem aduocatur, nec ad ſui pompam, ſed ad aliorum ſalutem coronatur. *Epiſcope memineris te tuis ſubditis ſeruum eſſe conſtitutum.*

Nec abſimili documento ſe Villegiſius primus Vangionum Antiſtes vt proximo capite ſcribemus, inſtruxit.

Qui hæc negligens & impoſiti regiminis rationem ignorans, ſuperbiæ vi aliò fertur, & humilitatis viam dediſcens elatus animo intumeſcit, ineptum ad ſacra munera exercenda ſe præſtat, è ſeruo ſe liberum, imò Dominum faciens, non tantùm infulis ſpoliandus videtur, at cum Nabuchodonoſor Rege cum animantibus Daniel. 4. recenſendus; Onagro certè cælitus edoctus Iob eum comparauit. *Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat.* Iob. 11.

Verùm qui compoſito animo inter magna verſatur, eòque fortior faſtum ſuperat, quò celſior eſt ſedes quâ collocatur, cuicumque Principatui ſe facit parem, ſuamque mentem ad quodlibet faſtigium erigit & æquat; iuxtà illud Gregorij, D. Greg. *Summa viuendi ars eſt culmen tenere, gloriam ſpernere*; Dei ipſius vota aſſequitur,
D cuius, vt ſignificauimus & Oleaſter aduertit, potiſſimum munus eſt, vt humiles erigat, & ſuperbos deprimat. Oleaſt. in Gen. 48. 14.

Ad hoc idem conficiendum ex ipſomet Vinitoris & Paſtoris nomine excitamur; haud quidem præcepit nobis Deus, vt in populos imperio fungeremur, ſed vt eorum incolumitati proſpiceremus: *Paſce oues meas,* non tuas, at meas, vt earum ſciremus non à nobis imperium haberi, ſed curam; Ioa. 21. 17. egregiè hæc eadem Petrus, cui pronunciata fuere, Epiſcopis omnibus explicauit: *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum; neque vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo.* 1. Pet. 5. 2.

In hanc eandem ſententiam Diuus Paulus proceſſit, cum ait, *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat:* 1. Tim 3. 1. non bonam dignitatem, non bonam præfecturam vocauit, at opus, at laborem: quis autem neſciat labore & opere non ſuperbiam afflari, ſed animi demiſſionem inſinuari; audi iam Diuum Hyeronimum. *Bonum opus deſiderat, opus per quod humilitate decreſcat, non intumeſcat faſtigio.* D. Hieron. ep. 83.

Nos pariter vinitores eſſe ad Chriſti Domini vineam excolendam ſatis ſuper-

quæ Diuina illa verba ſignificant, quibus Hyeremiam Epiſcoporum Idæam Deus A
Hierem. p. 10. olim elegit; *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas & deſtruas & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Seruitutem omnia hæc ſonant, humilitatem inſinuant, faſtum ablegant; non ad regnum ſed ad laborem vocamur, non ad delicias, ſed ad moleſtias; Eugenium ſanè Pontificem quàm benè de his Diuus Ber-
D. Bern. de conſid. l. p. cap. .. nardus piè ſimul & validè admonuit: *Non certè eleuatus es ad dominandum, ſed vt euellas, & deſtruas, & ædifices & plantes. Nihil horum faſtum ſonat, ſed ſchemate quodam ruſticani laboris, labor ſpiritualis expreſſus eſt: ſarculo tibi opus eſt, non ſceptro.*

Si ergò menti noſtræ inhæreat, quòd pares homines omnes natura conſtituit, nec ad arrogantiæ alimentum, ſed ad gentium commoda nos à Deo vocatos, eiuſque manu coronatos, non de illorum dominio, ſed ſalute gaudebimus, idemque diſcrimen euitabimus, quo implicari Diuus Auguſtinus formidabat, cùm populum pane-
D Aug. ſer. 39 in nouis. gyri alloquens ait, *Quid autem iſto formidatur in munere, niſi ne plus nos delectet, quod periculoſum eſt in noſtro honore, quàm quod fructuoſum eſt in veſtrâ ſalute?* B

Quin ſi in prophano Principe humilitatem & moderationem Solon exigebat, & Macedonum Rex Antigonus Principi filio dixit, *An ignoras ò fili, regnum noſtrum eſſe ſplendidam ſeruitutem*, an non nobilis ſeruitus nobis ea dignitas erit, quam cum hac ſeruiendi pactione vſurpauimus? *Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter:* vt autem dulcedine quadam hanc moleſtiam deliniret, ſuum met exemplum exhi-
Matt 20. 28 buit, *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.* O miniſterium quocumque Principatu ſpendidius! ſuâ enim humilitate ſuprà cætera humanarum dignitatum faſtigia ſe Deus euexit: quodnam vnquam imperium poterit ſeruituti conferri, quæ collegam
D Bern. de conſid. l. 2. cap. 6. ſuum terrarum omniũ dominatorem ſortita eſt? *Dominatio interdicitur, non interdicitur miniſtratio*, ſic ad Eugenium Bernardus. Quàm verò excelſum hoc miniſterium eſt, immortalis Deus! O præclarum miniſterium, quo non glorioſius principatus? eximiè hæc omnia percepit Diuus Paulus Epiſcoporum prothotypus ſe om-
p. Corin. 4. nium ſeruum agnoſcens & prædicans, *nos autem ſeruos veſtros*; eum titulum ad ſui C commendationem præferens, quem Ethnici quò magis obſcurant, eò etiam magis in Chriſtianâ lege illuſtratur: Pauli veſtigia imitatur Supremus Romanus Pontifex tanquam ſuæ dignitatis & maieſtatis vexillum & trophæum litteris ſuis inſcribit *Seruus Seruorum Dei*; quis igitur noſtrum erit, qui ſerui nomen dedignatus, ſui muneris facultatem & vim vel neſcire vel negligere profiteatur? quis cum ſerui nomine Domini Principatum, & ſuperbiam Principatus aſſociet?

Ad eandem humilitatem in ſacris viris enutriendam quatuor aliæ rationes afferuntur. Cap. XXXVII. D

PRIMAM ex his rationem Chriſtus idem cæleſtis Magiſter inſinuauit: hic enim cùm primos ſuæ Religionis Antiſtites interrogaſſet de exiſtimatione, quâ ipſe à populis habebatur. *Quem dicunt eſſe filium hominis*, ſubdit poſteà, *Vos au-*
Matt. 16. 13 *tem quem me eſſe dicitis*, ac ſi ſignificare omnibus vellet, non tantùm morum innoſcentià cæteris nos præſtituros hominibus, ſed in eo etiam, quòd res omnes eâ lege metiamur, quà re verâ quidem ſunt, non eâ ſpecie, quâ nobis indutæ exhiben-
Sen. ep. 97. poſt med. tur; ſapienter de hoc Seneca. *Æſtimemus ſingula fama remota; & quæramus quid ſint, non quid vocentur.*

Noſtrum igitur eſt, noſtrique Sacerdotij decus, vt communem, quæ de rebus habetur opinionem prætergreſſi, ſplendidæ earum imagini nequaquam hæreamus: ſtolidi tantùm craſſique animi eſt, extimâ hac ſpecie irretiri, deceptoſque teneri, eò quòd melius aliquid non agnoſcant; mentis lumine obcæcati, ea tantùm mi-

rantur

A rantur & affectant, quæ corporeos oculos oblectant & mulcent; ſicut autem cœco
illi, quem ſacri Codices referunt, antequam lucis vſuram iterùm vſurpaſſet, ho-
mines celſarum arborum ſpeciem præferebant, ſic pariter cœcutienti populo flu-
xa hæc caducaque dignitatum nomina, illuſtria videntur argumenta fortunæ, hu-
manæque maieſtatis ſplendida & excelſa molimina. *Imperfectis oculis grandeſcunt* D.Chriſol, ſer.176,
forma, turbantur ſpecies, res falluntur ipſæ; quia non iam viſionem capiunt. Sic
Chryſologus.

Ineptis comparari piſcibus hæc poſſunt ingenia; illi enim Lunæ imaginem per D.Gregor.
vitreas & chryſtallinas maris vndas coruſcare inſpectantes, adeò illius amore ca- Naz.in car
piuntur, vt ad eius poſſeſſionem faciendam, choræarum lenocinio ei circumblan- min.ad Vir.
diantur, ac ſi è cælo delapſa ipſum æquor incoleret, vt olim è Græcis Sacer vates
cecinit.

Veras igitur nos inſpectantes cæleſtis aulæ dignitates, nullâ ſuperbiendi mate-
rie capiemur; quin potius è terrenis hiſce honorum faſtigijs animum eximiè de-
B mittemus, eo quòd eorum inanitatem & ſpeciem futilem & commentitiam com-
prehendemus; mendaces eſſe fulgores dixeris, & ſplendida mendacia inter ſæculi
vndas noſtris oculis imponentia: ad hæc Diuus Ambroſius nos ſuâ oratione con-
uertit: *Illam nuda veritatis pulchritudinem diligas, quæ has ſæculi fucoſiſſimas va-* D.Amb.l.6 exam.c.8.
nitates redarguat: alibi verò, *nonne hæc omnia ſicut umbra prætereunt? nonne hæc
omnia fabula, nonne ſæculi theſaurus vanitas eſt?* Scœnicæ pompæ, comicisque
præſtigijs eleganter hæc eadem Diuus Gregorius Nyſſenus comparauit; ſplendida D.Gregor. Niſſen. de
namque & magnifica ſint indumenta, quibus irradiantur, adhùc tamen nihil certi Beat. ſer.p.
& ſolidi habent, quo meritò intumeſcant: vltrò hìc Senecam & Auguſtum omiſe-
rim in hanc eandem ſententiam conſpirantes.

Peropportunè igitur Eugenium Pontificem Diuus Bernardus admonuit, vt ad D Bern.l.3
humilitatem animi poſſidendam, ſiparium detraheret, quo titulorum ſplendor & de conſid.
dignitatum amplitudo ad maieſtatem pariendam obuelatur; vt matutinam illam
C nubem vanitatis diſpergeret, quà lux veritatis obcœcatur; vt demùm ſe eum agno-
ſceret, quem omnibus nudum matris aluus effudit, miſerijs ſcatentem, nec ad
honores natum, ſed ad labores: quàm validum in ſuperbiam amuletum hoc eſt,
quàm facile in arrogantiæ peſtem alexipharmacum! quicumque faſtus ad hæc de-
tumeſcet, nihilque habebitur magnifica hæc humanæ pompa præſtantiæ: ſupra ho-
minem te efferes, ſi te vix hominem æſtimaueris.

Magnus re verà Gregorius in hac re maximus fuit; tantam enim, quà præluce-
bat, honorum congeriem tanquam ignem euanidum ſpeciemque volatilem facie-
bat; quam eandem cogitationem alijs etiam inſinuans, illud ad Paſqualem Sici-
liæ Conſulem ſcribens pronunciauit, *Pompam mundi mens ſecura deſpiciat; actio* D Greg. l.
veſtra ad ea, quæ Dei ſunt, ſe occupet, conſiderantes, quàm nullum ſit, quidquid caſi- 11.ep. 25.
bus ſubiacet, quicquid fine concluditur.

Aliàs itidem Antiſtites alloquens egregiè ait, Quid ſunt fauores linguæ, *quid
ſunt aliud labentium dignitatum inſulæ niſi puluis? nam mentem, quam blandiendo* D.Gre.l.2
D *ſor dident, à veris ſplendoribus cæcant.* in reg.ſc.1.

Adcò autem admirandus hic Pontifex humilitatis ſtudio ſui nominis venera-
tionem & famam maiorem ſibi comparauit, vt hoc præſertim titulo Magni ſibi no-
men vindicauerit, iuxtà Diui Antonini ſententiam, qui tandem ſuam orationem
ſic abſoluit, *Cum nihil magis in vertice Pontificio, quàm humilitas ſplendeat:* nun- D.Antoni.
quam enim ne leuiſſimo quidem mendacio Diuina veritas obnubilari poteſt, cu- to.2.tit.12.
ius inconcuſſum acroama fuit, vt pari prorſus facilitate ſuperbiam deprimat, hu- cap.3.
militatem illuſtret; quod tamen ante veritatis Euangelicæ iubar, ipſi Philoſopho
Iſocrati clariſſimè innotuit cum diceret, *Diuorum vnicam curam eſſe omnipotentiam* Luc. 14.2.
ſuam humilibus magnificandis impendere. Luc.18.14.

Quàm igitur à vero abeſſet, qui fucatis hiſce honorum coloribus rapi patere-
tur, ſuique ipſius vilitatem dediſcens, inter dignitatum fulgores craſſiſſimè cœcu-
tiret, eaque vertigine laboraret, cuius vi præceps in deterius ruat.

A ſui cognitione finis longiſſimè Præſul iſte diſcederet; eo namque tantùm titu-

lo, tam illuſtri dignitáte Præſules Deus honeſtauit, eoſque populis omnibus honorandos exhibuit, vt ſcilicet validiora poſſint eſſe inſtrumenta ad Diuinæ gloræ A inſeruiendum, populoſque ſibi commiſſos, iuxtà ſui miniſterij leges ad viam beatitatis adducendos; hoc tantùm quælibet ſuperbiæ vmbra diſpergitur, ſed potius ad humilitatis ſtudiũ maiori flammâ ſuccendimur: ad Præſules enim ſpectare videtur, quòd huiuſmodi honorum oblectamenta deuitent, & obſequia, quibus eximiè gaudet humanus animus, aſpernentur: cum autem ex aduerſo hæc illis vtiq; debeantur, tanquam ad alienam vtilitatẽ opportuna, non ſibi debita, ſed aliena velut obſequia illa excipere tenetur, & dignitatem à perſona Philoſophorum inſtar abſtrahentes; honores omnes dignitati tribuant neceſſe eſt, ſibi verò ipſis labores tantùm & curas: quàm igitur fœdè hunc tam benè compoſitum ordinem deſtrueret, qui ſuperbior & arrogantior à ſuo honore grandeſceret: meritò igitur Gregorius, *Habet ſpiritualis prælatio exteriorem gloriam dignitatis; habet & interioris magnitudinem oneris. Honor ipſe dignitatis per ſe magnum eſt onus mentis, quia contemni debet, & placet: contemni quippe debet, ne mentem per ſuperbiam eleuet; & ſuſpici debet, vt cæleſtia, quæ doctor loquitur, ſubiecti venerentur.* B

D. Greg 4. in 1. Reg. cap. vlt.

§. I.

Luc. 12. 48.

QVINTAM aliam rationem à formidandis illis Diuini Magiſtri vocibus haurimus. *Omni autem, cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.* Proh Deus! Sacra hæc ſedes, quam diuinâ beneuolentiâ mihi commiſſam perquam indignus impleo, moriturо mihi horrendum tribunal erit, quod eam in me cauſam aget, è quâ rota æternitas pendet Deique fruitio; teſtes illa in me excitabit, Iudicis iram accendet, ſententiam in me ſcribet: an igitur tam demens ipſe fuerim, vt ex eâ ineptiſſimè intumeſcam, & quæ timorem iure debet incutere, tumorem pariat, faſtum enutriat. Sanè diuersà longè ratione philoſophatus hac in re fuit Diuus Gregorius Magnus C ſic alloquens, *Tanto ergò eſſe humilior, atque ad ſeruiendum Deo promptior quiſq; debet ex munere, quanto ſe obligatiorem eſſe conſpicit in reddendâ ratione*; cui Victorinus Hugo libens adhæſit hæc ſcribens. *Prælatus non tumeat de dignitate, ſed timeat de reddenda ratione.* E Diui Auguſtini theſauris verba hæc veluti gemmæ fuere decerptæ: hic enim populum concione habita informans, Epiſcopi munus ait eſſe, è ſuæ ſedis faſtigio populorum incolumitati proſpicere, ſibique commiſſum gregem tradita ſibi poteſtate tueri, poſt quæ ſubdit. *Et de iſto alto loco periculoſa redditur ratio, niſi eo corde ſtemus hic, vt humilitate ſub pedibus veſtris ſimus.* Honoris culmine populis eminemus, & ſupra cœteros Sacerdotij decus nos attollit, ſed humilitate cæteris ſubiaceamus, ne dignitatis maieſtas Dei benignitate nobis impertita, Diuini nos Iudicij vltioni ſupponat. Hinc oritur, vt quò magis, qui ſapienti erectoque animo præſtant, tùm Dei munera, tùm populorum obſequia excipiunt, eò generoſiùs ea contemnunt, ſeque illis ſubijcientes animum potiùs demittunt, Deoque ſe magis obſtrictos agnoſcentes ſuam magis vtilitatem D metiantur; cæleſte quis illud ignorat? *Quantò magnus es, humilia te in omnibus; & coram Deo inuenies gratiam*: cui forſan adhæſit Romanus Orator, qui Platonem imitatus, alioſque philoſophos, ſacros interdùm codices lectitabat. *Rectè præcipere videntur, qui monent, vt quantò ſuperiores ſumus, eò nos ſubmiſſius geramus.* Hinc fiet, vt non tantúm à ſuperbiâ tanquam à ſcopulo ſecuri recedamus, ſed illuſtriores etiam & glorioſiores euadamus: Vt magni viri maiores fiant, ſola humilitas poteſt; hæc enim ipſam dignitatem, iuxtà Diui Bernardi mentem, illuſtrat. *Quò enim celſior cæteris, eò humilitate apparet illuſtrior: & ſe ipſo*, quà ratione non Dei tantùm beneuolentiam, ſed populorum ſtudia, laudeſque comparabimus.

Hug. Vict. ad Rom. c. 11. ibi qui præſt in ſollic.

D. Aug. in pſ. 126.

Eccl. 3. 20.

Cic. l. poſſ.

D. Ber. l. p. de conſid. c. 9.

Sexta his ratio adnectitur, quæ in angoribus & periculis, quibus vt ſuperiùs docuimus, noſtra dignitas obſidetur, potiſſimè verſatur: hæc enim omnia ſi æquâ

mente

mente perpenderimus, fieri nunquam poterit, vt noſtris viribus innitamur, & con-
A ſequenter Diuino auxilio ſemper indigentes, noſtras ab eo vires exigemus ad no-
ſtrum miniſterium perfectè & abſolutè exercendũ; quoniam *Niſi Dominus cuſtodie-* Pſ. 126.
rit ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam: quæ quidem verba tùm ſibi ipſi, tùm
alijs Epiſcopis à Diuo Auguſtino accommodantur; cum enim Antiſtites (ideò ſpe-
culatores vocati) ad Prouinciarum gentiumque cuſtodiam habendam eligantur,
& hac de cauſâ in excelſiori Chriſtianæ Religionis culmine collocentur, fruſtrà la-
bores omnes impendent, ſomnumque vigilantiâ repellent, ni Deum habeant ad-
iutorem. *Quomodo enim vinitori altior ſit locus ad cuſtodiendam vineam; ſic & E-* D. Aug. ib.
piſcopis altior locus factus eſt, & de iſto alto loco redditur ratio, &c. Sic Augu-
ſtinus.

Optimum autem regimen inſtituere, Diuini Spiritus beneficio tribuendum eſſe Caſſian. l. 2
doeuit Caſſianus, *ſummumque donum & gratiam Spiritus Sancti eſſe definiunt*; qui hor. cant. 3.
ergò diuinæ beneuolentiæ muneribus locupletari optat, humilitatis tantùm viâ
illa perquirat; vt enim Apoſtolorum Princeps, & ex eo Diuus Iacobus docuit,
B *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*; ibi etiam Spiritum Sanctum in- p. Pet. 5. 5.
ueniet, cuius lumine mens eius illuſtrata, tepore ſtatim excuſſo, ad ardua quæ- Iac. 4. 6.
que facienda inflammabitur iuxtà illud Isaiæ, *Super quem requieſcet Spiritus meus* Iſa 66. 2.
niſi ſuper humilem: eò autem vſque Diuus Bernardus piâ quadam audaciâ perue-
nit, vt diceret, haud quaquam Spiritu Sancto implendam & obumbrandam Beatam
Virginem Auguſtam Mariam, ni prius humilitatis theſauris locupletata fuiſſet;
hinc in ea verba Virgo eadem erupit, *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: po-* D. Ber ſer.
tius quam virginitatem, vt idem Bernardus explicat. Viam igitur tenes, quâ Di- p. ſuper Miſ
uinum Spiritum valeas impetrare; ſi te non fucata, ſed veraci pietate demiſeris, ſus eſt.
ſi tuarum virium imbecillitatem agnoueris, ſi de tanto collato Sacerdotio eru-
beſcas, (quantò autem magis erubeſcendum, ſi vel alieno patrocinio comparatum
eſſet, vel artibus exquiſitis extortum) ſi perpenderis munus hoc depoſiti in-
ſtar eſſe, quo ad perennes labores, ad tot populorum onus perferendum obſtrin-
C gimur, ad lacrymas vocamur, ad mundi contemptum trahimur, ſi denique agno-
ueris, quòd cum maximè dotibus illis deſtituaris, quibus Antiſtes eſſet ornandus,
an non vndique ſibi argumenta humilitatis occurrunt, quibus mentis tumor de-
tumeſcat, & in diuino tantùm præſidio fiducia noſtra nitatur. *Electi in principa-* D. Hier. in
tum nouerimus menſuram noſtram, & humiliemur ſub potenti manu Dei; quia Deus Iſai. 3.
ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: hæc Hyeronimus, eàdem ſiquidem
menſurâ, quâ Luciferi imago in ſuperbo viro diuinis oculis repræſentatur, in hu-
mili viro Dei ipſius exprimi ſpeciem gaudet Deus, qui eâ de cauſâ nunquã clauſà
benignitate ampliſſima ornamẽta in eum effundit, eiuſq; vota blando ſemper ore &
fauore multiplicat. hinc Diuus Baſilius egregiè vt ſolet, *Quantò enim faſtum com-
primit, tantò gratiam attrahit, & modus amplificandæ gratiæ eſt humilitatis vis.*

Inſtar Auroræ humilitatem in probis viris eſſe docuit Beata Catherina Bono-
nienſis. Diuinum enim Solem in eius animo vel parit, vel præcurrit. Magnetis
inſtar eſt, diuinam beneuolentiam arcano ſed dulci nexu trahentis, *ſicut magnes at-* D Bernar-
D *trahit ferrum, ſic humilitas gratiam ad ſe trahit*; ſic olim Diuus Bernardinus Se- din. ſer. 16.
nenſis. in ſab. poſt

Cæli fores hæc nobis reſerat, hæc Deo nos ſiſtit diuini ſecura patrocinij, adeò p. Domin.
vt fœmineâ in voce Deum inuocans, & Ducis ferocientis caput tot armatorum Quadr. ar. 2
agminibus obuelatum expoſcens, pronum ſuis precibus numen habet; vt enim c. 3.
Deum alloquens ipſa eadem pronunciauit, *humilium tibi ſemper placuit depreca-* Iudith q. 16
tio. Humilitatis vt in Pharaonis Deum ex abiecto Paſtorculo Moyſes immigra-
uit, & ad ſexcenta capitum millia moderanda Diuinâ eum virtute roborauit hu-
militas: hæc eadem ipſa fuit, quæ ſeruam eò adduxit, vt potentiſſimi Principis,
cuius imperio centum viginti ſeptem prouinciæ ſubijciebantur, mentem ad arbi-
trium flecteret; inter enim maxima licet irritamenta ſuperbiæ, inter aulæ illece-
bras, Regiæque Maieſtatis lenocinia humilitatem ſollicitâ cuſtodiâ ſeruauit, adeò
vt Deum ipſum ſui cordis teſtem inuocare non dubitauerit illis verbis: *Tu ſcis ne-
ceſſitatem meam, quod abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ, quæ eſt ſuper caput* Eſter. 14. 16
meum

mium, quibus innixus Auguſtinus, hæc addit. *In ſuperbo cultu cor humile conſer-* A
D. Aug. *uauit, imò in nouâ potentia veterem retinuit obedientiam.*
Ea igitur in nobis fiducia pariter exurgeret, quà præſentem Dei virtutem in re-
cto ſuæ ſponſæ regimine habeamus.

§. II.

AD ſeptimam omniumque poſtremam rationem acceſſimus: hæc autem in eo
eſt, nullâ magis aliâ virtute verum Paſtorem à mercenario diſtingui, Præ-
ſulem illuſtrari, & populos ad Antiſtitum obſequium rapi, quàm humilitate; quà-
propter cum Ioannis Epiſcopi Rauennatis inſolenti arrogantiâ Pallij decus efflа-
D. Gregor. gitantis comprimere tumorem vellet Diuus Gregorius Pontifex, ait. *Decorari*
ep. 54. L. 2. *Pallio volumus, forſan moribus indecori; cum nihil in Epiſcopali ceruice ſplendidius*
fulgeat, quàm humilitas; quem poſteà Diuus Bernardus imitatus, vt Eugenium B
Pontificem in ſtudio humilitatis excoleret, quæ in ſupremæ excelſæque poteſtatis
Vaticanæ culmine nutare aliquatenus poterat, hac eadem ratione vtitur: *Valde*
D Bern. l. 1 de conſid. c. 6. *tibi commendo humilitatem, nulla ſplendidior gemma in ornatu Pontificis*. Hæc pro-
fectò gemmarum omnium pretioſiſſima eſt, quas ex Indicis oris ad nos afferat
Mercatorum auiditas; ſi hæc abfuerit, cæterarum ſplendor euaneſcet. quàm benè
hoc idem Theodoricus Rex ad Thraſimundum Vandalorum Regem ſcribens ex-
preſſit, Caſſiodoro referente, ſuperbiam ſcilicet, quò magis contemptum & odium
Caſſiod. l. 5. ep. 44. in mediocris notæ viros efferre, eò magis humilitate Principes viros illuſtrari:
Sic eſt in Principibus humilitas gratioſa, quemadmodum in mediocribus odioſa poteſt
eſſe iactantia; apertè omnibus hoc à Suetonio innoteſcit; Germanicus enim adeò
ſibi ſuâ demiſſione tùm populi, tùm Senatus Romani corda deuinxerat, vt con-
cordi ſuffragio Cæſarem eum renunciarent; Seianus verò ſuâ arrogantiâ tam in-
gens in ſe omnium odium obarmauit, vt ea fuerit cauſa, quòd tàm cruento exitu
documento & exemplo omnibus eſſent Principum purpuratis. C

Magnanima virtus eſt, quæ quò magis extollitur, eò magis ſe deprimit, & cum
tanto culmine ſuprà alios ſe porrigere agnoſcat, vt ſuperiorem locum non habeat
ad quem aſcendat, conſilio verè diuino ſe deprimit, vt ſuperiùs aſcendat: digni-
tatum incrementum humilitas ipſa eſt, adeò vt ex abiectione ipſâ, quâ minorem
te alijs præſtas, alijs maior aſſurges; è Plinio Traianum Cæſarem commendante
hoc habes: *Nam cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hic vno modo creſcere po-*
Plin. in paneg. *teſt, ſi ſe ipſe ſubmittat ſecurus magnitudini ſua: neque enim ab vllo periculo fortuna*
Principum longiùs abeſt, quam humilitatis. quin idem Chryſoſtomus ex eadem
D. Chriſoſ. humilitate non mores tantùm, ſed ipſos infularum honores magis magiſq; ſplen-
deſcere, *& cum hac virtus omnes homines ornare valeat, in primis tamen eos, qui*
in poteſtatibus agunt; hæc ille. Profectò quis explicare valeat, quàm egregiè in
eodem Præſule duo hæc annectantur, dignitatis ſimul & humilitatis excellentia.
E contrà verò licet paradoxon videatur, nitore deperdito obſoleſcit, dehonora- D
tur honor, infularum fulgor euaneſcit, purpuræ iubar expallet; demùm quo ma-
gis in dignitate poſitus homo veluti pila deprimitur, eò magis excelſo reſilit gra-
du altiora conſcendens: fidem mihi facientem do Bernardum, *Humilitas in honore*
D. Ber ſer. in Cant. *honor eſt ipſius honoris, & dignitas dignitatis: omnis dignitas ipſo dignitatis no-*
mine indigna eſt, ſi humilia dedignetur.

Rex ipſe Niniuitarum ex humilitate, qua ſuorum criminum pœnitentiâ ta-
S. Maxim. in ho. delicta & ieiun. ctus ſupplex Deum exorauit, populi ſtudium & amorem ſibi conciliauit: virtutis hu-
ius vis tanta eſt, vt, quæ ſua eximiâ venuſtate aliorum animos rapit, ſi in Magnati-
bus collocetur, Tyrannidem quandam amoris exerceat; ineptiſſimum quemcum-
que ad ſui commendationem excitat, pietatemque ſimul & prudentiam aperit, quà
pretioſiſſimo veluti theſauro ſacri viri diteſcunt: vt enim Diuus Gregorius pronun-
ciauit, *Subtiliſſima ars viuendi eſt, culmen tenere, et gloriam reprimere: eſſe quidem*
D. Greg in moral. *in potentia, & potentem ſe neſcire*,

Egregia mihi ad rem hanc ea videntur è ſacris litteris eſſe, quibus Moyſi Deus
præ-

præcepit, vt Ioſuè bellicam præfecturam impertiret; & prætereà dabis illi *partem*
A *gloriæ tuæ*: ex Hebrææ ſignificatione ſcribit Oleaſter, *pones de deſcenſu tuo ſuper eum*: Num. 27. 18. Oleaſt. ibid.
vt igitur illuſtrem aliquo modo eum faceret, jubetur, vt ei ſuam humilitatem,
quàm noſtra vulgata gloriam appellat, impertiret, ac ſi in ſacris viris in humili-
tate gloria verſetur, nullaque viâ faciliùs & breuiùs faſtigium gloriæ poſſint at-
tingere; hoc idem ſanè eſt, quod olim Diuus Auguſtinus expreſſit, *Tutam, veram-* D Aug tr. in Ioan.
que ſublimitatis viam molitur humilitas: quapropter ad magnitudinem aſſequen-
dam, viam tantùm humilitatis Theodoro Senatori Diuus Fulgentius reſerauit. D Fulg. ad Theod. de ep. 6. c. 9.
Creſcat in te humilitas animi, quæ vera eſt & integra ſublimitas Chriſtiani. Quò te
nobilitatis & gloriæ adducat humilitas ſcire cupis, ait Bernardus, quò te contem-
ptus ſuperbia deprimat, quantum ex illa ad ſacros Magiſtratus gerendos proficias,
quantum ex iſtâ deficias, hoc vnum aduerte, quòd Auguſta Deipara diuini conſilij,
apprimè conſcia ſuomet ore pronunciauit, eximium Numinis eſſe munus, vt è ſa-
cris ſedibus ſuperbos expellat, ibique ſolum humiles excipiat: *Hoc primum & ma-* D Ber ser. 17 in cant.
B *gnum iudicium, quod illa conſcia ſecretorum aperuit Virgo Maria; depoſuit, inquiens,*
potentes & exaltauit humiles.

Vlteriùs etiam Diuus Ambroſius progreditur, eiuſque ſermo nimis exaggeratus
videretur, ni è ſacris paginis educeretur: adeò ſcilicet illuſtriorem, nobilemque
humilitatem eſſe, vt ipſum Dei filium maioris nobilitatis lumine illuſtrauerit.
Bona humilitas, quæ etiam in Chriſto laudem virtutis inuenit, ſic ille, Quantùm ſibi
gloriæ Deus attulit è totius rerum vniuerſitatis eductione? nobilior tamen, iuxtà D. Amb in pſ. 118.
Ambroſij mentem, fuit ex humilitate Deus, quam è tam ſingulari potentiâ: *hanc*
in illo plus veneror quàm creationem, nec ſatis ſuæ pietati factum putans, piâ qua-
dam audaciâ in ea ſubindè erumpit: *Quanta fecit Dominus, audeo dicere, non flexi*
genu; ſed flexi ei poſtquam ſe humiliauit: admirandam hãc rerum creatarum molem
vno *fiat* eduxiſſe, cæli orbes cõdidiſſe tot ſyderibus veluti gemmis coruſcantes, ele-
menta ſibi inuicem mutuo quodam ordine temperaſſe, & cæleſtium orbium motus
ſtatis legibus compoſuiſſe, ingentem terrarum molem ſuomet pondere, nullo cum
C fulcimento, ſuſtineri, innumera animantium, auium, piſcium genera, ſpecie ſimul
& genio difformia in aere, in aquis, in terris effudiſſe, hominem demùm effin-
xiſſe, in quo tanquam ex guò in orbe tota magni huius orbis clauderetur & ex-
primeretur vel imago vel idæa, cum immortali & ſpiritali ſubſtantiâ luteam hanc
corporis maſſam aſſociaſſe, magnificam quidem & præpotentẽ vim diuinitatis cui-
que licet caliganti demonſtrant: ſed magnificentior potentiorque oſtenditur ex eo,
quòd non hominis tantùm, at ſerui ſpeciem omnium humillimus induerit. Quàm
ergò à vera ſententia aberraret, qui non humilitate duce, ſed arrogantiâ venera-
tionem ſibi parere nominiſque gloriam amplificare contenderet; hic enim aduer-
ſo flumine incederet, & portus loco, vbi quieti ſe daret, in ſcopulos præruptos im-
pingeret, quibus ſuum nomen denigraret; quis enim ignoret quod tantum, *qui hu-*
miliatus fuerit, erit in gloria, cum Deus ponit humiles in ſublimi: humilitatem ad Iob. 22. Iob. 5.
dignitates & faſces colligendos magiſtram ſimul & ducem eſſe idem docuit Augu- D. Aug. tr. 104. in Io.
D ſtinus. *Humilitas claritatis eſt meritum; claritas humilitatis eſt præmium*.

Maximum ſanè præmium humilitatis eſt, quod eius vi gentium amorem & ſtu-
dium nobis vindicemus, cum ea virtutis potentia ſit, vt vitium ipſum ei famula-
tum præſtare cogatur, vt in quodam è noſtris paradoxis moralibus olim nos ex-
plicauimus: præmium pariter erit maximum, quod eius magiſterio eruditi, mo-
deſtiæ detenti repàgulis, ſubiectos nobis populos benignè comiterque tractabi-
mus; & inſolentis animi affectiones refrænabimus: illud humilitas efficiet, vt de-
miſsè de nobis ipſis ſentientes, quoſcumque omnes, licet minores, æquâ æſtimatio-
ne proſequamur, nec illis, quos dignitatis titulo præſtamus, vel ſanctiores vel do-
ctiores nos faciamus; vt optimè Præſules omnes Diuus Gregorius admonuit. Sed D. Greg. paſt. c. 6.
omnium maximum præmium illud erit, quo humiles decorantur in Cælo: vt enim
argutè Diuus Thomas aſſeruit, præſens hæc & futura, quæ ſupereſt in æternitatem
vita, lances duæ ſunt, quarum vna quò magis deprimitur, eò altius altera ſubſtol-
litur: ex eadem Chriſti ſapientia hoc habes. *Quicunque humiliauerit ſe ſicut par-* Matth. 18.
uulus iſte, hic eſt maior in regno Cælorum. Meritò igitur Diuus Auguſtinus ſtatuit;

Excelſa

Google

D. Auguſt. ep. 56. ad Dioſc. *Excelſa eſt patria, humilis eſt via; ergò qui quærit patriam, quid recuſat viam?*
Quàm ineptiret, qui montis culmen aſcenſurus humillimæ vallis viam aſſumeret? A
inſulſæ mentis eſt, ad finem attingendum media opportuna negligere.

His igitur omnibus æqua mente perpenſis, egregium conſilium, quo ſe Præſu-
Dio. Cart. ſer. 6. de S. Thom. les moderentur, illud erit, quo ſuos Aſcetas Paſtor Abbas, referente Carthuſia-
no, informabat: tam ſcilicet nobis frequenter de humilitate cogitandum, quàm
ſpiritum reciprocamus. Vtinam Dei beneficio vera nobis atque intima inhæreſ-
cat humilitas; quæ verò fucata eſt, & ad ſpeciem compoſita, euaneſcat; ne cum
Epiſcopo illo, cuius arcana Diuæ Brigittæ Deipara Virgo detexit, papilioni com-
paremur; hic enim quò magis ſimulatè humilis ad omnia ſe abijciebat, tùm ſermo-
ne, tùm veſtibus; eò ſuperbior omnibus ſe præferebat, honores emendicans, lau-
des quæritans, ſuique opinione delectatus.

His ego adnumerare non audeam Adelbertum Hanburgenſem Antiſtitem, qui
Cranz. l. 4. Metrop c. 6 demiſſiſſimè ad pauperum pedes ſe ſubijciebat, vt eos frequentèr ablueret, cum ta-
men, Crantzio narrante, non tantùm ſibi pares, ſed ne quidem Principes debita B
vellet obſeruantiâ venerari: Magnanimitati & conſtantiæ hoc ego tribuerim di-
gnitatis authoritatē fulcienti; ſed nec illud latet, ſuperbum apud alios eâ de causâ
audiſſe, ac ſi nec ſibi paribus, nec viris ſe maioribus ſubmittere dignaretur, ne ſe
illis minorem exhiberet: inferiores verò, qui contendere cum ipſo de dignitate
non poterant, tam humilis & liberalis exciperet. Illud non ignoro, humilitatem
Land. de vi-a Chriſti p. 1. c. 5. Deo pergratam, Landulpho docente, tribus in rebus verſari: In ſubiecta ſui ip-
ſius opinione, cuius vi ſe ipſum quiſque contemnens, Deum vnum honorum om-
nium largitorem agnoſcit; in honorum dignitatumque deſpicientia; fortuitas enim
& leuiſſimas illas habens, tumorem & faſtum ex eis non concipit, ſed tanquam
depoſiti loco non ſine timore ab eo ſeruantur; in aliorum opinione & pretio, quo
reliquos omnes, vt ſe digniores, & præſtantiores veneratur.

Exempla ad hoc idem illuſtrandum affe- C
runtur. Cap. XXXVIII.

Hierarcharum omnium prototypus & conditor Chriſtus Dominus, quem id-
circo Diuus Petrus *Paſtorem & Epiſcopum* appellauit, vt in ſe ipſo egregium
p. Pet. 2. 29 humilitatis exemplum Myſtis omnibus exhiberet, & ab eis tumorem omnem è
dignitatibus exceptis amoueret, cum maioris pretij apud eum ſit famulari, quam
Imperare, clarè omnibus ſignificauit, haud quaquam Hyerarchici ordinis Prin-
cipatu ſe donatum, vt inter famulantium greges deliciaretur & ſuperbiret, ſed vt
in omnes famulatum exercens, ſanguinem ipſum & ſpiritum, populorum com-
modo, larga diffuſione donaret: *filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare,*
Matt. 20. 28 *& dare animam ſuam redemptionem pro multis*. Vt autem hoc ipſum Apoſtolis eo- D
rumque Succeſſoribus magis innoteſceret, ad eum humilitatis apicem deuenit,
vt eo ipſo tempore, quo ſibi dignitatum omnium faſtigium meditabatur, eorum
pedes abluere dignaretur; quàm acutè ſacrorum Scriptorum Aquila hoc perſpe-
Ioan. 13. 3. xit. *Sciens Ieſus, animo voluens, quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à
Deo exiuit, & ad Deum vadit: ſurgit cœna, & ponit veſtimenta ſua: & cœpit lauare
pedes Diſcipulorum, &c.* Habes ex Hebræo.

Ex ipſo temporis articulo, quo rerum omnium imperium ſibi à Patre collatum
& breuî ſupremâ cum poteſtate cæleſti è ſolio exercendum recogitabat, maximâ
Thop. ibid. ſubmiſſione ſe geſſit, vt illud nos edoceret, iuxtà Theophilacti Bulgarorum Anti-
ſtitis ſententiam: *Conſidera igitur, quod humiliari opus eſt eius, qui à Deo egreſſus
eſt, & ad Deum vadit: Superbire, & faſtuoſum eſſe opus eſt eius, qui à dæmonibus
exiuit, & ad dæmones vadit*; tunc cum eius potentia maximè porrigebatur, & ad
S. Primas in ad Philip. 2. 6. excelſiſſimum apicem efferebatur, non tantùm ſui Principatus ſpeciem omnem ob-
uelauit; ſed ſeruis ſuis ipſe præſtitit ſeruitutem. *Accepit formam ſerui, ita vt pe-*
des

des lauaret, nihil ſibi vindicans poteſtatis cum haberet omnium dominatum quaſi V-
A *nigeniti à Patre.*

Eò humilitatis Dominus amantiſſimus deuenit, vt nullus vnquam, ſi Guerrico Guerric. ſer. 1. in ramis palmar.
Abbati argutè hoc conſideranti danda fides ſit, ſeruus fuerit, qui eâ beneuolen-
tiâ & fide domino ſuo inſernierit, quà coluit ipſe ſeruos ſuos: quin his nequaquam
contentus, eadem nos humilitate vel in Cælo ſignificauit excepturum, vt noſtram
beatitatem amplificet, & vel dapiferi, vel pincernæ munus exhibentem, noſtræ
voluptatis authorem futurum, ambroſios, & nectareos ſuæ diuinitatis fontes no-
bis teſetando. *Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, &* Luc. 12. 19.
tranſiens miniſtrabit illis. ad quæ ſtupore correptus Diuus Petrus Chryſologus
ait, *Qui tibi in terra lauanda pedes extremum repræſentauit obſequium, & promiſit* Pet. Chriſ. ſer. 24.
in cæleſtibus nouiſſimam ſeruitutem; ille in cæleſtibus parat conuiuium, ſe miniſtro.
Quînam ergò infulatus ſuperbiat, ſi purpuratus Dominus Cherubim alis inſidens, Pſ 72 9.
Qui ſedet ſuper Cherubim, ſuperbiam edomat, & triumphum humilitati de pro-
B fligato faſtu decernit? an nos populis noſtris inſeruire dedignabimur, dum gloriæ
Princeps ſui exemplo nos præit? audi Bernardum, *Magna humilitatis virtus, cui* Ber. ſer. 160
etiam Deitatis maieſtas tam facilè ſe inclinat.

Licet autem tàm eximia humilitatis exempla ad recentes fidei vagientis Epiſco-
pos erudiendos, Deus homo præſtiterit; ad eam magis in eorum animis confir- D. Ber. ho. ſuper miſſus eſt.
mandam, tanquam Magiſtram & Ducem parentem ſuam Mariam Auguſtam eis
tradidit; ea namque fuit, quæ humilitate, tanquam validiſſimo magnete, ex æterni
Genitoris vtero in vterum ſuum Verbum æternum attraxit, è Gloriæ ſolio CæliRe-
gem rapuit, vt in ſui ſinus ſolio collocaret. *Etſi placuit ex virginitate, de humilita-*
te tamen concepit.

Nulla ſanè aptior ad eius explorandam humilitatem menſura dari poteſt, quàm D. Pet. Da. ſer. 3. in natiu. Virg.
eius gradus excellentia, ad quam Dei beneuolentiâ conſcenderat: nec enim aliâ
de cauſa tanto faſtigio ſuprà cæteros eminet, quàm eo quòd humillima præ cæte-
ris fuerit, docente Damiano. *Tanto apud Deum faſtigio creſcere meruit, quanta ſe*
C *apud ſe ipſam humilitatis deiectione ſubſtrauit.* quis credat? Diuinum quid in digni-
tate ſuâ refert! & nihilominùs, quæ Dei mater erat, non modo demiſſam ſui o-
pinionem ſeruauit, ſed auxit; quàpropter vt in cæteris, ſic etiam hac in re perenne
miraculum fuit, prodigium admirandum, & in ſe ipſa Idæam expreſſit, ad quam
ſacris dignitatibus ornati viri ſuos informaturi mores eſſent, vt faſtum omnem
dediſcerent. Tanti humilitas habita ab eâ fuit, vt ne illam otioſam omitteret, ip-
ſam ſuam illibatam virginitatem obſcurati aliquatenùs in hominum opinione paſ-
ſa fuerit: Virginei quidem candoris, qui diuino è partu conſecratus quidem fuit,
non denigratus, myſterium obueletur, ſed pompam ſui faciat humilitas vbique
ſe prodens: Purificationis legem, quà nullatenus tenebatur, humillimâ obedien-
tia exequatur, ne ſi eâ ſe exhibuerit immunem, ſua decreſcat humilitas.

Vt autem ex innumeris, quæ congeri poſſent, exemplis, quibus Paſtores pijſſimi
hac in re nobis præluxerunt, primarium libentiſſimè locum Principi Apoſtolorum,
D Chriſtique Vicario Petro dandum arbitror, qui præter ea, quæ ſuperiùs ſcripſimus
vnâ tantùm humilitatis viâ tantũ Pontificiæ dignitatis verticem eſt aſſecutus: cum
enim ipſe ingentem piſcium copiam ſuis retibus ad diuinæ vocis nutum ſeſe immit-
tentem inſpexiſſet, tam demiſsè abiectèq; de ſe ipſo ſenſit, vt indignum ſe noſcens,
qui Deum tam excelſa prodigia patrantem nauicula ſua exciperet, deuolutis ad
eum pedibus ſupplex pronunciauerit, *Exi à me, quia homo peccator ſum Domine*:
ex hac tam inſigni humilitate, vt Diuus Chryſoſtomus, & Ampigollus docent,
Vaticani culmen aſcendit Petrus imperij, ſupremamque ſacri regiminis præfe-
cturam ipſe ſuſcepit: ſed accipe Chryſoſtomum, *ſic etiam Petrus ait, exi à me Do-* Luc. 5. 8.
mine, quia homo peccator ſum, & proptereà factus eſt Eccleſiæ fundamentum. E ver-
bis id colligit Carthuſianus, quibus fœlicem eum peccatorem fuit Chriſtus allo- Ampigoll. in ſua bibl. aurea c. 59.
cutus. *Ex hoc eris homines capiens; Ex hoc*, id eſt, *huius ſtuporis & humilitatis me-* D. Chriſoſ. hom. 3. in Matth.
rito, eris capiens homines. Licet autem ex eo potiſſimùm tempore ad totius Chri-
ſtiani orbis imperium euectus ille fuiſſet, adhùc tamen initiandus non dum vide-
batur Epiſcopus, niſi recenti humilitate ſplendeſceret; nec aliud in cauſâ fuiſſe Carth. ibi.

dixerim, Tolero Cardinali docente, cur cum de amore examinans, non de eo
Ioan.21.15. contentus quod primùm interrogauerat, *Amas me*, ſubdidit etiam *plus his*: cum A
enim properante ad cruentam mortem ſuo Magiſtro, ſe cæteris diſcipulis ipſe
præculerit, *& ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor*; ſi-
Matth.26.23. gnificari vtique omnibus debebat, non amplius eadem ſuperbia laborare, adeò
vt cum de amore ageretur, ſe alijs præferre non auderet, amorem tantùm ſuum
explicauit, imò nec ſuæ cognitioni fidens, Dei omnia agnoſcentis intuitu ſuam
metiendam dedit charitatem, *Tu ſcis Domine, quia amo te*: ad hæc verba parem
ſe ad tantum Principatum oſtendit.

Ad aliud egregiæ humilitatis exemplum, quo Princeps idem Apoſtolorum eni-
tuit, properandum mihi eſt: cùm enim prima fidei adhùc lateſcentis ætate, ad
rem facturum ipſe ſe crederet, ſi tempori obediens pateretur, vt Hebræi Chriſti
fidem amplexantes, aliquem legis Hebraicæ ritum ſeruarent, vt dulciori quo-
dam modo ad Chriſtianam Religionem accederent; repugnans ei Diuus Paulus,
qui ad Galathas ſcribens hoc ſuo ſtylo teſtatur, plurimis eum dictis caſtigauit; B
Galat. 2.11 *Cum autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis
erat*. Cui facillimus Petrus acquieuit. Duæ hìc in arenam prodire virtutes mihi
videntur, de palma decertantes: hinc Petri humilitas, quæ Apoſtoli ſibi minoris
cenſuram patitur, qui Chriſtianam fidem olim fœdâ inſectatione vexauerat, qui
nunquam præſentis Chriſti Domini verba ſuſceperat; hinc ſanctiſſimus Diui Pauli
ardor, qui vbi de re Diuinâ agitur, rationes quaſcumque humanas effringens,
ſupremaque dignitate non territus in Petrum pugnat inuictus: ſuas harum quæ-
que partes egregiè exercet; cui tamen harum palma concedenda videtur? Arbi-
trum de hoc ſe ſtatuit Auguſtinus, vtrâque primùm accuratè librarâ, tandem
D.Auguſt. ep.10. ſuam fert pro Petri humilitate ſententiam. *Multò eſſe enim mirabilius, & laudabi-
lius, libenter accipere corrigentem, quàm audacter corripere deuiantem: eſt laus ita-
que libertatis in Paulo, & ſanctæ humilitatis in Petro*, ſic ille. E pio Pauli ardore
edocemur, quàm impauidè in rebus diuinis ſeruandis nos gerere debeamus, è Pe-
tri etiam humilitate erudimur, quàm patienti moderatoque animo aliorum nobis C
minorum reprehenſiones ſimus excepturi: ſanctus vtique ardor in nobis exigitur,
ſed potiorem locum ſortiatur humilitas: ex hac potiùs, quàm ex illo nos erimus
illuſtriores, cum illuſtriora nobis humilitatis, quàm zeli exempla Chriſtus nobis
impertierit; clarior igitur ex humilitate Petrus, quàm è zelo fuerit Paulus: rurſus
dabo Auguſtinum, *Petrus rarius & ſanctius exemplum poſteris præbuit, quo non
dedignarentur, ſicubi fortè rectum tramitem reliquiſſent, etiam à poſterioribus cor-
rigi; quàm Paulus, quo confidenter auderent etiam minores maioribus pro defenden-
dâ Euangelicâ veritate ſaluâ fraternâ charitate, reſiſtere.*

Enixè pariter perpendendum illud eſt, quòd adeò ab animi elatione fuerit Pe-
trus in Vaticanâ Præfecturâ alienus, vt potiùs magis magiſque in ſui humilitate
proficeret, adeò vt ad crucis ſupplicium damnatus, quò hilarior eam fuit am-
plexatus, eò triſtius ab eadem ſe auerterit, metuens, ne in triumphum ſe con-
uertente ſupplicio, ex eâ cruce, quam ſuus idem Magiſter aſcenderat, illuſtris &
glorioſus euaderet; dedit quidem non ſibi ſed humilitati triumphum, ſupplicium D
excepit, reiecit honorem, ibique elegit, vt ſuum caput ſtatueretur, vbi crucem
ſacraturi Chriſti pedes inhæſerant: peracutè excogitauit hæc Diuus Auguſtinus
D.Auguſt. ſerm.de SS. Pet.et Paul. tom.2. his verbis, *In illâ cruce imitari metuens ſacrificium Redemptoris, capite in terram
demergi elegit. O virtus humilitatis ingenita! honorari etiam ſupplicij genere per-
timeſcit, & qui non recuſat Dominici tormenta patibuli, ſimilitudinem expaueſcit
triumphi*. Quàm eximiè, Deus immortalis, hic edocentur, qui ad ſacrum regi-
men exercendum eliguntur, vt in ſuo ſolio dominantis inſtar humilitatem col-
locent, & obſequia honoreſque, quibus excoluntur, ità recipiant, vt non ſibi, ſed
dignitati eos tribuant, quàm ſolum, vt diximus, depoſiti loco tenere arbi-
trentur.

Diui Petri nomen quàm benè induit Sanctus Petrus Alexandrinus Antiſtes, ex
Sur. in eius vita. illuſtri humilitate, quàm præferebat: ad eas infulas, quas olim Diuus Marcus E-
uangelicæ legis Scriptor induerat, hic euocatus, indignum ſe tantâ ſede recogi-
tans,

A tans, nunquam immorari in eâ voluit, ſed tantùm ad eius gradus aſſidere: quàpropter poſtquam diem ſuum obierit, populus Pontificijs eum veſtibus indutum ibi collocauit, vt quem ſibi viuens humillimè denegauit honorem, mortuus iure merito poſſideret.

Humillimus pariter Diuus Ignatius fuit, egregius Apoſtolorum diſcipulus, & imitator, Antiſtes ſanctiſſimus, & Martyr inuictus: hic enim eodem ipſo tempore, quo ad Chriſti fidem propugnandam ducebatur, ad necem reliquis omnibus Chriſti fidelibus ſe minorem ducebat; quàpropter ad Magneſianos eum de morum fortitudine & integritate commendantes ſcribens ait, *Tametſi vinctus ſum, comparandus tamen vni veſtrum ſolutorum non ſum*. Aliàs verò ad Romanos ſcribens, de Epiſcopis ſermonem habens, ea de ſe humilitate allocutus eſt, quâ de me loqui ipſe poſſem & deberem. *Me pudet de illorum numero dici; non enim dignus ſum, cum nouiſſimus eorum ſim, & abortiuum quippiam.* D. Ignat. ep. 6. D. Ign. ep. ad Roman.

Opportunè hic etiam addendum videtur excelſæ humilitatis exemplum, quâ B Syneſius præcellebat: hic enim quacumque rerum eruditione, ſed potiſſimùm animi ſanctimoniâ ſpectatiſſimus, cum inuitus ad Ptolæmaidis infulas efferretur, ſummoque pretio omnibus haberetur, adeò vt Theophilus Alexandrinus Patriarcha Epiſcoporum Seniorum cauſas agendas illi committeret, ad eundem Theophilum ſcribens ab eo petit, vt commendatum eum Deo habeat, cum præ ſuorum ſcelerum numero Deum ex ſe alloqui erubeſceret, hæc etiam addens, ſinixtra mihi omnia accidunt, eo quòd cum à Dei fide alienus diù fuerim, ad diuinas aras audactèr acceſſerim. Sineſ. ep. 95

Inter Præſules quidem Diuus Hyeronimus licet Præſul non fuerit, recenſendus omninò videtur; Chriſtianam enim Religionem ſuâ ſapientiâ illuſtrauit, & ad eum clariſſimus quiſque ſuæ ætatis Antiſtes, tanquam ad oraculum accedebat, adeò vt Diuus de eo Auguſtinus dixerit, *Cuius nobis eloquium ab Oriente, vſque ad Occidentem inſtar lampadis reſplenduit*; vt alia miſſa faciam præconia, quibus C eius nomen Diuus Proſper, Caſſianus, alijque exornarunt. Qui igitur toti terrarum vniuerſitati miraculi inſtar habebatur, ſcribere non formidauit, quòd plurimis licet ſe criminibus obſtrinxiſſet, à primâ vſque ætate ſuperbiam omnem tanto odio habuerit, vt præ cæteris vitijs illam fuerit deteſtatus, vtpotè quæ Dei furorem in ſui excidium obarmet: aliàs etiam ſcribens ait, in explicandis ſacris litteris, nunquam ſuæ opinioni innixum, aliena ſemper ſuffragia quæſiuiſſe. D Auguſt. contr. Iul. l. c. 7.

Quàm autem altè Diui Auguſtini animo humilitas inhæſerit, explicare ſatis poterit, qui eius opuſcula, quibus ſuas confeſſiones & retractationes exarauit, accuratè verſauerit: in illis enim ſua crimina, licet ſacro fonte deleta, cunctis euulgat, ſtyloque tàm valido vel leuiſſimas noxas amplificat, vt eas augere videatur: in his enim indoctum ſe prodere conatur, quamuis ſcientiarum omnium theſaurus, fideique orthodoxæ eſſet oraculum: hunc autem morem ſemper ipſe ſeruauit, adeò vt anniuerſariâ ſuæ dignitatis die populum pro panegyri alloquens, veniam publicè de criminibus, quibus ſe infeciſſe arbitrabatur, expoſcat: nec tantùm ad D Hyeronimum ſcribens, plurima ſe neſcire profitetur, quibus ab eo erudiri ſupplex petit, ſed ad Euxentium Præſulem pariter ſcribens, eximium illud acroama ſacris legibus immixtum pronunciauit: *Senex enim à iuuene, & Epiſcopus tot annorum à collega, nec dum anniculo paratus ſum doceri, quomodo poſſim, vel Deo, vel hominibus iuſtam reddere rationem.* Quin nunquam ſuo ingenio fretus humillimum noſtræ ſalutis Aſſertorem validiſſimè orabat, vt ſuperbiæ ſpiritu profligato, humilitatem eius ânimo inſinuaret: *Redemptor mi expelle à me ſpiritum ſuperbiæ, & concede propitius theſaurum humilitatis tuæ.* D. Auguſt. med. c. p. D. Aug. ho 24 & 50. D. Auguſt. ep 28. D. Aug ep. 75. c. 1. 24. 9. 3.

Quid de Sydonio Apollinari dixerim? Patritiâ dignitate hic excellens, & Auiti Cæſaris gener, amœnioribus omnibus diſciplinis tâ fœliciter ſplendidè & ornatus, vt trideuigeſimum annum agenti Senatus conſulto erectum ei fuerit ſimulacrum in foro Traiano: quadrageſimum annum agens Aluernenſibus infulis donatus, mores ſuos tam compoſitâ lege temperauit, vt myſtam numeris omnibus abſolutum in ſe deſcriberet, præſtantiſſimâ ſanctimoniâ ſplendeſcens, omnibuſque ijs virtutibus irradiatus, quibus perrarò humanus animus redimitur; de ſe- Bar an. 4 2 2

tamen adeò demiſsè humiliterque ſentiebat, vt Diuo Lupo Trecenſi Epiſcopo A
per Epiſtolam reſpondens, ſe illius precibus commendatiſſimum habens, hæc pro-
Sidon. l. 5. ep. 3. ferat. *Facinorum continuatione miſer, eò neceſſitatis acceſſi, vt is pro peccato po-
puli nunc orare compellar, pro quo populus innocentium iure debet impetrare, ſi ſup-
plicet.*

Hac eadem ferè ſcribendi formâ ſuum Auum Apollinarem alloquens, maximo
ſuam conſcientiam pondere laborare fatetur, eo quòd qui vix diſcipulus in pale-
ſtrâ virtutis eſſet, ad alios erudiendos Magiſtri loco præficeretur, & infœcundæ
arboris inſtar verborũ pompam tanquam folia explicaret, fructibus omnibus de-
ſtitutus: plures etiam hac de re exarauit Epiſtolas, quæ ſuæ ſatis humilitatis con-
ſtantiam oſtendunt, quæ in tanto viro eò ſpectabilior erat, quò commendabilior
D. Ber. hom. 4. ſuper Miſſus eſt. eius erat integritas; vt enim ait Diuus Bernardus, *Magna prorſus & rara virtus
humilitas honorata.* Sanguinis ſplendor, opum præſtantia, titulorum apex, ſci-
entiarum iubar, excellentia nominis eius magis humilitatem illuſtrabant & perfi-
ciebant, adeò vt ad eius humilitatem tanquam ad clariſſimam facem componere B
ſe poſſent Præſules illi, qui ſacris dignitatibus velificantes, hoc valido nauigio
deſtituti, fieri non poteſt, vt fœliciter ad littus appellant.

An magnum vbique Leonem Pontificem miſſum hic ego fecerim, tam illuſtre
eruditione, morumque integritate conſpicuum? ſed nullus eo humilior, adeò vt
concionem ad populum habens, cum Vaticani regiminis mole premeretur, dixe-
D. Leo ſer. 2. tit: *Quid enim tam inſolitum, tam pauendum, quàm labor fragili, ſublimitas hu-
mili, dignitas non merenti*, quàpropter vnâ cum Abacuc Vate proferens, *Domine
Abac. 3 audiui auditionem tuam, & timui; conſideraui opera tua, & expaui*; illa etiam ſub-
deret *Reſpiciens videlicet ad exiguitatis meæ tenuitatem, & ad ſuſcepti muneris ma-
gnitudinem.* Voluntaria aſperaque ſupplicia, quibus idem Pontifex ad Diui Pe-
tri Sepulchrum ſe ipſum diù caſtigauit, ad ſuorum criminum veniam impetrãdam,
præterire hic licet, ac ſi tam multiplici ſcelere ſe reum agnoſceret, quàm re verâ
ſanctiſſimâ operum integritate præſtabat.

De Gelaſio Pontifice ea memorare fas ſit, quæ ipſemet ad Euphemium ſcri- C
D Gregor. l. 1 ep. 4. 5. 6. 14. 19. 41. bens exarauit. *Ego quidem ſum omnium hominum minimus ſatis immeritus ad ſan-
ctæ ſedis officium, niſi quod ſuperna gratia ſemper operatur magna de paruis.* Con-
ſtantiſſimam probatiſſimamque virtutem quis hic non agnouerit. Omnium ſuffra-
gio digniſſimus tantâ dignitate cenſetur; ſed omnium abiectiſſimum, eàdemque
perquam indignum ſe prodit.

Verùm ni fallor, omnium præſtantiſſimus hac in re fuiſſe mihi videtur Magnus
Gregorius: vbique enim, ſi vel eius Epiſtolas, vel Paſtorale, vel Homilias, vel
Moralia verſaueris, pretioſiſſimas ferè gemmas diſſeminauit, ad humilitatem
fouendam aptiſſimas ſententias, quibus triplex ſuum Pontificium diadema
coronat.

Excreſceret nimis oratio, ſi congerere hic vellem ea omnia, quæ arguitiſſimè
excogitata ipſe exarauit; quod tamen difficilius eſt, & magis ratum: tam egregiè
ſimul cum humilitate honeſtatem ille temperauit, & animi abiectionem cum D
mentis conſtantiâ deſponſauit, vt nullum ferè reliquerit imitationi locum; illud
vnum dixiſſe ſufficiat, quod Mauritio Cæſari, qui eâ, quâ par erat veneratione
eum habebat, per epiſtolam ſignificauit; poſtquam enim grauiter de hoc eum
corripuerit, ſimulque obſeruantiam Dei lege Epiſcopis debitam declarauerit,
Italiæque incommoda & excidium, Mauritio imperante, deſcripſerit, Pontificium
lituum ferè deponens, ſuaque è ſede deſiliens ſtylo demiſſiſſimo ſermonem de ſe
habens, infortunia illa omnia in Italiam exundantia ſibi vni ſuiſque flagitiis tri-
D. Gregor l. 4. ep. 31. buit. *Ego homo peccator ſum; & quia omnipotenti Deo inceſſanter quotidiè de-
linquo, aliquod mihi apud tremendum examen illius eſſe remedium ſuſpicor, ſi in-
ceſſantibus quotidie plagis ferior: Et credo quia eundem omnipotentem Dominum
tantò vobis amplius placatis, quantò me ei malè ſeruientem diſtrictiùs affligitis.*
Sophron. in prat. ſpirit. c. 15. Sic tantus Pontifex: Hæc referre placuit, vt ſolatium ſimul & documentum ex
eo hauriamus, ſi fortè nos populi Principeſque iniquè uexauerint: quid profectò

noſtra

noſtrâ hac ætate politicæ diſciplinæ ſtudioſi viri dicerent, ſi compertum eis eſſet, A ſupremum & maximum totius Hyerarchiæ ſacræ Præfectum, Abbati Ioanni Perſæ obuium factum, qui Romam pietate ductus acceſſerat, ad eius pedes aduolutum accurriſſe, nec vnquam aſſurrexiſſe, quoad vſque idem Abbas, qui ſimul ſupplex ſolo ſe dederat, prior non ſe extuliſſet; permoleſtè hoc illi exciperent, ac ſi indecorum quid, & Romanâ Pontificis Maieſtate indignum perpetraſſet; ſed pijſſimus ille Abbas, qui hoc è Sophronio narrat, hæc addit: Deum certè gloriâ ego affeci, eo quòd tàm humilem, tàm miſericordem, tàm pium Supremum Pontificem effecerit.

Memorandum aliud hic mihi narrandum occurrit de alio Gregorio Antiocheno Patriarchâ: hic enim, cum in Mauritium Cæſarem rebellantes acies fortè conſpiceret, genibus humillimè flexis, miliieſque cum lachrymis orans, vt ab inceptâ conſpiratione deficerent, æſtus ſeditionis extinxit.

Cardinalis Baronius, qui hæc ex Euagrio refert, ſicut aduertit in precibus & Baron. ann.
B lachrymis Chriſtianæ eloquentiæ potiſſimam vim ineſſe, ſic in eos ſe vibrat E- 568. in prin
piſcopos, qui arrogantiæ & oſtentationis ſtudioſi, humilitatem omnem tanquam cip.
ſuo munere indecoram à ſe repellunt, & flagitij loco ducunt verticem laico occurrenti ſubmittere, ni prior ipſe ab eo ſalutetur.

Sed quæ de Goffredo primo Ambianenſi Antiſtite, viroque numeris omnibus Sur. in vita
abſolutiſſimo narrantur, nefas mihi eſſet omittere: hic enim cum abdicatis infulis S. Goffr. 8.
inter Carthuſianos Aſcetas ſe adſcriberet, ad populum ſcribens hortatus eum eſt, Nouemb
vt Præſulem ſibi alium compararet, cum in eâ certus opinione perſiſteret, vt Baron. ann.
tanto Sacerdotio ſe prorſus indignum exiſtimans, nunquam fieri poſſet, vt ad ſa- 1114.
cra ſubſellia reuerteretur, ne populum, quem ad pietatem ſuis moribus componere & informare debebat, ſuo vitiaret exemplo: Epiſtolam hanc, cum aliqui ex vrbis ciuibus Synodo Bellouacenſi, cui Cardinalis Conon Paſqualis Secundi Legatus præerat, obtuliſſent, difficile dictu eſt, quot lachrymas ex eorum Patrum oculis expreſſerit, & quam admirationem ipſis attulerit; ſanctè tamen ipſi etiam
C decreuere, vt tam illuſtri viro Epiſcopatus ille denuò gubernandus committeretur.

Hac quoque ſpectariſſimus humilitate fuit Eugenius Tertius, Diui Bernardi o- Baron. ann.
lim in religioſâ palæſtrâ diſcipulus: cum enim Clarenallenſe Aſceterium hoſpi- 1145.
tij loco incoluiſſet, benignum adeò & humanum ſe præſtitit omnibus, vt non Pontifex, at vnus ex Aſcetis videretur, tùm geſtu, tùm ſermone, tum precibus ſuam animi demiſſionem oſtendens: quam ob rem poſteâ factum eſt, vt tantâ fiduciâ admirandum *de Conſideratione* opuſculum, aliaſque inde epiſtolas egregijs & ſaluberrimis documentis inſtructas, ad eum Diuus Bernardus inſcriberet.

Sed quò me inclytus & inuictus Chriſtianæ Religionis Heros Cantuariæ Anti- Baron. ann.
ſtes vocat? cùm enim ad ſacram Hyeratici ordinis dignitatem propugnandam, 1164.
opes, titulos, dignitatem, Regis fauorem, conſanguineorum fortunas, vitam
D denique ipſam ſumma inter diſcrimina obiecиſſet, eiuſque cauſa coram Alexandro Tertio ageretur, ad Sanctiſſimi Pontificis & Purpurati Senatus aſpectum accedens, Patres, ait, Sapientiſſimi, cum mentiri nullibi liceat, quantùm nefas hic eſſet vobis Deoque mentiri? quàpropter vltrò fateor gemens, me tot turbarum, quibus ſacrum Angliæ regimen in præſenti vexatur, authorem fuiſſe: Chriſti ouile non per portam ingreſſus, quandoquidem publicæ poteſtatis potiùs terrore, quàm legitimâ electione ſacras ſedes aſcendi, & licet alienâ vi impulſus lituum Epiſcopalem ſuſceperim, humanâ potius, quàm diuinâ voluntate ductus hoc egi: quid ergo mirum, ſi tàm miſerandum exitum res meæ ſortiantur? Verum quidem eſt, quod ſi ad Regis arbitrium & minas, Epiſcopales ego infulas abdicaſſem, vt Britanniæ Epiſcopi non raro mihi ſualere, nimis quidem Orthodoxæ Religioni fuiſſem iniurioſus: quapropter eaſdem exuere diſtuli, quoaduſque veſtrâ in præſentiâ eſſem: nunc igitur cum meam electionem non ritè peractam, vireſque meas longè impares tanto Sacerdotio agnoſcam, triſtioremque exitum non tantùm rebus meis, ſed meo populo ipſique meæ dignitati formidem, Archiepiſcopalem dignitatem

tatem tibi, ò Pater Religionis, reſtituo, annuloque ſibi detracto poſtulauit, vt longè aptiori Præſuli donaretur, cum Præſulis ipſe tantùm nomen & iubar, non mores & munus expleuiſſet. A His verbis ex omnium oculis vberes ille fletus exhauſit, annulumque ſibi detractum reſtituit ei Pontifex, poſſeſſamque dignitatem confirmauit.

Bar. an. 98. Cum ad Pragenſes infulas Adalbertus efferretur, ſplendidum ingreſſus apparatum dedignatus, nudis pedibus Cæſaream Pragæ Vrbem ſubiuit, adeò vt non à vero alienum dixerim, quod Dynaſtarum & Procerum loco ſupremi Cæli mentes in comitatum habuerit; tanto autem in humilitate progreſſu ſe extulit, vt breui ipſum ſanctitatis apicem poſſideret.

Bruſch. de Epiſcopatibus. Villegiſius, Bruſchio referente, ſuarum virtutum ſuffragio Vangionenſi Epiſcopatu decoratus, vt faſtum à ſe omnem amoueret, animique elationem, quà intumeſcere poterat, compeſceret, curruum rotas exprimi & colorari iuſſit in Archiepiſcopalis Palatij parietibus, ſibique illud identidem ingeminabat, *Villegiſie quis ſis, quis fueris memento*. Parentem enim habuerat, qui curruum rotas fabrili opere conformabat; Verùm ſi nobilibus viris inepta prorſus videatur hæc rota B ad humilitatis theſaurum cuſtodiendum, rotam aliam habere præ oculis poſſunt, quà vel rerum fortuna, vel populorum facilitas explicatur, qui leuiſſimâ frequenter de cauſâ in Præſules inſurgunt efferati, eòque in eos odio contemptuque maiori feruntur, quò maiori veneratione & amore proſequi eoſdem deberent; periculorum rotam ſibi obijciant inſpectandam, quibus inter Præfecturæ curas implicantur moderatores: hoc certè collyrio Eugenij Tertij mentem ſeruauit Diuus

D. Bernar. ep. 137. Bernardus, ne oſtentatione & tumore Pontificiæ dignitatis cæcutiret. *Conſidero gradum & caſum vereor; conſidero faſtigium dignitatis & intueor faciem abyſſi iacentis deorſum; attendo celſitudinem honoris, & è vicino periculum reformido*. Demùm ſic ſtatuit: *Itaque aſcendiſti in altum, noli altum ſapere, &c.* Inter honorum faſtigia nihil magis formidandum, quàm vertigo ſuperbiæ: Si tamen quæcunque alia rota defecerit, temporis certè nunquam rota deficiet, quæ nos celerrimo curſu ad mortem adducit: conſiderandum illud *quis fueris* omitte, ſed nunquam recogitandum illud omittas, *quis futurus ſis*. C Rotæ inſtar irrequieto motu ſe circumuolentis vita noſtra eſt, quæ nulla vi retrahi poteſt, quin nos ad interitum rapiat: hoc certè aſpectu Aethyopes ipſi vtebantur, cum ad humilitatem recenti Pontifici inſinuandam, aureum vas luto refertum offerebant, ne ignoraret, ſub aurea eius Principatus ſpecie terram tegi, in quam demùm ſplendidus ille apparatus miſerrimè defluebat; noſtrum tamen vas non aureum credas, at luteum,

2. Cor. 4. 7. Nam *habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus*.

Quid tamen Aethyopas extremos peto, vt documentum hoc tùm mihi, tùm alijs exhibeam; cum Romanæ Eccleſiæ ritus tot ſeculorum ſerie roboratus ſit, vt maximo Pontifice Vaticani Imperii coronam accipiente, tenui ſtuppa ſuccensâ, illud præualidâ voce pronuncietur. *Beatiſſime Pater ſic tranſit gloria Mundi*; quem

Vgo Caren in c. 3. in ad Rom. morem Hugo Carenſis explicans ait. *Per fidem excluditur gloria noſtra, quia fides*

Eccl. 10. 11 *oſtendit nobis quod omnis gloria leuis* Eccl. 10. *omnis potentatus breuis vita & in eodem Rex eſt hodie, & cras morietur, & ideo vt Dominus Papa recogitet deſuper, in* D *eius coronatione coram eo ſuccenditur parum de ſtuppa, & dicitur ei: Pater ſic tranſit gloria Mundi*.

Hac etiam fortè de cauſâ, vt mortis proximæ conſpectu timorem omnem extinguerent, omnemque penitùs ſuperbiam ex animo euellerent ſupremi rerum ſacratum Moderatores, præcepit Deus, vt oleo, quod ſimul cinnamomum im-

Exod. 30. 23. mixtum haberet, ipſi inaugurarentur; hoc autem vt Gloſſa Interlinearis loquitur, cinereum colorem præferebat, quo iuxtà nonnullorum ſententiam, indicabatur, in cinerem quàm primùm Pontifices redigendos.

Hoc certè alexipharmaco vſus non nemo è Conſtantinopolitanis Hyeromiſtis

D. Pet. Da. opuſc. 39. c. 4. eſt, eximiè à Diuo Petro Damiano commendatus; ad ſuperbiæ enim morbum retundendum ſepulchralem vrnam ſibi magnificè elaborauit, quàm aſſiduè ſub aſpectum habebat, ac ſi primâ die excipiendus in eâ foret.

E Villegiſii exemplo ad aliud properare cogor, quod Diuus Thomas Villanoua-

A nouanus ſuos mores illuſtrauit: cum enim hic è tenui fortuna in Diui Auguſtini Religioſum ordinem prius cooptatus, ad Valentinas inſulas ſuarum præſtantia virtutum ſe extuliſſet, obſcurum, quo natus fuerat genus nunquam in dignitatis tam excelſæ luce dedidicit; adeò vt ſemel cum Saguntino & Palentino Hyerarchis degēs, patruum ſuum calamitoſi ruſtici ſpeciem ferentem hilari blandoque vultu excipiens, hoſpitem ſuum amantiſſimè habuerit, eis ſignificans, patruum ſuum eum eſſe, ſuæque matris germanum: aliàs etiam cum ad eum acceſſiſſet Patruelis, boue ipſi mortuo deſtitutus, eadem amoris ſignificatione proſequutus eſt, caſtiſſimum Ioſeph imitatus, qui Aegyptij Regni Præfectus fratres ſuos gregum paſtores excipere non erubuit.

Narrationibus hiſce nullus imponeretur finis, ſi quæcumque humilitatis exempla, quibus ſanctiſſimi Præſules nos erudierunt, eſſet in animo centuriare: omnes enim, quorum nomen cum veneratione habetur, mirum dictu eſt, quantùm humilitate piiſſimâ præſtiterint: præterire tamen nullatenus hic mihi licet, è recentiſſimis Diuum Carolum Borromæum Pontificis ex ſorore nepotem, Principem Purpuratum, & Mediolanenſem Hyerarcham, virtutibus egregijs illuſtrem, moribus ſpectatiſſimum, heroicis operibus inclytum, omniumque ſuffragio Sanctum virum appellatum: tantus hic vndequaquè vir humillimè de ſe ſentiebat, ad ſuas laudes veluti vulneratâ modeſtiâ erubeſcebat, viros ſibi minores benignè ſimul & officioſè tractabat, ſuam quibuſcumque ſententiam poſthabebat, & quamuis non modicam ad dignitatis maieſtatem ſeruandam famulorum turbam haberet, nullius tamen opera vti ad res ſuas voluit, ſibi potiùs ipſi manu ſuâ inſeruiens: pedes per Mediolanenſem Vrbem incedens, licet pluuium cælum & viæ ptæ cænoſis ſordibus inuiæ eſſent, nobilium comitatum à ſe repellebat, famuloſque ipſos aliis in rebus diſtractos detinebat; ad hæc aliqui, quibus diuina deſipiunt, offenſi & ſubirati, ac ſi tam clara dignitas in eo obſoleſceret, varijs expoſtulationibus ad Pium Quintum Pontificem delatis, eius nomen ſugillarunt: Verùm vir humillimus tam aptè, tam ſanctè ſuos mores, ſuamque famam purgauit, vt maximam ſibi Pontificis exiſtimationem conciliauerit; Quid vltrà de eo memorem, quòd gentilitia domus excelſæ inſignia, ipſumque nobiliſſimæ gentis nomen à ſe excuſſerit? Verbo dicam, quàcumque Carolum inſpexeris, humilitatem præferebat, omneſque ſua geſta virtutis huius balſamo condiebat.

Giuſſan. in vita S. Carol. l. 8. c. 16.

Si ergò maximi viri & illuſtriſſimi in ſacro regimine heroes humilitatis virtutem tantâ ſedulitate excoluerunt, quodnam in ſacras dignitates vulnus infliget, qui humilitate reiectâ ſuperbiam induat, faſtum oſtentet? Hic profectò ſuo ſe more & ore damnabit, oſtendetque omnibus procul ſe ab eo animo eſſe, quem ſacræ dignitates exigunt, & ſæcularibus viris adnumerandum, ab ijs repellendum honoribus, quos Deus in humilitate velut in baſi collocauit.

Dignitatis maieſtatem & decus abſque humilitatis notâ ab Epiſcopo ſeruandam. Cap. XXXIX.

QVAE virtutes reliquas temperat moderatio, humilitatem etiam in Epiſcopis condit, & componit; modum, ordinem ipſa deſignat, & ad Sanctuarij lumen noſtras ipſa actiones attemperat, affectiones regit, moderatur mores: ſi hac deſtituantur virtutes, deformantur, in labes migrant, in vitia deſciſcunt. *Tolle hanc, & virtus vitium erit.* Sic concordi ſuffragio viri ſanctiſſimi ſtatuerunt: Quàpropter ad hoc vt commendabilis in ſacris viris humilitas ſit, ità ſe gerere debet, vt lui muneris excellentiæ non leuitèr quidem officiat. Humilitati ſimul & dignitati conſulere tenemur, ità vt vtrique ſimul ſuus honor, ſua veneratio tribuatur.

Quod

Quòd ſe aliquis vilipendi patiatur, in priuatis viris virtus eſt, in Præpoſitis vitium, cum in ſua perſona miniſterium & magiſtratus offendatur. A

Quæ in Hyerarchis excellere debet Humilitas, generoſa eſt, non vulgaris, nec dignitatem ſed perſonam tantùm attingit. Deprimere hæc infimum vſque ad gradum debet ſe, illa autem vſque ad ſydera extollenda: ſi acutum & graue in muſico concentu ſimul attemperentur, mirùm quantùm oblectant: Venuſtiſſima pictura eſt, quam colores ſimul & vmbra perficiunt: Verum quidem eſt, quod (D. Bonau. in reg. c. 10) in ſacra Hyerarchiâ è Chriſti mandato, Præſul *fiat vt minor*, ſed illud è Diui Bonauenturæ ſententia perpendendum eſt, quod ea Antiſtitum debet eſſe humilitas, vt ſimul etiam ſit generoſa, ne minor fiat vt maior.

Animo inſidere debet Antiſtitum humilitas, eaque menſura effundere ſe alijs debet, quà non contemptus patiatur, ſed veneratio amplificetur: Ad Eulogium Alexandrinum & Anaſtaſium Antiochenum Antiſtitem ſcribens Diuus Gregorius Pontifex duo ad hanc rem è Diuo Paulo excerpta acroamara coaptat, & hoc ſtylo ſuam Epiſtolam exorditur: (D. Greg. l. 4 ep. 36. Rom. 11. 13. 1. Theſ. 2. 6) *Cum prædicator egregius dicat: Quandiù quidem ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo: qui rurſus aliàs dicens. Facti ſumus vt paruuli in media veſtrum; exemplum proculdubio nobis ſequentibus oſtendit, vt & humilitatem teneamus mente, & tamen ordinis noſtri dignitatem ſeruemus in honore; quatenùs nec in nos humilitas timida, nec erectio ſit ſuperba.* B

Breui hac periodo definiuntur omnia, quæ prolixè ſatis congeri hic poſſent; pia quidem ſit humilitas noſtra non ſeruilis, excelſa non abiecta, prudens non inſipiens, maieſtatem referens non contemptum.

Si compertum experientiâ reddatur, quod è noſtra humilitate populorum arrogantia foueatur & augeſcat, audaceſque fiant ad noſtras leges deſpiciendas, noſtrumque nomen comprimendum, abſque vlla humilitatis iacturâ licet noſtram dignitatem tueri, & effrænes aliorum voluntates compeſcere, tumoremque retundere: hoc ſanè Tito Cretenſi Antiſtiti Diuus Paulus ſignificauit his verbis: *Argue cum omni imperio, nemo te arguat*, hoc eſt, ſic Diuo Hyeronimo explicante, (Tit. 2. 15.) authoritatem tuam tuere: in arrogantes, qui Præſulis humilitate abutuntur, ſuæque ſuperbiæ ex eâ alimentum componunt, imperio vtere, & potentiam ad eos coercendos obarma; Melaniæ aptiſſimum audi hac de re apud Palladium documentum: *Oportet aduerſus ſtolidos, tanquam carne & accipitre uti animi elatione, eamque tempore ſuperbia eorum in ipſos immittere.* C

(Pallad. in Lauſiac. c. 17.) Conforme huic eſt, quod Eugenio Pontifici Diuus Bernardus ſuppeditauit, vt ſcilicet aliorum potentiam, audacia faſtuque innixam, ſuâ auctoritate comprimeret, excelſoque animo ad ſuæ dignitatis iubar cuſtodiendum refrænaret: *Vbi* (D. Bern de conſid li. p. in fin.) *malitiæ cuncta potentia eſt, aliquid tibi ſupra hominem præſumendum: vultus tuus ſuper facientes mala: timeat ſpiritum iræ tuæ, qui hominem non veretur, gladium non formidat; timeat orationem, qui admonitionem contempſit: cui iraſceris tu, Deum ſibi iratum, non hominem putet: qui te non audierit, auditurum Deum contrà ſe paueat.* D

(Leſſ. de iuſt. l. 4 c. 4. dub. 9. n. 64.) Aequè obſcuratur virtutis ſpecies, ſi vel nimis excedat, vel decreſcat; quæ dignitatis lumen obſcurat humilitas, humilitas dicenda non eſt, ſed inertia, ſed puſilli animi languor; dignitatem proſtituere eſt, audaciam fouere, populos vitiare, vitia enutrire, morumque diffluentium proteruiam excitare.

Quòd Principum & Præſulum auctoritas effloreſcat, & perenni quadam virtute in ſuâ maieſtate conſiſtat, ad ſacrum ſimul & politicum regimen ſpectare videtur: qui cultum & obſequium ipſi vt parenti denegat, metum & obedientiam ei præſtet vt Præpoſito: piè aſperum experiatur, quem piè humilem eſt aſpernatus: terrorem ei quædam ſancta ſuperbia inferat, quem arrogantem benignitas fecit.

Dignitatem ſuam, non vel faſtu prætumidus, vel furore actus, vel ſuo genio (D. Hieron. ad l. ad adnerſ. Luciferiato p.) indulgens tueatur Epiſcopus, ſed ad populorum commodum, ad ſacram auctoritatem fulciendam, quæ cum in Epiſcopo ſit, non longè ab hæretico diſcedit, qui eam aſpernatur: *Eccleſię ſalus in Summi Sacerdotis dignitate pendet.* Hæc

Hye-

Hyeronimus: ſuum illa nitorem in ſuo Præſule ſeruat,ſuamque potentiam in eius A inſulis pandit.

Hinc eſt, quod licet ad priuatam humilitatem, & mutuam beneuolentiam fouendam referri videatur, quod ſi quis alterius animum mordaci ſermone exaſperauerit, ſatis ei factum putet; ſi pœnitentia affectus,ſui criminis veniam ſupplex ab eo poſcat; hoc tamen, quod maximè commendandum in alijs eſt, nullum habere laudis locum videatur in Præſule, vt eum ſubdito faciendum ſit,quem ipſe ſalutari quidem, ſed immodicâ correptione reprehenderit: huic ille humilitati hærere omninò non debet, ne patem quodammodò ſibi ſubditum faciat, vt ſuæ dignitatis amplitudini conſulat, vt ſuam auctoritatem confirmans eius audaciam extinguat, quæ facilè ex aliena beneuolentia deformi partu progerminat: quâ de cauſâ Diui Auguſtini lex fuit, vt inter ſacros Canones reperies, vt ſi hoc euenerit, non à ſubditis ſed à Deo petenda ſit venia. *Quando neceſſitas diſciplinæ minoribus coercendis, dicere vos verba dura compellit, ſi etiam ipſi modum vos* B *exceſſiſſe ſentitis, non à vobis exigitur,vt ab eis veniam poſtuletis: ne apud eos,quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimia ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas, ſed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos,quos plus iuſto fortè corripitis, quantà beneuolentià diligitis.* dedi Auguſtini ſententiam. D.Aug. de vit regul.c. quando 4. 86.diſt

Expertus hoc ipſe vtiliter ſum, cum enim mihi innotuiſſet, è Myſtis meis non neminem, non ea qua decebat honeſtate cum quadam fœminâ verſari, amantèr & beneuolè eum corripiendum cenſui, quod cum ego conficerem,tantâ ille confidentiâ pietatem & pudicitiam ſuam exaggerauit, vt alium planè Xenocratem redoleret; quapropter me deceptum exiſtimans, excuſationem efflagitans, animique ſimul voluptatem aperiens, quâ pudicos eius mores exceperam, perhumaniter eum dimiſi: vix à me diſceſſerat, cum mulierem hanc recentèr accedens, ait, ſecurè quidem & liberè in poſterùm verſari ſimul valebimus, cum inertem & fœmineum animum in Epiſcopo inuenerim; ſed re verâ non impunè hæc ille præſtitit; opportunitate enim datâ non fœmineum ac elanguidum, ſed virilem C & inuictum animum ad eius licentiam compeſcendam oſtendi.

Opportuna etiam eſt humilitas Præſulis, vt populo, viriſque etiam, maximè vulgaribus fiduciam inſinuet, vt Præſulis tanquam Parentis opem efflagitent; ſed æquè neceſſarium Præſuli eſt, vt metu coerceat ſubditos facilè ad vitia procliues, ſuæ dignitatis pondus facere, ſuamque maieſtatem pari poteſtate fulcire: ſuæ dignitati hoc ipſe debet,quam maximè venerandam tenetur efficere: mediam hanc ſedem,quæ propria virtutis eſt, occupare, prudentiæ tribuendum; periculoſum exaduerſo opus erit, vel nimis humilitati, vel nimis dignitatis ſuperbiæ indulgere: alterutri enim ſi adhæſeris, decumanis ſane fluctibus actus, naufragium, Diuo Gregorio docente, patieris: do eius verba. *Atque inter hæc ſolerter intuendum eſt, ne dum immoderatiùs cuſtoditur virtus humilitatis, ſoluantur iura regiminis; & dum Prælatus quiſque plus ſe, quam decet, deijcit; ſubditorum vitam diſtringere ſub diſciplinæ vinculo non poſſit.* D.Greg. 2. par.c.6.

Tantâ autem ſollicitudine tùm Pontifices, tùm ſacra Concilia Epiſcopalis di- D gnitatis venerationi ſeruandæ ſtuduerunt, vt vetuerint, ne in primarias ſedes vrbeculæ & vulgaria quædam oppida erigerentur, in quibus muneris dignitas facilè corrueret: videas hac de re,quæ ad Africæ Hyerarchas Diuus Leo Pontifex ſcripſerit, & quæ Concilium Sardicenſe, ratione etiam ad hoc confirmandum allatâ mandauit. *Ne Epiſcopi vileſcat nomen & honoris ſumma authoritas.* D. Leo ep. 8. Conc. Sardic. c. 6.

Neapolitanum etiam Antiſtitem, quem ſuperiùs memorauimus, hac etiam de ratione Diuus Gregorius corripuit, eo quòd vel ſolus,vel vnius aut alterius Preſbyteri ſocietate contentus ad mare progrediens dignitatis maieſtatem deijceret; Deſiderium item Antiſtitem caſtigauit, eò quòd Grammaticæ rudimenta pueris Magiſtelli more ſuppeditans, ſpectatiſſimos mores, & egregia animi ornamenta obſcuraret. D.Gregor. L.4. ep 43. c cum multa 5. 86diſt.

Hinc in Oecumenico Conſtantinopolitano Concilio, quod mandante Adriano Secundo coram ſuis Legatis coactum fuit, ſtatuta lex fuit, ſummo vbique plauſu excepta, quòd ſcilicet,qui ſacris ſedibus donabantur,ab ijs obſequijs ſæculari Conc. Cõſtan.c 14. Bar.an 869.

Magiſtratui præſtandis abſtinerent, quæ indecora viderentur, hoc eſt vt illis obuij longè à ſuis Eccleſijs non occurrant, nec ex equo, vel mulâ ad eorum præſentiam exiliant, nec demiſſa nimis inclinatione eos ſalutarẽt, vel eis ſe ſiſterent, cum prandio aſſiderent; ità verò ſe gerant, vt venerationem ſibi maximam comparantes liberâ correptione carpere eos & commonefacere valeant. A

D.Chriſoſ. l. 3 de ſacer. or.

Idem omninò hoc eſt, quod in Epiſcopo Diuus Chryſoſtomus exigit: *Humilem, ſed minimè ſeruilem, acrem quoque ac vehementem eſſe conuenit: ſed tamen & manſuetum.* Quæ omnia in ſemetipſo præſtare ſatis voluit idem Chryſoſtomus, qui licet humilitatis perquam amantiſſimus eſſet, hanc tamen grauitatem, ſed ab omni elatione alienam, maximè commendauit: *Nam & grauem illum, ſed minimè faſtuoſum, & terrificum, ſed humanum, &c.*

D.Chriſ. d. l. 3 de ſacer.

Hoc certè fuit in cauſa, cur plurimi è probatiſſimis Epiſcopis, licet vt oſtendimus, humilitatis ſtudioſiſſimi, aliquo tùm in domeſticâ ſupellectile, tùm in famulorum comitatu, ſplendore niteſcerent, vt ſcilicet non ſibi ipſis, at ſui ordinis excellentiæ debitam honeſtatem ſeruarent: hoc autem in præfectis & ſuperioribus neceſſarium adeò Plutarchus cenſuit, vt dicere non dubitarit, eos, qui debitæ ſeruandæ grauitati non ſtudent, aptiores eſſe ad ouium equorumque greges gubernandos, *Qui autem ſeueritatem, decore neglecto, quærunt, digni ſunt, qui non hominibus, ſed ouibus, equis, bobuſque multis præſint.* B

Plutarc. in coniu.

Tàm ſplendidam dignitatem abiectiones iſtæ deturpant, tàm venerandus, tàm ſanctus ordo honeſtiſſimos & grauiſſimos mores efflagitat: ſi autem ad Polybium ſcribens Seneca pronunciauit. *Nihil te plebeium decet, nihil humile*, quantò magis id præſtandum Epiſcopo eſt, cui commiſſa dignitas fuit, ipſis cæli ciuibus veneranda, dummodo per illam vocem, *non humile* intelligatur, non indecorum, non abiectum, non irridendum. Quàm longè aberrat, qui arbitratur honorandam ab alijs eam dignitatem, quam ſuis abiectis operibus ipſemet dehonorat.

Senec ad Po.lib.c.15.

Qui vitium à virtute ſecernere neſcit, & humilitatis ſpecie, vilitati dat locum, falsè decipitur: hic autem error, Ariſtotele docente, ex eo ſcatet; quòd virtutis naturâ ignoratâ, vitium virtuti penitùs non abſimile, virtutem ipſam æſtimamus. Hoc autẽ ipſum eſt, de quo Diuus Gregorius in ſuo Paſtorali Epiſcopos admonet, ne proprijs viribus innitantur, ſuæque pietati confidant, quæ non rarò mendaci formâ nos decipit & irridet. C

Hoc idem tùm Caſſianus & Diuus Bernardus, tùm Magiſter Aquinas ad Theologicam trutinam decet, ſcilicet ad veram virtutem referendos nequaquàm eſſe actus illos, qui proprium ſtatum dedecent, licet cæteroquin abſolutiſſimam in alijs virtutem redolerent: quin addit Diuus Thomas, eaſdem omninò res, eo quòd meum munus deceant, commendabiles fore, quæ tamen ſi eam formam honeſtatis non habuerint, vitio tribuentur; verùm de hoc alibi.

§. I.

D

Rom 1.13 D.Bernar. ep 42.

DIgnitatem igitur à perſonâ diſtinguat oportet, ſummoque ſtudio in ijs, quæ ad nos ipſos ſpectant humilitatem excolere, ſed eadem curâ noſtri Sacerdotij maieſtatem & decus cuſtodire. Hoc apertè ſignificaſſe videtur Diuus Bernardus, cum verba ex Apoſtolo ſuperiùs relata deſcribens, *Quamdiù quidem ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo*, hæc pronunciauit, *Miniſterium, inquam, non dominium; ipſum itaque honorificabitis; non vos.*

Nos quidem ipſos parui faciamus, ſed excelſam dignitatem noſtram ſummo pretio habeamus; haud quidem arrogantiam, tumorem, faſtum præferamus, ſed nec ignauiam & vilitatem exhibeamus: venerabilis non deſpicabilis dignitas in nobis effulgeat; terrorem quidem populis non inferamus, ſed nec audaciæ illis locum demus, quâ nos aſpernentur: illud ſciant, quòd ſi ſe vt filios præſtiterint, nos habebũt vt Patres; ſin autem rebelli animo in nos aſſurrexerint, noſtræ potentiæ aculeo ferientur: ex ipſomet Ariſtotele Superiores hęc habent. *Et videri velle*

non

non aſperum, ſed cum grauitate honeſtum, & talem, vt etiam non timeant obuij, ſed Ariſt.5.po-
A*magis reuereantur.* lit.c.11.

Verùm quidem eſt, Præſulis grauitatem non in ſupercilio, non in tumore conſiſtere, ſed in moribus; omnibus venerandos nos pietas ſola præſtabit; in ipſum vitium dominium virtus exercet, vt ſatis è noſtris paradoxis abundè probauimus. ſanè hoc Apoſtolus ſignificaſſe videtur Epheſino Præſuli Timotheo: *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat*; vt ſcilicet integerrimi mores ætatem præcellentes ſenectam redolerent, non iuuentam, quà adhuc efflore ſcebat; ne deſpicabilis, ſed venerabilis ſubditis eſſet. p.Tim.4. 11.

Veram itaque rationem, quæ noſtrum miniſterium illuſtrare poſſet, nobis explicaturus Diuus Bernardus ait: *Honorificabitis autem miniſterium veſtrum, non cultu veſtium, non faſtu equorum, non auri acetrais, non amplis adificys; ſed moribus ornatis, ſtudijs ſpiritualibus, ac ſanctis operibus.* D.Bern. ep.24.

Quæ eadem Apoſtoli mens fuit, cum ornamenta recenſens, quibus elucere debent Antiſtites, inter alia, quibus Timotheum informat, illud etiam adſcripſit, B Antiſtitem fore *ornatum*: exterior quædam honeſtas hac voce ſignificatur, & grauis morum compoſitio, quæ interiorem animi integritatem, & abſolutam conſonantiam exprimat; quapropter hæc Apoſtoli verba Diuus Hyeronimus explicans, Romani Oratoris ſuffragio roboratus ait, *ornatus vocatur*, qui decorem ſeruat in motu, inceſſu, habitu, & ſermone. Meritò igitur Sancti Gregorius & Ambroſius apud Diuum Thomam conqueruntur, quòd huius compoſitionis ornamento ſpoliati plerique vel Sacerdotum, vel Præſulum, opportunitatem prophanis viris præſtent, vt cum palmari tanti Sacerdotij dedecore contemnantur & illudantur. p.Tim. 3 D. Hieron. ibi.

Hac de cauſâ Epiſcopos Diuus Hyeronimus admonet, vt eorum, quos maximè dilexerunt interitum lachrymantes, eâ moderatione ſe gerant, quâ ſi deſtituantur, Principes ipſi, ac Reges, contemnuntur. D Hier. ep. 3. ad Heliod.

Duplex honor eſt, quem ſibi comparare ac ſeruare Præſules inſigni ſtudio de-C bent; dignitati debetur alter, alter virtuti deferendus: hunc profectò comparare nobis ita debemus vt alter ille non eripiatur, & ſi quis fuerit, qui virtutem obſequi dedignabitur, ad obſequium dignitati præſtandum eum obſtringamus.

Quis vnquam hac noſtrâ ætate Sancto Carolo humilior? cum autem Principem quendam inuiſens, animaduertit ſe iniquè & indecorè tractari, vt Purpuræ Romanæ decus ſuſtineret, iniuriam illatam animo ſtatuens, ab eo in poſterum abfuit, ne diſcrimen aliquod dignitas ſua ſubiret: cum poſteà Princeps idem iterum Mediolanum accederet, inuiſere eum idem ipſe recuſauit, ſed familiari ſuo Præſule ad conſueta humanitatis officia exhibenda vſus eſt, vt tùm Princeps, tùm eius aula Purpuræ ſacræ pretium eo, quo debet, loco haberet; quâ quidem in re, perpenſa tùm Principis magnitudine, tùm alijs circumſtantijs, inuictum & heroicum animum Carolus cunctis exhibuit: noluit ſi quidem, vt recenti contemptu Vaticanæ Purpuræ nota inureretur. Quod quidem non abſimile illi eſt, quo Plato, cum Athenas reuerti amicorum precibus cogeretur, vbi tùm æmulorum, D tùm hoſtium fraudibus inuadendum ſe non ignorabat, reſpondit, *ne bis peccet in philoſophiam*, ne ſcilicet illa Vrbs immane flagitium, quo Socratem enecans impiauit ſe, iterum philoſophiæ iniurioſa patraret in ſe ipſum. Giuſſ in vit. l.8.c.5. Laert. in Plat.

Colophonem huic capiti imponam, Decretum exarans Octaui Concilij Oecumenici, Adriano primo imperante; quam optimè enim in eo oſtenditur, quàm ſtudioſè teneantur ſacri viri ad Præſulis dignitatem, eo, quo par eſt, pretio ſeruandam, quæcumque licet difficultas, & vis fuerit deuoranda: audi iam eius verba. *Qui Diuinâ gratiâ Epiſcopalem ſortiuntur dignitatem, ordinem caleſtis Hyerarchia referunt in terris. Quare meritò ſancimus, vt digne in honore tam à Principibus, quàm à cæteris omnibus habeantur. Non oportet itaque, vt Principibus, vel uiris militari dignitate praditis obuiam longiſſimè procedant ab eorum Eccleſijs: nec mulis equiſue deſcendant in occurſum; aut timide, abiecteque ad genua procidant velut adoraturi. Imò verò non accedant ad menſas ſacularium Principum: ſed cum omni modeſtiâ quâ ſpiritualem deceat dignitatem, officia omnibus debita tribuant:* Conc. 8.gener.can.16.

buant: cui vectigal, vectigal; cui honorem, honorem: dummodò Principes, & pÿ Impera-
tores agnoſcant ſibi æquales Epiſcopos; vt liberè audeant reprehendere, increpareque, & A
Principes, & cæteros, qui militari honore fruuntur, ſi quid peccauerint. Si quis vero
Epiſcopus poſt hanc ſanctionem, ſuam dehoneſtauerit dignitatem, cadens ab omni ho-
nore ſibi per Canones debito, vixeritque abiectè, ſecundum veterem, & agreſtem con-
ſuetudinem, amoueatur per annum; & Princeps, qui in cauſa fuerit, excommunice-
tur per biennium.

Inanem Gloriam ab Epiſcopo ſugiendam. Cap. XL.

SI, vt vidimus, inter dignitatum faſtigia ſuperbiæ inſidias humilitas patitur,
inter piorum operum fulgores, quibus Cæli inſtar elucere debet Antiſtes,
vanæ gloriæ illecebris & dulci titillatione inuaditur: res enim verò admiratione B
digna, & Hyeremiæ fletibus illachrymanda, quòd ſcilicet, cum tàm excelſa,
tam pretioſa ſint piorum hominum opera, non illis mercari cælum velint, ſed ina-
nem gloriolam aucupari, tellurique infimæ irrepentes & inhærentes, ad altiora
ſe erigere dedignentur, & in popularis famæ ſtudio gloriæque inutilis acquiſi-
tione tota contentione laborent; ac ſi ad probatiſſima opera excitare ſe nequeant,
niſi humanarum laudum aculeis vrgeantur, adeò vt illi etiam, qui omnium ſa-
pientiſſimi æſtimantur, hanc difficiliùs labem, quàm cætera vitia exuere videan-
Corn. Tac. 4 hiſtor. tur: *Gloria cupiditatem, etiam ſapientibus nouiſſimam exui*, non nemo teſtatum
voluit; huiuſmodi viros ſuo veluti colore deſcripturus Tertullianus ait, eos eſſe *fa-*
mæ negotiatores, & animalia gloriæ.

Tàm autem immoderatus & effrænis impetus eſt; quo iſti ad gloriam conſe-
quendam efferuntur, vt in ipſa etiam ignominia gloriam exquirant, & plauſus
inter ſcommata colligere velint: quâ de cauſa Demoſthenis leuitatem iure me- C
ritò Tullius caſtigauit, eo quòd de mulierculę ſermone ſuperbiret, quæ ad aquam
exhauriendam accedens, cum ſpectans ad aliam fœminam conuerſa, ait *Hic eſt*
ille Demoſthenes: hic eum illudens Tullius hæc addit: *At quantus Orator! ſed qui*
loqui videlicet apud alios didicerat, non multum ipſe ſecum. Nec leuiorem ſibi no-
tam inuſſit iunior Plinius, qui vt è cuiuſdam ore audijt. *Vides hunc? Plinius eſt?*
mirum, quantùm intumuit, & ſe magnificè circumſpexit.

Hinc autem per quàm optimè humanæ gloriæ inanitas innoteſcit, quæ quò
propior ſibi eſſe creditur, eò longius abeſt, eòq; obſcurior latet, quò magis curioſè
perquiritur: hoc autem in populorum moderatoribus, qui Chriſti humilitati in-
hærere videntur, potiſſimè locum habet; hic enim, ſicut Præſules omnes, è munere,
quo funguntur, populos à peccatorum tabo & ſordibus præſeruandi, ſali compa-
rauit; ſic etiam profeſſus apertè eſt, quòd ſi hac inani ſui opinione teneantur, vi-
les ſe & deſpicabiles reliquis omnibus ſint præſtituri, vt crimini pœna par ſit; hoc D
Matt. 5. 13. planè loquendi modo *ad litteram* ea Chriſti Domini verba accipienda ſunt, è Di-
DChriſ. de Sacer. l. 5. uo Matthæo. *Quod ſi ſal infatuatum fuerit, ad nihilum valet vltrà, niſi vt mit-*
tatur foras & conculcetur ab hominibus; è quibus hæc nobis vtilia Diuus Chry-
ſoſtomus collegit. *Hic nos oportet neque vulgaribus laudibus intumeſcere, neque*
probris animum deſpendere. Aequâ planè menſura aſſentatores patitur Antiſtes,
qui mellitis verborum lenociniis eius beneuolentiam aucupari contendunt, ac de-
tractores, qui oblocutionibus & maledicentiâ eius nomen obſcurare conantur:
vtrumque igitur præſtare ipſe fortiſſimus debet, laudes ſcilicet & probra æquâ
pietate contemnere.

Eò autem in Epiſcopis obſcurior & fœdior eſt vanæ gloriæ nota, quò magis
Ethnicorum tantummodò cura fuit illi ſe deuouere: Idolis enim adorandis aſſue-
ti, gloriolæ idolo ſuas actiones, & ſe ipſos immolabant: cæleſtem illi nullam mer-
cedem agnoſcentes huic tantùm humano prœmio acquirendo deſudabant; inter
errorum tenebras cœcutientes Diuinę fidei lumine deſtituti, coronam gloriæ
im-

Google

immortalis ignorantes, euanidam hanc & defloreſcentem gloriolam colligere
A ad ſui nominis coronam æſtimabant: profectò idololatriæ notam viro huiuſmodi non nego inurerem, niſi vocibus illis hoc mihi ſignificaret Iſaias: *Repleta eſt terra eius Idolis, opus manuum ſuarum adorauerunt.* Iſai. c.2.

Quin ipſemet vitæ necilque arbiter Chriſtus ſtatuit, quòd qui huiuſmodi oſtentatione intumeſcit,& populari aura fruitur, Dei commendationem deſpiciens, cuius tantùm ſuffragio veram gloriam adipiſci valemus, à ſuâ vera Religione deficiens, Ethnicorum numero ſe adſcribit, *Quomodò poteſtis credere, gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quærentes*; Diuo Gregorio Niſſeno hoc debes. *Eum qui honoris ſic collati appetens eſt, Dominus inter infideles recenſet.* Ioh.5.44. Greg. Niſſ. de Scop. Chriſtian.

§. I.

B QVAM igitur inſolens, quàm audax vitium hoc eſſet, ſi vulgares Chriſtianorum ædes exiliens, Sanctuarij etiam ſedes irrumperet, ſacra ſubſellia conſcenderet, Epiſcopales ſedes inuaderet, ipſumque Sancta Sanctorum fœdâ contagione perturbaret!

Vel ſæculares viri (ſic ad Aquitaniæ Epiſcopos olim Diuus Bernardus ſcripſit) inter Chriſti fideles ſuam gloriam in Chriſti cruce collocare tenentur; non ſide tantùm ad hoc idem obſtringuntur Antiſtites, ſed ſui muneris, & Eccleſiæ honeſtate. Tunc gloriam deperdit Antiſtes, cum eam exquirit: ſi popularis auræ fauorem apperierit, probris & vituperationibus obruetur. *Quò enim gloria plus affectatur, eò minus apprehenditur, vbi deprehenditur affectari: quid denique tam ingloriam, quàm gloria cupidam deprehendi, præſertim inter Epiſcopos?* Bernardum audiſti: hæc autem tantus Magiſter ea occaſione ſcripſit, quæ rei noſtræ maximè accommodatur: cum enim Gerardus Engoliſmenſis Antiſtes gloriæ auiditate D. Bernar. ep.126.
C ſuccenſus Innocentium verum Pontificem deſerens Anacleto Pſeudo-Pontifici adhæreret, vt ab eo in Galliarum Imperio Legatus à Latere enunciaretur, mirum quãtùm à verâ gloriâ deficiens,omnium ſcommata & obiurgationes in ſuum nomen cuibratas offenderit. Sed illud etiam eius flagitium magis miſerandum effecit, quod nempè cum extremâ ætate confectus ab omni munere, moleſtiaque videretur eſſe immunis, ſibi tantùm ſuæque ſaluti vacans,reliquum quod ſupererat vitæ, ſummâ cum tranquillitate tranſigere poſſet, gloriæ voluptas ad perferendum immane pondus eum coegit, cuius vi vel validiſſimi viri laſſati luſſatique fatiſcerent, eòque illum adduxit,vt infœlicitatis loco haberet, niſi vel viueret,vel periret infœlix; ad hæc continere ſe Bernardus non potuit, quin in hæc erumperet. *Vides quid faciat amor gloriæ; Legatio ſarcina grauis humeris, præſertim ſenilibus, quis neſciat? & tamen homini præſertim ſeniſſimo, grauior videtur pœna, reliquum id breue dierum ſuorum viuere ſine hac pœna.* D.Ber. vbi ſupra.

D Quis in hoc Epiſcopo repræſentatum illud non agnoſcat,quod (proh pudor) in Turanio Caligulæ aulæ Præfecto olim contigit: hic enim nonageſimum annum agens, vt de tam moleſto onere Cæſar illum eriperet, Succeſſorem deſignatum habuit; ad hæc Turanius non tantùm ſuæ felicitati non duxit, reliquos vitæ dies tranquillè degere, ſuorumque laborum fructus beatè frui, ſed ingenti mœrore correptus in lecto decumbens, mortui inſtar ſeniorum lachrymas,ſuos inter ſingultus extorſit; ſanè animam exhalaſſet, ni ad eius mœrorem miſeratione tactus Caligula ſuum illi munus exercendum reliquiſſet; quàm meritò ad hæc ridet Seneca hæc addens. *Turanius fuit exactæ diligentiæ ſenex; qui poſt annum nonageſimum, cum vacationem procurationis à Cæſare vltrò accepiſſet, componi ſe in lecto, & velut exanimem à circumſtante familiâ plangi iuſſit. Lugebat domus otium Domini ſenis; nec finiuit triſtitiam, prius quàm labor illi ſuus reſtitutus eſt.* Senec. de breu.vit. c. vit.

Eo autem flagitioſius in Gerardo vitium hoc fuit, quàm in Turanio, quò magis ille à vulgari hominum conditione diſcedens, diuinis erat inauguratus populorum Hyerarcha, morum Magiſter, Diuini verbi Præco, Chriſtianæ Religionis morum

interpres; inanis hæc gloria in tranſuerſum eundem præcipitem adeò egit, vt à Chriſti fide eiuſque Vicario deficiens, infamem ſuam famam effecerit, ſuumque A nomen æternis ſordibus deturparit.

Quædam igitur Idolatriæ ſpecies eſt inanis hæc gloria, cum eius magiſterio ſuarum manuum opera, ſuique ingenij artes adoret homo, gaudeatque alienarum laudum thus illis adoleri: egregiè hoc expreſſit Riccardus Victorinus hac loquendi formâ: *Audi apertè, diligenter aduerte, memoriter retine*; magnum aliquid

Riccard. de S. Vict. l. 1. c. 35. de erud. inter homin.

& valdè æſtimandum hoc ſermonis præludio ſignificatur. *Si in aliqua gratia, in aliqua induſtria, ſi in aliqua virtute tua confidis, præſumis, gloriaris; diuinum quidem, & ſatis improbè honorem ei impendis, ne dicam Deum tibi facis.* quin potiùs ipſe ſe Idolum facit humanæ gloriæ affectator, eamque ſibi ipſi gloriam vertit, quâ ſolum Deum bonorum omnium authorem & fōtem donaturus eſſet, ſua opera tanquam victimas ſuæ famæ immolans, & deuouens.

Cum ergò Supremi Numinis animatum quoddam templum Epiſcopus ſit,

1. Cor. 6.

Vos eſtis Templum Dei viui: quiſnam tam impudoratus erit, vt in eo tam fœdum idolum adorandum conſtituat? & turpiſſimum Dagon honoribus Dei Arcæ per- B ſoluendis honoret? *Qui autem conſenſus Templo Dei cum Idolis?* Si autem viuentis Dei Templum ſumus, quàm meritò Diuus Leo pronunciat, *Si Templum Dei*

D. Leo ſer. 5. in Quadr.

viui, multa nobis vigilantia laborandum eſt, vt cordis noſtri receptaculum tanto hoſpite non ſit indignum.

Quà de causâ inter alia Epiſcopi ornamenta potiſſimum hoc Diuus Proſper adſcribit. *Qui nihil ſibi applaudunt de præſtantia Epiſcopatus: Quoniam non inflam-*

D. Proſp. 2. vit. contēp. c. 2. ad med.

mat eos honor acceptus; ſed exercet labor impoſitus; non cogitant profectum ſua excellentiæ, ſed ſarcinam; non gloriantur de dignitate, ſed potiùs ſudant quaſi conſtituti ſub onere.

§. II.

C

QVID igitur mirum, ſi tam ſollicitè & cautè viri Sanctiſſimi ſe geſſerint, ne Syrenis huius illecebris irretiti diſcrimen ſuæ vitæ ſubirent, eàque arte vela fecerint, ne hac tempeſtate quaſſati naufragium ſubirent in portu: ex his Diuus Ignatius Martyr ad Trallenſes eximios ſui commendatores ſcribens ait:

D. Ign. ep. ad Trallen.

Qui me laudibus ornant, flagellant, meque excruciant. In hac loquendi formâ quis non agnouerit, quàm longè tantus vir ab aurâ populari captanda diſtaret? Diuus item Auguſtinus pro panegyri alloquens populum ſuum, à quo magnis quidem, ſed longè minoribus quàm par erat, laudibus attollebatur, ait. *Commendo*

D. Auguſt. hom. 25. ex tr. 50. hóm.

vobis periculum meum, vt ſitis gaudium meum: periculum autem meum eſt, vt ſi attendam quomodo laudetis, & diſſimulem quomodo viuatis. Verebatur ſcilicet pijſſimus Præſul, ne vt eorum laudibus gratus videretur, in munere ſuo deficeret, & à debito arguendi miniſterio abſtineret, vt eorum magis plauſibus ornaretur. Quàm facilè ad hunc ſcopulum impingunt, & illiduntur alij Præſules, dum tan- D ta de eo formidine tenebatur maximus Auguſtinus: vt igitur à diſcrimine tanto deflectas, quid facies Auguſtine? Laudes eorum aſpernare, quorum mores arguendi à te ſunt; Ità ſanè, inquit Auguſtinus: quin imò *Laudari à male viuentibus nolo, abhorreo, deteſtor.* quid tamen, proborum laudes lætus excipies? incertus quidem animi pendeo, in ancipiti verſor, & vtrimque pericula non contemnenda meam mentem obuallant: ſi namque Epiſcopi mores non laudentur à populo, vel ingratus, vel agreſtis hic erit: ſi verò ſuas ipſe laudes prohibeat, ingrati animi vitium in eis fouet, ſi eas excipiat, inani facilè gloriolâ intumeſcet: vt igitur vtrimque incolumis emergam, proborum laudes nec lætus excipio, nec moleſtus reijcio. *Laudari autem à bene viuentibus, ſi dicam nolo, mentior: ſi dicam volo, timeo ne ſim inanitatis appetentior, quam ſoliditatis. Ergò quid dicam? non plene volo, nec plene nolo. Non plene volo, ne in laude humana pericliter; non plene nolo, ne ingrati ſint quibus prædico.* Hæc de ſe Auguſtinus: quàm vtiliter tanti viri veſtigijs quicumque Antiſtites adhærerent? humanas pariter laudes tam

acerbo

Google

A acerbo ſtomacho faſtidiebat Diuus Gregorius Pontifex, vt, licet litteraria ſua monumenta celeberrimum vndequaque eius nomen efficerent, cum Natalem Salonenſem redarguiſſet de nimia, quâ vtebatur conuiuiorum frequentia, & hic ei reſpondiſſet, ſe non eâ ſanctitate gaudere, quâ ipſe præſtabat, humillimè Pontifex ei reſponderit, hac loquendi formâ, non leuiter ſe contriſtatum, & quodammodo deriſum ſe credidiſſe. *Quia laudes meas per irriſionem dici exiſtimo, quas per veritatem minimè recognoſco.* D Greg. l. 2 ep. 37.

Tam verò accuratus fuit, vt ab omni quaque vanitatis ſpecie abſtineret, vt cum compertum ei eſſet, Ioannem Syracuſanum Antiſtitem ſcripta ſua opera ad menſam legente alio audire, hoc illi prohibuerit, nam vt ipſe inquit, *Poſſunt quidam, quantum ad me eſt, vana gloria deputare.* D Greg. l. ep 9.

Diuus idem Gregorius admirando moralium operi finem impoſiturus, conſcientiam ſuam exactè ad trutinam vocans, licet certò ſciret, ſe diuinæ tantùm gloriæ ſtimulis actum, ad illius operis elucubrationem acceſſiſſe, adhuc tamen ſibi B videbatur aliquo humanarum laudum deſiderio in eo ſcribendo ſuccenſus; de quâ re non tantùm Dei pietatem ſupplex rogat, ſed lectores etiam excitat, vt veniam illi impetraturi à Deo, commendatum ſe ſuis precibus habeant. Abſtinere hic ego non poſſum, quin veram inter & fucatam ſapientiam comparationem inſtituam. Tantus hic Magiſter cum cæleſti ſapientia refertum opus poſteris reliquiſſet, licet pietatem, ingenium, miramque perſpicaciam vndique præferens, ad diuinam amplificandam gloriam, ad populos vtiliter erudiendos, inſigni labore præluxerit, veretur tamen, ne cogitatione aliqua non voluntaria ſibi de eâ ſcriptione indulgens, eius ſanctitatem deturpet. Accedat ex aduerſo Ouidius, qui è leuiſſimis fabulis dulci carminum nexu colligatis, licet vni tantùm aurium lenocinio, & numinum mendacium ſuperſtitioni inſeruiant, ac ſi vel Solis curſus, vel Cælorum motus temperaſſet, *tuba canit*, & inſolenti quadam oſtentatione ſe ipſum efferens ait. D.Greg. l. 31. moral. c. 26.

Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes, Ouid in fin. Metam.
C *Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.*
Cum volet illa dies, quæ non niſi corporis huius
Ius habet, incerti ſpatium mihi finiat æui:
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar, nomenque erit indelebile noſtrum.
Quaque poteſt domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi, perque omnia ſæcula fama,
Si quid habent veri vatum præſagia, viuam.

Accedat Horatius laudum ſuarum iàm inſanus affectator; vt, ac ſi Romanam libertatem omnium armis impetitam ſeruaſſet incolumem, vel Prometheum imitatus ignem ex Ethereâ domo rapuiſſet, vt luteis hominibus vitam eius ſpiritu inſinuaret, iactabundus hæc de ſe pronunciauerit.

Exegi monumentum ære perennius, Horat. l. 3 oda 3.
Regalique ſitu piramidum altius:
D *Quod non imber edax, non Aquilo impotens*
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.
Non omnis moriar, multaque pars mei
Vitabit Lybitinam.

E Cynicis Diogenem prætereo, qui vt popularem ſibi fauorem vſurparet, miſerrimam vitam tranſigebat; nec ex ipſis Chriſti fidelibus deſunt, qui eos imitati, quorum opera Babel turris immani mole fuit erecta, illud enunciando *celebremus nomen noſtrum*, pluris famam, quàm virtutem faciunt; de his porrò Philo ſermonem habere videtur. *Nihil aliud quærentes, niſi vt nomen ſuum magnum magis, quam bonum, tranſmittant ad poſteros.* Gen. 11. Philo de conf ling.

Hinc igitur Epiſcopi innoteſcet, quàm ipſis ſui ſanctitatem gradus obſcurent, ſi obliquis Ethnicorum ſemitis incumbentes, à viis deflecterent, quas viri Sanctiſſimi ſuis moribus illuſtrarunt.

Sed

Sed vt eò, quò non inutilitèr abſceſſi, tandem reuertar, Sanctum Volſtanum. A
VVrgonienſem Antiſtitem referam, qui cum primarium Vrbis Templum nimis
anguſtum maiori amplitudine fabrefeciſſet, vberi lachrymarum imbre affluens, il-
lis qui gaudij materiem ei ſuggerebant, eo quòd res ſacra maiori cultu ſe porri-
Sur. 10. Ian. geret, ſapientiſſimum illud reſpondiſſe fertur. *Ego longe aliter intelligo: quod
nos peccatores & miſeri opera Sanctorum deſtruimus, vt nobis laudem comparemur.
Non nouerat illa ætas pompatica conſtruere; ſed ſub qualicumque tecto ſe ipſos Deo im-
molare, ſubiectoſque ad exemplum attrahere. Nos contra nitimur, vt curam ani-
marum negligentes, cumulemus lapides.* Proh Deus immortalis? quàm longè hic
erat ab omni quacumque vel leuiſſima humanarum laudum appetentia, ad ipſam-
met laudum vmbram horreſcebat, & ingenti horrore correptus ab eâ fugiebat!

D. P. Dam. l. 5. ep. 12. Rauennam ſuam patriam Vrbem Diuus Petrus Damianus ab Archiepiſcopo
auerſitus, vt vineam eam ſuarum concionum labore excoleret, non admodum
honorificè fuit ibi exceptus, breuique agnouit inutiles ibi labores ſuos fore, nul-
liuſque colligendi fructus ſpem ibi efflorescere, vt ea cæleſtis ſapientiæ verba im- B
Luc. 4. 24. plerentur, *Nemo Propheta acceptus eſt in Patria ſua.* Vix tamen noſtram Pro-
uinciam acceſſit, vbi poſteà, antequam eius regimen abdicaret, Eugubinam hanc
ſedem diù ſanctiſſimè gubernauit, vt honorificentiſſimè Apoſtoli loco exceptus,
ſemperque habitus fuit, magnoſque fructus plenâ manu collegit; quâ de cauſa
tam incertus animi fuit, vt diù quonam in loco moraretur exquireret, vt securiùs
ſuæ ſaluti & beatitati proſpiceret; quià autem hac in re ſuæ ſententiæ minimè ni-
tebatur, conſilium à viro ſpectatiſſimo per epiſtolam rogauit; formidabat ſiqui-
dem, ne labores ſuos inutilitèr abſumens, in illud incideret, quo Chriſtus Domi-
Luc. 13. nus ſterileſcentem illam arborem damnauit, *ſuccide eam, vt quid etiam terram
occupat?* in alia verò parte æquè verebatur, ne ſimul excipiens prouentus & lau-
Matth. 6. des, illud etiam de ſe audiret: *receperunt mercedem ſuam*: licet autem ad eum vir-
tutis apicem ille perueniſſet, qui ab omni oſtentationis vmbra alienus omninò
videretur, humilitatis tamen inſtinctu ſibimet ipſi criminoſus videbatur: ex eius
verbis hoc excipe. *Eſt enim re vera popularis fauor imperfectis non mediocriter no- C
xius, quia vel in ſe delectatos in vanæ gloriæ voraginem deycit, vel etiam reſiſtentes
recepta mercedis terrore transfigit.*

Magnum quid & æſtimandum ex hoc ſermone nobis occurrit, quòd ſcilicet
ex inani laude, quæ fumi inſtar euaneſcit, cæleſtis gloriæ iacturam facere peri-
clitamur: immò vtile & indefecturum bonum deperdere, vt eo fruamur, quod ex
humano fauore leuiſſimum ſimul & inutile in nobis eriuatur. Quàm miſeri pro-
pemodum dicendi ſunt hi, qui, docente Diuo Cyrillo, tam frequenter in hanc
vanæ gloriæ labem impingunt, vt neceſſarium quid illis videatur. *Quaſi enim
D. Cirill. 5. in Ioan. c. 7. natura neceſſarioque accidit omnibus, qui gloriam hominum venantur, vt gloriam
Dei amittant.*

Infęlices enim verò mercatores, qui cum ſuorum operum merces ſummo pre-
tio vendere valeant, minimi eas æſtimantes, adulterinam pecuniam pro eis ex-
cipiunt, adamantas & margaritas pro vitro lucrando proijciunt, ipſamque D
æternitatis beatitatem in vnius euanidæ gloriolæ auram inſani prorſus immutant:
ſed accipe Gregorium; *Qui pro virtute, quam agit, humanos fauores deſiderat, rem
D. Gre. l. 8. moral. c. 28. magni meriti vili pretio venali portat; vnde Cœli regnum mereri potuit, inde num-
mum tranſitorij ſermonis quærit.*

Parrhaſio comparandus mihi videtur, qui è pijs operibus laudes humanas af-
fectat: ille enim Mercurium volens effingere, ſuammet expreſſit imaginem, ac ſi
Mercurij loco adorandum ſe videntibus exhiberet.

Plinius ipſe, gloriæ cæteroquin appetentiſſimus, vltrò fatetur abiecti animi eſſe,
tam vili pretio ſuas actiones metiri: *Magnitudo animi nihil ad oſtentationem, om-
nia ad conſcientiam refert; rectique facti, non ex populi ſermone mercedem, ſed ex
facto petit.* Hæc ipſe. Plutarchus autem ad nos erudiendos ſe componens, quanam
Plut. opuſc. quom. ſent. quis in virt. prof. viâ interrogans, agnoſcere aliquis valeat, virtutis ſtudio ſe profeciſſe (potiſſimùm
hoc Epiſcopis eſt, in quibus abſolutiſſima virtus exigitur), ſibi ipſi reſpondet,
Si ſe ipſo contentus, laudantium applauſus nihil curet. Quod inde prolixè Ageſilai
Regis exemplo confirmat.

Felix

A Felix vtique mercatura illa eſt, quam cum Cæli nummularijs exercemus: licet enim nulla alia noſtris operibus probitatis nota ſit, quàm ea, quâ diuinæ beneuolentiæ munere donantur, adhùc tamen ſolam ſibi gloriam Deus ſeruans, nobis lucrum omne reponit: quàpropter, ſi de illis gloriemur, humanaſque laudes colligere exoptemus, fures vtique nos ipſos oſtendimus, & rapinæ, vel potiùs ſacrilegij reos nos ipſos efficimus; cum ſupremo Numini non tantùm ſibi vni debitam gloriam rapiamus, ſed linguas etiam & corda, quæ in eius tantùm laudibus efferendis eſſent exercenda. Quapropter iure meritò Diuus Gregorius docet, huiuſmodi vanitatis nebulâ tam validè Antiſtitum mentes offundi, vt vel medio dic caligent, rectaque aberrent, & delabantur in via. *Plerumque fit, vt & Rectores minus prudenter ea, quæ agenda ſunt, videant; quia eorum oculos ipſa nebula elationis obſcurat*: dum enim inſolenter ſuæ probitatis opinione delectantur, Deo permittente, in multis deficiunt, quibus in regimine ducendo ſe imprudentes & inexpertos oſtendunt, vt qui ſibi diuinam gloriam arripere contendebant, D.Gregor.

B ſuam ipſam deperdant, eoque ipſo ſe dehonorent, quo ſe maximè honorandos æſtimabant: hac de cauſa Sanctiſſimus idem Præceptor, Præſules alibi etiam admonuit, ne ſuis virtutibus, ſuaque pietate intumeſcerent, ne dum alios lucrari conantur, iacturam ſui faciant: ad quæ confirmanda legem ipſe egregiam ſtatuit, vt ſcilicet nunquam ea quæ fecerint inſpiciant, ſed quæ maiora longè facienda ſunt, totâ mentis acie recogitent; ſi enim hæc ſpectauerimus, humillimè demiſſèque de nobis ſentiemus; do verba Gregorij: *Igitur bonus Paſtor nunquam aſpiciat recta quæ agit, ſed quæ agere neglegit. Semper ſe ſe deorſum premat, vt dum cor ex memoria infirmitatis atteritur, apud humilitatis auctorem robuſtiùs in virtute ſolidetur.* Ad diuinam tantùm gloriam; gentiumque nobis commiſſarum ſalutem, noſtra vota colliment; ſi noſtræ mentis oculis ſcopus iſte præſens fuerit, quancumque aliam gloriam deſpicientes, illud agnoſcemus, nihil in nobis eſſe, quo ritè gloriari poſſimus, omniaque à nobis peracta, nihili æſtimanda præ illis quæ nobis facienda ſuperſunt; quin licet in reliquis faciendis aliorum vota noſtraſque vires tranſcenderimus, adhuc meritò illud vſurpare poſſemus, *ſerui inutiles ſumus*; quod facere debuimus, fecimus. Luc.17.11.

C Mirandum ſanè quid profecerit! eodem ſanè tempore, quo popularis auræ deſiderio debitum Deo honorem rapit Antiſtes, opibus omnibus eiuſdem operâ ipſe ſpoliatur, cum quodcumque bonorum operum præmium & meritum deperdat: Pyratam, Chryſoſtomo docente, quis vanam hanc gloriam eſſe inficietur, quæ animæ nauiculam pretioſiſſimis mercibus onuſtam comprehendens; eam aggreditur, aggreſſamque ingreditur, vt expoliet; hoc ſanè idem eſt, quo Euſtochium Diuus Hyeronimus inſtruebat. *Onuſta incedis auro: latro tibi vitandus eſt.* D.Hieron. ep 22.

Illud nobis intereſt, vt honeſte operemur; ſi namque hoc præſtiterimus, cò magis humanis laudibus exornabimur, quò ab illis celeriori gradu fugiemus: Virtutem oſtentare, illudere eſt, ac ſi ſuâ illa ſe arte ſatis commendare non poſſit: ſuam ipſa vocem, ſuum ipſa odorem habet, quo ſe omnibus prodat, ſuam venuſtatem habet, quâ omnium oculos omnium ſibi corda conciliet.

D Honeſtorum operum luce humani adeò oculi oblectantur, vt ad ſui obſequium eos rapiat, ad ſui amorem arcanis quibuſdam nexibus trahat: alienæ laudis indiga virtus non eſt, cum ſe ipſam vbique commendet; verior teſtis, quem pro ſe adhibeat, ſua lux eſt, quam inter iniuriarum tenebras & maleuolentiæ vmbras victrix effundit: quò autem magis conamur vt lateat, eò magis contendit vt luceat, & Solis inſtar è nubium maculis erumpit illuſtrior: egregiè ad hanc rem Diuus Ambroſius: *Bonorum operum proprium eſt, vt externo commendatore non egeant; ſed gratiam ſuam, cum videntur, ipſa teſtantur; plus eſt quod probatur aſpectu, quam quod ſermone laudatur: ſuo enim vtitur teſtimonio, non alieno ſuffragio.* Quin illibatæ Virginis inſtar ad aliorum aſpectum virtus erubeſcit, eademque lege, quâ ſuos ipſa cuſtodes attollit, eos etiam auerſatur, qui inſidioſis lenocinijs ſuam vitiare integritatem conantur; eos nempè deſerit, & virtutis loco inane ſimulachrum eis relinquit, illi planè perſimile, quod Michol Dauidis loco Patris adminiſtris oſtendit. *Virtutes ſic ut proditores deſerunt, ſic ſuos iactant cuſtodire cuſtodes*; hæc Chryſo- D Amb. in pſ.118. Beati immacul. &c. D.P.Chriſ. ſerm. 6.

ſolegus. Virtutis Tyrannum eum dixerim, qui eam vanæ gloriæ ſubijcit, eius A
venuſtatem deflorat, & fœdè proſtituit, & mancipij inſtar ſui hoſtis poteſtati eam
tradens tàm turpiter eam dehonorat, vt nomen, famam, gloriam deperdens vix
ſpeciem virtutis repræſentet. *Virtus dum in vſu tranſitoriæ laudis aſſumitur, quia*
D. Greg. 7. moral. c. 27. *vitio militat, virtus non eſt.* Dedi Gregorium.

Quorſum ergo populòrum auram affectare, quorſum alienas laudes emendica-
re? ad Deum bonorum omnium authorem gloria omnis refluat, quæ noſtro è re-
p. Corin. gimine, vel noſtris è moribus habeatur: *Vt quemadmodum ſcriptum eſt, qui glorià-*
tur, in Domino glorietur, ex Apoſtolo verba hæc excerpta ſunt, quæ tamen vnde
ipſe deſumpſerit, non refert, ac ſi nullus in ſacris litteris codex ſit, nulla ferè di-
xerim linea, nullus apex, qui nos ab inani oſtentatione virtutis, non abducat, & ad
eam referendam Deo gloriam exciter, quæ noſtris ex operibus hauritur; debes hoc
D. Aug. in Ench. c. 98. Auguſtino docenti: *Altiſſimo ſaluberrimoq; Sacramento vniuerſa facies atque vul-*
tus ſanctarum Scripturarum bene intuentes id admonere inuenitur, vt qui gloriatur,
in Domino glorietur. B

Illud nobis inhæreat, quod, qui nobis præcepit, ne noſtra bona opera tenebris
inuoluamus, ſed ad populorum exemplum ea omnibus aperiamus, eâ tantùm co-
gitatione id præcipiat, vt ſcilicet non ad noſtram gloriam, ſed ad Dei honorem
Matt. 5. 16. referantur: *Vt videant opera veſtra bona & glorificent.* Quamobrem Diuus Gre-
D. Gre. ibi. gorius, cui ſemper id animo fuit, vt Antiſtes quacumque virtute ornati præcel-
lerent, omnemque in ſuis operibus vanitatem amouerent, pronunciabat, quòd
dummodò diuinæ ſoli gloriæ ſtudentes probe operarentur, licet hoc publicè fa-
ciant, adhùc tamen in ſua virtute abſconduntur, cum voluntas lateat, quæ no-
ſtras actiones conſtituit; quin ſi eas Præſul abſconderet, non leuiter delinqueret,
ex eo quòd ſuà gloria Deum, honeſtoque exemplo populos fraudaret; hoc pariter
modo, qui ſecretò probis ſe exercens operibus, optat, vt ad laudes colligendas,
alijs innoteſcat, eum illis recenſendus eſt, qui ſui quadam oſtentatione & opinio-
ne delectatus, hoc præſtat; hoc autem copioſiùs etiam infrà tractabimus, cum C
conformia tibi ſatis hæc ſint argumenta.

Iterùm etiam fas erit, vt, dummodò mens noſtra lateat, noſtra bona opera ex-
hibeamus: cum ſcilicet illatas calumnias reijcere & purgare teneamur, cum famæ
noſtræ candor magno nobis pretio, vt infra agemus, habendus ſit; Appoſitè hic
Iſid. in cat. ſup. Iob. Diuus Iſidorus perpendit, ex eadem ſcilicet bonorum operum pompâ commen-
datum à Deo Iob, reiectum verò & caſtigatum Phariſæum; nam magnificum de
Iob 29. 12. ſe ſpontè habere ſermonem, ſuperbiam & iactantiam ſonat, ſed iuſtitiæ tribuen-
dum, ſi aliorum nequitiâ & calumniantium ſcelere ad integritatem ſeruandam
id præſtare cogaris.

Ad inanem gloriolam aſpernendam validiſſimum illud eſt, quod Maximino hæ-
retico Antiſtiti Diuus Auguſtinus exhibuit, hoc eſt ad Dei iudicantis tribunal no-
D. Auguſt. ep. 208. bis adfuturis, inutilia prorſus fore infularum ornamenta, populorum obſequia;
Quin quæ hic honorant, quæ hic releuant, ibi grauant.

Aliâ etiam ratione terrorem nobis incutit Caſſianus; de duobus enim pijſſimis D
Caſſ. collat. l. 11. c. 10. & ſeq. viris refert, quod poſt diuturna & probatiſſima experimenta virtutum, eò quòd
nimis auidè laudibus humanis ſtuduerint, pietate ſimul & merito ſe ſpoliauerint,
& trophæis, triumphiſque ſuccubuerint.

Plurimi ab Epiſcopo famam ſuam faciendam. Cap. XXXXI.

CLariſſimi in Politicâ Præceptoris effatum eſt, eadem planè menſura, quá ſuas
priuati homines res amplificare & augere contendunt, à Principe ſuam fa-
mam excolendam, ac ſi reliquorum omnium potiſſimum opus hoc ſit: *Cæteris*
mor-

A *mortalibus in eo ſtare conſilia, quid ſibi conducere poterit: Principum diuerſam eſſe ſortem, quibus pracipua rerum, ad famam dirigendam.* ad Ethnicorum leges ſermonem hic componebat; nec enim aberraſſet, ſi maximam omnium creatarum rerum hoc Principi futuram pronunciaſſet. De Epiſcopo hoc idem tu meritò dixeris, cui, ſi diuinam gloriam ſalutemque animarum exceperis, nil aliud tanto ſtudio quærendum eſt, quàm ſui nominis probitas ſuæque famæ præſtantia, quæ ad diuinam gloriam populoſque iuuandos eximiè inſeruit. Apoſtolis nobiſque eorum Succeſſoribus egregia metaphorâ ſignificauit hoc ſapientiſſimus fidei Magiſter; poſtquàm enim eos vt lucem Mundi ſalutaſſet, ac ſi terrarum orbem ſuis virtutum radijs eſſent illuſtraturi, ſubdit, *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt.* Vides quantùm è Præſulum luce populi diteſcant?

Tiber. apud Tacit. l. 4 annal.

Matt. 5 14.

Sed adhùc pergit; *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut uideant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt.* Diuina hìc gloria à nobis quærenda indicatur; verùm aduerte, quàm benè verba hæc ſuperioribus illis, quæ aduerſari videntur, accommodentur: *Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis.* Longè ab eâ oſtentatione ſint Præſules, quâ vt vulgi laudibus delectentur, res ſuas inſtituant: Hoc quidem ipſis, ait Auguſtinus, prohibetur, *ut ſit ipſe finis operis veſtri, uideri ab eis*: hæc enim voluntas mala ſatis eſſet, operiſque ſimul iacturam faceret; vt igitur commendabilis actio ſit, quam palam omnibus facis, ſibi pro fine ſtatuas populorum exemplum, ſpectantium pietatem, Deique gloriam: quâ de cauſâ non illud tantummodò protulit, *Luceat lux veſtra coram hominibus, ut uideant opera veſtra bona. Non quieuit, neque hic remanſit: Sed duxit te hinc rurſum, & tulit te à te: caderes enim, ſi eſſes in te; & ubi tutus eſſes poſuit te. Videant, inquit, bona opera veſtra, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt.*

Math.

B

D Ang. ho. de ouib. c. 9. to. 9.

Iure igitur merito inter cætera, quæ in Epiſcopo exiguntur ab Apoſtolo ornamenta, non tenue illud eſt, quòd in ea vulgi exiſtimatione & famâ probitatis ſit, vt non qui tantùm Chriſtianæ fidei nomen dedere, ſed ipſi etiam viri fœda ſuperſtitione imbuti, fidem de illa facere abundè poſſent; *Oportet autem, & illum teſtimonium habere ab illis, qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat & in laqueum Diaboli.* Hic autem vnà cum Diuo Ambroſio perpendendum nobis eſt, obſcuram Præſulis famam laqueum & Diaboli rete ab Apoſtolo appellari; illam enim vt venatorium rete adhibet Dæmon ad populos capiendos & â ſalutis ſemitâ auertendos.

C

p. Tim. 3 7.

D. Ambr. ibid.

Hoc autem compertum omnibus eſſe docet Diuus Chryſoſtomus, ex eo quòd ad infulas induendas accerſiri non poteſt quicumque deperditæ famæ vir; ingentem enim perniciem, maculamque teterrimam infert obſcuratæ famæ iactura: quem enim ab huiuſmodi viro fructum vel è concionibus, vel admonitionibus colligendum ſperaueris? ex eâ quam calumniæ inurunt maculâ, inutilis ad omnia erit, cum omnibus pateat, ne ipſos quidem cœcos Soli tanquam nigro & obſcuro allatraturos; hoc idem excipe à Diuo Bernardo hæc ſcribente. *Si quis laborat infamia, non poteſt eſſe Pralatus: quia ſi ſunt uera, qua de eo dicuntur, indignus eſt: ſi falſa, oportet tamen Paſtorem habere etiam decorem fama.*

D. Chriſ. ibi.

D

Ex aduerſo vbi Apoſtolo innotuit, probatiſſimum omnibus eſſe Timotheum, eiuſque famam per vulgi ora integerrimam circumferri, hoc tantùm argumento ductus, Epiſcopum eum renunciauit, licet Idolorum cultorem parentem ſuum ſortiretur. *Peruenit autem Derben & Lyſtram; & ecce diſcipulus, quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Vidua fidelis, patre gentili: huic teſtimonium bonum reddebant, qui in Liſtris erant & Iconio fratres; hunc noluit Paulus ſecum proficiſci.* Vulgares enim viri veram introſpicere neſcientes virtutem ingentemque Præſulum pietatem dimetiri, toti ſunt, vt vulgi famæ fidem faciant, & eum ipſi innumeris propè ſceleribus obuoluantur, ad ſua cœcutientes, totam oculorum aciem in Præſulis moribus inſpectandis abſumant; ſi verò aliquid incompoſitum de ipſo audiant, nullâ conſideratione habita, an vel verum, vel veroſimile ſit, in ſententiam ruunt præcipiti conſilio: hac ego ratione innixus ferè dixerim, maio-

Act. 16. 1.

ris momenti nobis futuram, ad diuinam gloriam populorumque ſalutem comparandam bonam apud exteros famam, quàm veritatem; pietas quidem requiritur, A ſed longè magis exiſtimatio, & præ conſcientia, quæ vni Deo patet, præ habenda eſt externa hæc species, in qua ſpectanda ſingulari ſtudio vulgus omne immoratur.

A primis vſque noſtræ fidei crepundijs in Præſulum exiſtimatione inquirendâ tam vigiles fuere veteres Patres, vt referente Lampridio, eorum nomina, qui ad Epiſcopales ſedes erant ſubmouendi, elatâ voce promulgarentur, vt ſi quid in eis eſſet maculoſum, liberè omnibus innoteſceret.

Lampr. in vita Alex. Seueri.

Inſanus decoctor audiret, qui bonam famam vel aſpernaretur, vel non eâ quâ par eſt cuſtodia ſeruaret; ſi enim Sanctuarij ſtatera fides danda fuerit, diuitijs omnibus, opulentiſſimisque theſauris longè ipſa præponderat: hinc omnium ſapientiſſimus. *Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: Super argentum & aurum gratia bona;* Ieſus autem Syrach ei adhærens; *Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri pretioſi & magni*.

Eccl. 41. 15

Ex his quis non agnoſcat illis hanc eſſe præeligendam? Sicut enim argento au- B rum, ferro argentum pretio præcellit, ſic argento, auro, cunctiſque in immenſam copiam aggeſtis diuitiis, pretioſior fama eſt, cum nobilioris, & ſublimioris generis ſit, nec extrà nos, vt opes, ſed in nobis ipſis ipſa permaneat; licet enim ex aliorum opinione ſuam originem ſortiatur, adhuc tâmen in virtute & honeſtis operibus tanquam in regiâ ſede conſiſtit; eodem planè modo, quo lux è ſole, ex vnguento odor, è corpore vmbra promanat: has certè veras opes illuſtris ille comicus appellauit: *Ego ſi bonam famam mihi ſeruaſſo, ſat ero diues*; ſed alio etiam titulo auro gemmiſque nobilior ipſa eſt; his ſiquidem longè perennior ab ipſa morte immunis noſtrum ſemper memoria comitatur: quin cum breui tumulo clauditur corpus, ſonora vndique fama circumuolat, eo quòd nullâ mordentis inuidiæ formidine teneatur; quâ ratione famam præ diuitijs omnibus magis nobis comparandam Iſocrates, vt habet Stobæus, edocuit,

Stob. c. 46.

Plus tibi curæ ſit vt honeſtam famam, C
Quàm diuitias ingentes liberis relinquas;
Nam hæ mortales ſunt, illa immortalis.

Quin hoc idem diſcrimen probos inter & improbos diuinus Spiritus affert, quòd ſcilicet probi viri quoad vixerint, calumnijs impetantur, oblocutionibus mordentur, cum improbi aſſentationibus efferantur, & celebrentur: ſed inuersâ ad mortis aſpectum ſcœnâ *memoria iuſti cum laudibus; nomen impiorum putreſcet.*

Prou. 10. 7.

Hinc etiam tertia emergit ratio, quâ diuitijs omnibus pretioſiorem famam nos habeamus; cum enim nobis immortalis ſit animus, illa potiſſimum ornamenta, quæ perenniora ſunt, ſunt reliquis omnibus magis nobis exoptanda; quin ex hac æterni nominis appetentiâ, validè arguitur, immortalem nobis animum ineſſe; qua de cauſâ maximus ille Romanus Senator ait, è famæ vitâ, vel interitu, hominum vitam mortemque pendere.

Cato.

Omnia ſi perdas, famam ſeruare memento
Quâ ſemel amiſſà, poſteà nullus eris. D

Qua eadem ratione non diuitijs tantùm, ſed quibuſcumque dignitatibus excellentior & pretioſior fama probatur, quod elegenti loquendi formulâ indicaſſe videtur Salomon his verbis: *Melius eſt nomen bonum, quàm vnguenta pretioſa*; hìc enim ſi, iuxtà Olympiodori mentem, metonymiæ figuram vſurpantes, accipiamus *inſtrumentum pro re*, vnguentis pretioſis deliciæ deſignantur; inter enim veterum delicias potiſſima illa fuit, quâ ad vngenda corpora ſuccos perraros & multa arte elaboratos adhibebant, vt è ſacris litteris, Orientis populis in more fuiſſe omnibus patet; ſi tamen vox *vnguenta*, iuxtà Diui Hyeronimi mentem, vſurpetur pro eo rerum maximè olentium compoſito, quo Reges & Sacerdotes perungebantur, vt explicare videtur Paraphraſtes Chaldæus his verbis. *Melius eſt nomen bonum, quod comparaut iuſti in ſæculo hoc, quam vnguentum vnctionis, quod fuerit inunctum ſuper capita Regum, & Sacerdotum*, Dignitates exprimet, quibus æquè ac delicijs & diuitijs omnibus præponendum bonum nomen erit, vtpotè longè viuacius

Eccl. 7. 2.
p. Reg. 14. 2.
Iudit 10. 3.
Matt. 6. 17.
Luc 7. 38.
Marc. 14. 3.
Paraph. Cald.

Digitized by Google

uacius & perennius bonum; iure igitur ea explicans Diuus Hyeronimus ait. *Fac* D.Hier. in
A *tibi famam longiorem, ut quomodo unguentum naret odore delectat; ſic ad tuum vo-* Eccl.c.7.2.
cabulum cuncta poſteritas delectetur.

Parcè tamen hæc omnia dicta voluerim: quid homini æſtimabilius, quid vn-
quam fuit ipſamet vita magis charum? ipſemet mendacij ſpiritus ea pronuncia-
uit. *Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet dabit homo pro anima ſua*: Si tamen ad Iob.
Apoſtoli lancem rerum omnium pretium optimè pernoſcentis & librantis, famæ
pondus dimetiri voluerimus, patebit vtique, longè pretioſius bonum famam eſſe,
quàm vitam: certè Apoſtolus, licet piiſſimę humilitatis idæam vbique præferret,
aperiè tamen pronunciauit, potiori ſibi futuram loco famæ integritatem, quâm vi-
tæ? *Bonum eſt enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet.* p. Cor 9 15

Quàpropter caſtiſſima fęmina Suſanna, cum ſe turpi ſupplicio pro pudicitiâ ſer-
uatâ, proximam inſpiceret, lachrymis ſimul ex oculis effluentibus, & vocibus e-
rumpentibus ex ore ne dixerim, an è corde, temperare ſe non potuit, quin queſtus
ad Deum effundens, de eo maximè ingemiſceret, quòd ſua fama iniquorum ne-
B bulonum æſtu vileſceret & fœdaretur. *Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor,* Dan.13.42
*qui noſti omnia antequam fiunt. Tu ſcis, quoniam falſum teſtimonium tulerunt con-
tra me & ecce morior.* De vitæ iactura, de ſanguinis effuſione haud ipſa conque-
rebatur, ſed de boni nominis illatâ pernicie: quid dulciùs, quid glorioſiùs eâ
morte, quâ conſcientiæ probitas firmatur, probatur integritas, damnatur flagitium?
quæcumque vel turpiſſimæ mortis acerbitas conſcientiæ candore dulceſcit; ſem-
per tamen excelſum animum ea mors cruciabit, quæ ſimul cum vitâ famam ex-
tinguit. Hinc Suſannæ dolor, hinc lachrymæ, ait Diuus Ambroſius. Plorauit,
cum crimen obijceretur; *plorauit cum ſibi de pudicitia & caſtitate, adulteri iudi-* D.Amb.de fuga ſecul. c.vii.
cium vindicarent; non mortem deplorans, ſed caſtitatis calumniam.

§. I.

C
CLariſſimè hinc patet, quàm arctè quilibet; & ſacri præſertim viri, qui vt a-
lijs morum ſanctitate præluceant, in excelſis noſtræ Religionis ſedibus col-
locantur, ſuæ famæ candori ſeruando proſpicere teneantur: verùm quia finem
aſſequi non valemus, niſi priùs opportuna ad eum media apponamus, famæ ho-
neſtatem haudquaquam poſſidebit, quin virtutem, quæ vnica ad eam obtinendam
via eſt, prius aſſequatur: hoc certè Apoſtolus indicauit ad Philippenſes ea ſcri-
bens: *Quæcumque ſancta, quæcumque amabilia; quæcumque bonæ famæ, ſi qua laus* Philip. 8.
diſciplinæ, hæc cogitate: legit Diuus Paſchaſius: *Si qua virtus, ſi qua laus*, ex quo D Paſchal.
hoc idem in quo verſamur ipſe eruit. *Duobus verbis cuncta concluſit: ad virtutes* l.2. in Mat-
nempe pertinet bona conſcientia; ad laudem vero fama vitæ proficit, ſine quibus ſanè th.
veri Principis forma non commendatur. Honoris templum per virtutis tantùm ſe-
mitam ingredimur; nec aliter, interroganti, quanàm ratione famæ decus poſſet
attingere, reſpondit Socrates, quàm *ſi talis eſſe ſtudeat, qualis haberi velit.* Se inui-
D cem reciprocâ beneuolentiâ ſimul diligunt fama & virtus, hæc illam parit, hanc
illa fouet: fœminæ pietatem inſpexit Roma, quæ patrem carcere & fame labo- D Aug.l.5
rantem diù ſuorum vberum lacte recreauit; hoc idem ad famæ commendationem deCiu.c.12
dixeris: eius enim operâ virtus enutritur & creſcit; teſtatur hoc Eleazar, cui, ne
animi fortitudinem deperderet, & vt fucatâ pietate deuicta, veram virtutem tri-
umphantis inſtar efferret, nullâ in ſenilis ætatis imbecillitate validior ratio fuit,
quàm ne ſui nominis iubar obſcuraret, famamque ſuam tot titulis illuſtrem dege-
neri obitu deturparet. *Non enim ętate noſtra dignum eſt, inquit, fingere; vt multi a-*
doleſcentium arbitrantes, Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alieni- 2. Malach 6.24.
*genarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ
tempus decipiantur, & per hoc maculam, atque execrationem meæ ſenectuti con-
quiram.*

Proximè huic Diuus Iordanus â Diuo Baſilio commendatus adhæſit; Tyranno
etenim ſic ille inuictè conſtantèrque reſpondit, *Nolo ut gloriam meam minuas, nec* Cic.l.p. de offic.

damna

Cic. l. 18 de off. *damna inferas laudi*. Quamobrem appoſitè pronunciaſſe videtur Romanus Ora-
tor, illud idem virtuti famam præſtare, quod pomo cortex defert; licet enim mol- A
lis & tenet intactum illud ſeruat, omnemque ab eo putredinem arcet, quâ ſtatim
vitiatur, ſi eo ſpolietur.

Nec tantùm virtutis alimentum fama eſt, ſed merces etiam & præmium: nulla
certè datur pretioſior pecunia, nulla dignior remuneratio virtuti præſtari poteſt.
quàm famæ incrementum & decus: quid Pyramides erigas, quid Mauſolæa con-
ſtruas, quid Theatra ad virtutis immortalitatem moliatis? vnius vi famæ mortem
Cic. pro Milon. ipſa extinguit, tempus atterit, immortalitatem attingit. Audi Tullium, *Ex om-
nibus præmijs virtutis, ampliſſimum eſt præmium gloria, quæ vita breuitatem poſte-
ritatis memoria cumulamus, quæ efficit, ut abſentes adſimus, ut mortui uiuamus;
cuius gradibus etiam homines in Cœlum uidentur aſcendere.*

Hinc famam inter Numina, ſi Plutarcho & Pauſaniæ fides fuerit, appoſuere
veteres; ex affinitate enim, quàm cum virtute gerit, Diuinum quiddam habet &
olet; ſi famam deſpexeris, deſpicies & virtutem; nec illam reieceris, quin ſimul
Tac. l. 4. annal. iſtam reijcias: ipſimet Tiberio hoc compertum docenti. *Contemptu famæ contemni* B
uirtutes. hæc è Tacito.

§ II.

NON igitur vel auræ popularis ſtudio, vel fucatâ aliquâ ſpecie, aut oſtenta-
tione, ſed vitæ ſanctimoniâ, amoreque virtutis, quam, ut umbra corpus, bo-
na fama conſequitur, noſtrum nomen illuſtrandum nobis eſt; non ad noſtram ſeu
oblectationem, ſeu vtilitatem, ſed ad Dei honorem, ad dignitatis maieſtatem, ad
aliorum exemplum noſtrorumque populorum commodum, quibus bonam fa-
Rom 12. 17 mam eo pacto præſtare debemus, quo pios mores ſeruare Deo nobiſque tenemur:
D. Aug ſer 49 de Miſ. *Prouidentes bona, non tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus*, ſic
Apoſtolus: *duæ ſibi res neceſſariæ ſunt, conſcientia tibi, fama proximo*: ſic Apoſto- C
lo conſonat Auguſtinus Deo initiatos uiros alloquens. Egregiè hoc ipſum in eâ
duplici veſte lineâ & laneâ exprimitur, quâ ſe ipſam, ſuoſque familiares mater il-
la familiâs tùm exteriùs, tùm interiùs induebat. Legibus ipsâ voce pronunciatis
(quæ traditiones vocantur) exempliſque poſteritati relictis Epiſcopos ſuos Suc-
ceſſores inſtruxerunt Apoſtoli, vt tùm conſcientiæ, tùm famæ integritati tota ani-
D. Hier. ep. ad Celan. mi contentione vacarent, vt Diuus Hyeronimus teſtatur: *Apoſtolici & præcepti eſt
& exempli, ut habeamus rationem non conſcientiæ tantùm, ſed etiam famæ*.
Prou 35. 13 Nimis enim uerò Præſules illi aberrant, qui conſcientiæ tantùm probitati ni-
tuntur, altoque ſopore correpti quietos tranſigunt dies vno mentis illibatæ can-
dore ſecuri? Vbinam rogo, accenſæ facis iubar eſt, vbinam ſalis condimenta,
vbinam Ciuitatis in montis vertice aſſurgentis erecta faſtigia? Si populis Præſu-
lis fama vileſcat, quemnam vnquam è ſuis concionibus pijſque monitis colli-
D. Greg p. Paſt. c. 2. gendum ſibi ſperauerit fructum? *Cuius enim uita deſpicitur, nihil ſupereſt, niſi ut*
eius prædicatio contemnatur; dedi verba Gregorij: ex aduerſo non adeò validus D
ad feras alias ad ſe trahendas pantheræ odor eſt, quàm excelſa Præſulis fama po-
tens fuerit ad ſuos populos ſibi conciliandos: quàm egregiè ab Auguſtino Epiſ-
Aug. ſer. 40 de diuerſ. coporum maximo hæc habes: *Propter nos conſcientia noſtra ſufficit nobis, propter
nos fama noſtra non pollui, ſed pollere debet.*

Hæc adeò præſtant, vt non tantùm è pijs noſtris operibus in ſtudio virtutum
Aug. de bono viduit. c. 2. populi nobis commiſſi progrediantur, ſed ipſamet opera indifferentia, & quæ a-
liqua ex parte videri poſſent ſuſpicioſa, iuxtà Hiſpanam paræmiam, ex opinione
acquiſitæ virtutis induant probitatem. *Cobra buena fama, y echate à dormir*: vulgi
exiſtimationem contemnere, docente Auguſtino, impudorati viri eſt, imò & cru-
delis in ſe ipſum & in alios, quorum animas contemptu boni nominis enecat, ſe-
que ipſum oblocutorijs ſcommatis carpendum obiectat.

Hinc ad nos erudiendos noſtræ ſalutis aſſertor eò vſque ſuam diſſeminandam
Religionem concionibus habitis diſtulit, quò Baptiſtæ integerrimi ſuffragio, cæ-
lique

Digitized by Google

A lique approbatione ingentem ſibi apud populum comparauerat exiſtimationem. Matth.4.17 *Exinde, cæpit Ieſus prædicare*. Sic Matthæus: quà de re operis imperfecti author Imperf.ibi. hoc ad noſtram diſciplinam collegit. *Ex tunc, ideſt, quo teſtificatus eſt à Ioanne; neque enim prædicare credibiliter poterat, neque teſtis Patris exiſtere, niſi teſtificatus fuiſſet ab eo, Ecce Agnus Dei, ecce &c. Vt omnis, qui ordinatur ad prædicandum, bonum teſtimonium à populo, & ab his, qui foris ſunt*, vt ait Apoſtolus.

In ipſo autem ſuæ prædicationis exercitio tantâ ſemper ſollicitudine ſuam famam excoluit, vt Apoſtolorum mentem ſolertiſſimus explorauerit de opinione, Matt.16. quâ ipſum vulgus habebat. *Quem dicunt homines eſſe filium hominis*. Percipiant hinc Præſules vulgi opinionem non contemnere, eique nomen carpendi facultatem adimere; ſed accipe verba Origenis: *Exemplo Chriſti debemus ſemper quærere, quam opinionem habeant de nobis homines, ut uel emendemus, uel augeamus*, ſanè vt Duce Platone Romanus Orator aſſeruit, *Negligere quid quis de te ſentiat, non ſolum eſt arrogantis, ſed etiam omnino diſſoluti*. Cic.l.p. de off.

B Hac de re neruos omnes ſuæ eloquentiæ Diuus Chryſoſtomus intendit, vt ad omnem ſolertiam & curam adhortetur Epiſcopos, quà exiſtimationem ſibi pariant, omnemque à ſe nel leuis labeculę ſuſpicionem amoueant, eum idemmet Epiſcoporum Anteſignanus omnem à ſe vel tenuiſſimam furti vmbram ademerit. D.Chriſoſ. de ſacerd.

Ipſe idem Chryſoſtomus quàm luculenter hoc ipſum exercuit! ſermonem enim ſemel habens ad populum, enixè eum orauit, vt ſi quis aliquid haberet, quo non probè de ipſo ſentiret, genuinâ beneuolentiâ ipſi aperiret, ut uel ſe de eo expurgaret, vel prorſus illud excuteret; facilè nempè eſt, ut plurimis incogitanter ſe erroribus implicet, qui tàm multis variiſque populis gubernandis præficitur. Chriſ. in 2. ad Theſſ. ho.4.

Quin, Diuo Gregorio docente, ſi quæ noſtrarum actionum ſubiectarum gentium vituperationem incurrerit, inſtruere eas tenemur de modo, quo ea ſe habuerit: D.Gregor. ep.39. quod Principis Apoſtolorum exemplo roborat Diuus Petrus Damianus ad Alexandrum Secundum ſcribens; hic enim licet Chriſti Domini uices in terris agens nulli ſubeſſet, ſed omnibus præeſſet, ubi percepit, Iudęos aliquos, qui recentiſſimè Chriſti fide ſuſceptâ ſacro fonte erant abluti, offenſionem aliquam acce-
C piſſe, eo quòd ipſe Cornelii Ethnici uiri domum acceſſiſſet, poteſtate depoſita, Act.10.& 11. qua ſilentium indicere ipſis poterat, totis uiribus ſtuduit, ut ſe, de eo quòd geſſerat, expurgaret: præceptum quod à Deo acceperat, illis aperuit, remque totam illis enucleatè deſcribens, ne uel leuiſſimè eius fides in re tanti momenti debita nutaret, ſex teſtes eduxit, quos ſocios in eâ profectione ſuſceperat; hinc ad nos informandos ſtatuit Damianus: *Diſcat ergo cum de ſuis actionibus conuenitur Epiſcopus, rationem reddere humiliter, non de ſui eminentia Primatus ſuperbire*. D.Pet.Da. l.p ep 12.

Ne autem ſplendida hac uirtutis ſpecie decepti, piæ humilitatis, qua tota ſanctitatis moles fulcitur, iacturam faciamus, & ne ex eorum numero ſimus, de quibus Tacitus ait, *Multos famam, paucos conſcientiam uereri*: illud nobis inhæreat, primum & potiſſimum noſtræ cogitationis obiectum in uitæ ſanctimonia, morumque innocentia ſtaduendum; adeò ut omni contentione, nullaque laborum exiſtimatione habitâ, eam poſſeſſuri, quæcunque alia poſthabentes, non famę pru-
D rigine excitemur, ſed eam tantùm exoptemus, quæ ex actionum noſtrarũ honeſtate tanquam ex illuſtri fonte, deriuatur, omniaque illa abhorreamus, quibus ea aliquatenus impuretur; ſi hæc fiant, duo illa Senecæ dicta quàm egregiè ſimul conſpirabunt. *Conſcientia ſtat ſatis; nihil in famam laboremus*; uirtuti tantùm & Sen. l.3. de ira c.41. Deo, non famæ, non populari ſtudio incumbamus: nequaquam tamen contemnenda illa eſt, quin potius ſolertiſſimè cuſtodienda: ad illam tanquam ad finem nullatenus noſtra opera dirigamus: ſequatur illa res noſtras, ut ancilla, non præcedat ut Domina, noſtræque conſcientiæ moderatrix: *Opinionem quidem & famam eo loco habemus, tanquam non ducere, ſed ſequi debeat*. Sen. l.6. de benef.c.vlt.

Nulla certè infelicior ſeruitus eà, quà ſe quis laudibus humanis ſubiicit, & ad futilis gloriæ lumen, labores ſuos, ſuamque mentem abſumit; hinc enim patet, non ſolidam à ſe uirtutem, ſed inanem gloriam amari: ruſus accipe Senecam. *Qui uirtutem ſuam publicam uult, non uirtuti laborat, ſed gloriæ*. Nec tantùm Sen ep 113. in fin. cuiuſcumque meriti iacturam hic facit, ſed breuium laborum ſumptu, immortalem igno-

igno-

D. Brig l. 3. c. 16.

ignominiam inſanâ mercaturâ lucratur: quâ de cauſa, vt nos inſtrueret Chriſtus A Dominus, opprobrium Diuæ Brigidæ exhibuit, quo Epiſcopus quidam fuit affectus, eò quòd popularis auræ amantiſſimus, humanæque gloriolæ ſtudioſiſſimus, ſolidam veramque virtutem aſſequi detrectaret: ad aſpectum Diuæ eum coegit, vt inter extremos anhelitus fateretur ex hac Inani oſtentatione, ſe ipſum *propter fauorem hominum perdidiſſe*; poſt quæ æternis eum dedit ſupplicijs, Brigidâ inſpectante, mactandum.

Peropportunè igitur memoratus Philoſophus admonuit, eadem protſus ratione noſtras actiones, quæcumque illæ ſint, vel ſecretæ, vel publicæ, inſtituendas, eodemque pretio noſtram tantùm conſcientiam, ac totum terrarum orbem habendum: illud curæ nobis ſit, vt eadem planè ſolertiâ nobis tantùm ac omnibus placeamus, illudque noſtris mentibus hæreat, res noſtras licet in remotiſſimis noſtrarum ædium aditis peragantur, totius tamen exponendas vniuerſi luminibus; hæc ſi nos præſtiterimus, non famam affectabimus, at virtutem, & hanc ſimul

Sen. de vita c. 10.

cum illa mutuo nexu coniunctam reperiemus. *Nibil opinionis cauſa, omnia con-* B *ſcientia faciam, populo teſte fieri credam, quod me conſcio faciam.* Hęc Seneca.

p Cor. 10. 33.

21. Cor. p. 12.

Galat. p. 10

Verùm quî excuſandus erit Apoſtolus, cuius maxima oblectatio erat, vt alijs placeret, eorumque voluptati inſeruiret? *Sicut & ego per omnia omnibus placeo.* Quin quo pacto hæc illis conſonabunt, quæ ex oppoſito Magnus idem gentium Magiſter pronunciauit. *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Et alibi. *An quæro hominibus placere? ſi adhuc hominibus placerem, ſeruus Chriſti non eſſem?*

Optimè ſe res habet, ait Auguſtinus; omniaque ſibi aptè reſpondent. Omnibus placere optabat Apoſtolus, ſuiſque adhærere veſtigijs Epiſcopos omnes optabat, ut ſcilicet eorum opera ſuis populis placerent; *ſed propter ipſorum vtilitatem, non propter noſtram dignitatem.* Noſtram quidem famam ſollicitè excolamus, exiſtimationem noſtram apud populos ſpectabilem faciamus, vt illis adiumento eſſe

D. Aug. l. hom. de paſtor. c. 9. tom. 9.

poſſimus. *Neque enim fratres, etiam in illis, quibus placere volumus, gloriam noſtram quærimus, aut gloriam noſtram quærere debemus; ſed illorum ſalutem, vt ſi* C *benè ambulamus, nos ſequendo non errent, imitatores noſtri ſint, ſicut & nos Chriſti Domini*, do Auguſtinum.

Verùm, ſi veſpertilionum inſtar tenebris tantùm homines oblectentur, & bonorum operum lucem auerſati, noſtram pietatem inſectentur, noſtrumque nomen liuido dente mordere voluerint, eò quòd eorum moribus repugnantes ſua vitia pietate noſtra retundamus, & vocali ſilentio arguamus; nulla de eorum opinione exiſtimatio nobis habenda eſt; dedecet, vt ad noſtri nominis integritatem ſeruandam, prauis eorum veſtigijs hæreamus; noſtræ conſcientiæ ſuffragium nobis ſufficiat; ſi qua noſtra opera non commendatione & plauſu, ſed contemptu & vituperatione excipiantur ab improbis, quid ad nos? eorum laudes aſpernemur; inter eos Præſules nos etiam adnumerabimur, quorum pietas maledico

D. Aug. loco cit.

fuit ſermone caſtigata; *Nam ſunt homines temerarij Iudices, detractores, ſuſurrones, murmuratores, quærentes ſuſpicari quod non vident, quærentes etiam iactare* D *quod non ſuſpicantur: contra tales, quod remanet, niſi teſtimonium conſcientiæ noſtræ?*

Noſtrum munus nos expleamus, vireſque omnes ad noſtri nominis lucem ſeruandam intendamus; licet ad eam obſcurandam tota inuidiæ proteruia deſudet, Dei erit, vt vbique ſpectetur illuſtrior.

Alia

Digitized by Google

A Alia ad idem afferuntur, probaturque, quàm ſolertèr & cautè ſuæ proſpicere famæ Epiſcopus debeat. Cap LXII.

ARDVVM nimis eſt inter latrones aurum ſeruare, nullaque ſuperflua dicenda ſolertia eſt, quæ ad hoc referatur. Pretioſiſſimam eſſe Epiſcopi famam ſatis iàm probauimus; & eùm qui ſocij eius ſunt, plerumque non beneuoli fuerint, præſertim ſi ſui muneris partes expleturus ad eorum mores corrigendos inſurgat, maximè ſollicitus ſit oportet, vt illibatam, & integram eam tueatur: Lynceos aperiens oculos, illa etiam euitet opera, quæ licet indifferentia ſint, aliquam tamen ſuſpicionis maculam poſſunt ingerere. Vertagos duos albos ad ſui
B cuſtodiam ſemper Telemachus apud Homerum adducebat; virtutes duas ſemper habeat ſui ſocias & cuſtodes Antiſtes, *Circumſpectionem ſcilicet, & ſolertiam.*

Quatuor illa animantia, quibus diuinitatis ſolium præcingi Ioannes aſpexit, Homer. Apoc. 4.6.
oculata vndique erant *ante & retro*: Præſules pariter, quibus Regia Chriſti ſedes ſtipatur, oculis vndequaque inſtructi ad ſuæ famæ integritatem ſeruandam euigilare debent, ſoporemque omnem excutere; quòd ſi ex cuſtodia, quà ſuos populos tueri tenentur, *Speculatores* è Græco idiomate appellantur, multò magis in D.Chriſoſ. l.5. de Sac.
ſemetipſis cuſtodiendis euigilare debent, cùm tàm facilè cenſorum oculos incurrant, & inuidorum dentibus inuadantur, qui vel ipſum carpere Solem aſſueuerunt, tanquam maculoſum; iure igitur Chryſoſtomus: *Non poſſunt Epiſcoporum vitia diſſimulari; ſed vel parua atque exigua confeſtim manifeſta fiunt.* Tenuiſſimæ quidem labeculæ noſtræ fuerint, oculos ſtatim omnium implent, qui Momi & Ariſtarchi virgâ eas caſtigantes, eas adeò decantant, amplificant, notant, vt nodum in ſcirpo effingant, & vitium in virtute reperiant; ſuas ipſi res deſerunt, & fœdos ſuos mores ab oculis reijcientes, totam in hoc ſolùm operam collocant, vt
C profundiores Præſulum latebras inuadant & ſcrutentur, & ſi aliquid ibi repererint, quod leuiſſimâ maculâ aſpergatur, tanquam turpiſſimum deſcribunt, & è minimâ atomo ingentem tetramque nubem efficiunt: haud quidem Epiſcopo ſufficit, vel morum candor, vel mentis integritas, ſed quæcumque libranda illis operatio eſt, & vocanda ad trutinam, ne aliorum cogitationibus, maleuolentiæ, ſuſpicioni, dicteriis ſubijciantur; neque publicâ tantùm opera, ſed ipſamet magis remota hoc ſortiuntur; quicumque enim aliis gubernandis præeſt, Midæ barbitonſorem domi habet, & pellucidos ædium ſuarum parietes; quodcumque opus, quæcumque vox videtur, auditur, centenis ab oculis, centenis ab auribus, quæ olympiam Claud. 4. Hon. conſul.
Echo imitatæ ſepties eandem vocem accreſcunt.

——— *Nam lex altiſſima fati*
Occultum nil eſſe ſinit, latebraſque per omnes
Intrat, & obſtructos implorat fama receſſus.

D Sic Vates ille, cui conſonat Caſſiodori ſapientisſimum effatum: *Vndique conſpiceris, qui in dignitatis claritate verſaris: latere non poteſt, quod inter cancellos egeris; tenes lucidas fores, clauſtra patentia, feneſtratas ianuas; & quamuisurioſè claudas, neceſſe eſt, vt te cunctis aperias.* Caſſ. l.12. varias. ep.

Hinc ad Mainardum Eugubinum Hyerarcham, meumque Præceſſorem ſcribens Beatus Petrus Damianus, inter alia, quibus eum benignè informauit, po- D.Pet Da. l.4. ep 8.
tiſſimam eſſe, ait, cautionem hanc, quà ſuas actiones ſolerter inſtitueret; *Vndique* D. Hiero. ep. l.4. ad Celan.
cautus, vndique circumſpectus, omninò te in Sacerdotali grauitate, & honeſtate compone. Diuus autem Hyeronimus maximam fœlicitatem appellauit, tam moderatè, honeſtèque vitam ſuam tranſigere, vt ne leuis quidem ſuſpicio irreplerit, qua obtrectatores, & ſuſurrones eius famam denigrare, vel deflorare valeant, adeò ut mendaciſſimus ab omnibus haberetur, qui eam vel leuiter carpere auderet.

Hinc pariter ingenioſiſſimum paradoxum eduxit Plutarchus, illud ſcilicet vti-

Plut. de vtilit. ab amicis capiend.

lius inter inimicos fore,quod eſt maximè pernicioſum. *In ſimultate, quod eſt maximè noxium,eſſe maximè vtile.* A

Quid calamitoſius vnquam, quid acerbius,quàm maleuolis ſemper oculis circumueniri, qui oculiſſimi ſunt, vt aliquid in nobis inueſtigent,quo ſuam carpendi libidinem expleant, noſtramqne famam ſuæ gladio verſatili linguæ cruentent & lacerent; ſemper illi noſtras res explorant & venantur, vel in ſe ipſis, vel in alienis relationibus,quas irrequieti perquirunt, nullam nobis quietem relinquentes; ſed accipe Plutarchi ſermonem. *In ſimultate maximè noxium eſſe, quod inimicus ſemper aduigilat; obſeruat quidquid agas, anſam captat calumniæ, videt,luſtrat, circumſpicit vndique vitam tuam.* Ingens quidem videtur hoc incommodum,ſed re verâ maximum beneficium eſt,quod ab ipſis amicis exciperetur; ipſomet amore vtilius nobis odium eſt; ſalutari enim vi cogit nos ad noſtros ità mores componendos, tantâque prudentiâ noſtra opera conficienda, vt integri & illibati videamur: emiſſitijs illis oculis coercemur à vitijs, ad virtutes excitamur, ad honeſtatem in re quacumque vel leui compellimur, adeò vt præclariſſimum vndequaque B probitatis odorem effundamus. *An non tibi conducibile, ad hoc cogi te ab inimicis, vt per omnia cautè & attentè viuas? ut non facias quidquam oſcitanter,& incircumſpectè; ſed ſemper cum diligenti vitæ ratione inculpatos mores conſerues?*

Quàm adamuſſim his Antiſtitum ſtatus exprimitur, quorum res, verba,obtutus, nutus adeò excutiuntur, vt ſemper hominum ore circumferantur, ipſique plebeculæ confabulandi iocandique materiem præſtent.Salutarem hæc omnia neceſſitatem imponunt, vt eâ prorſus ſolertia & cautione quamcumq; erroris ſuſpicionem amoueamus à nobis, quâ vt pudicitiæ florem tueatur, quamlibet vel tenuem turpitudinis notam à ſe honeſtiſſima puella repellit.

Egregiè ad hanc rem facit loquendi forma, qua ad nobilem viraginem ſcribens Diuus Hyeronimus vtitur: ait enim, ne ſcintillam quidem è noſtris moribus euaſuram, quæ poſteà in exundantes flammas exporrecta noſtrum nomen latè depalcatur; improbis enim viris illa ſcintilla ſufficeret ad huiuſmodi incendium pa-

D Hieron. ep. 14. ad Celan.

riendum. *Hanc adhibeamus vitæ noſtræ diligentiam, ne malæ mentes occaſionem inueniant detrahendi, ne ex nobis ſcintilla procedat,per quam aduerſus nos ſiniſtræ famæ flamma conflетur.* C ſi ſecus fuerit, quid conqueramur de noſtris oblocutionibus, ſi nos illis dicteria & ſcommata ſuppeditemus? *Alioqui fruſtra iraſcemur obtrectatoribus noſtris, eis ipſis obtrectandi materiam miniſtramus.* Hæc Diuus Hyeronimus.

§. I.

D Anſel.& Thom. ibi. 1. Cor. 6. 12

HINC cælitùs edoctus Apoſtolus, ab aliquibus faciendis nos auertit, quæ licet non prohibeantur,adhuc ſiniſtrè accipi à ſpectatoribus valent.Quem latet vnicuique licere, ad res ſuas ſuaque iura ſtatuenda & ſeruanda, cauſas agere, & in iudicium alios accerſere? hoc certè tribunalia ipſa præſcribunt,leges indicunt, omnibuſque Pandectæ ſancitæ ſignificant: quid tamen? aſperè in Corynthios exarſit Apoſtolus,eo quòd diſſenſiones inuicem aſſurgentes non componentes, litibus & cauſis Ethnicorum tribunalia implerent; D quid autem ipſe ad hoc confirmandum afferat,iuxtà Sanctorum Anſelmi, Thomæque ſuffragium,eſt,quod *Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt*, potiſſimùm, vt Vgo Cardinalis ſubdit, quia ex litium & diſſentionum huiuſmodi æſtu,non leui vulnere boni nominis fama deformetur. Aptiſſima Diuo Bernardo ſententia hæc viſa fuit, qua Eugenium Tertium, cunctoſque in eo ſacros Moderatores inſtrueret, vt impenſiſſimo ſtudio actiones ſuas ad lydium ueluti lapidem exploratas probarent, & antequam eas luci committerent,ſeria inueſtigatione diſcuterent; an primò licerent, an ſecundò decerent,demùm an expedirent; in Euangelicâ enim paleſtrâ nequaquam ſufficit, quod res aliqua uel liceat, uel deceat, niſi etiam probetur,quod expediat: quod utique erit, cum res quælibet circumſtantiis loci, temporis, gradus ſe attemperauerit: *ſpiritualis homo,&c.* hactenùs Bernardus.

Præ-

Digitized by Google

Præterqnam quòd qui ad omnia patranda properat, quæ ſibi licita arbitratur,
A in magno periculo verſatur, ne in rerum illicitarum ſordes præceps ruat; nam
etiam virtutes, eò quòd vitijs conterminæ ſint, niſi prudenter & cautè exercean-
tur, in vitia ipſa deſciſcunt: *Citò enim adducuntur, vt ea faciant, quæ non licet, qui* Clem. Alex. l. 2.
faciunt omnia, quæ licet; ſic apud Clementem Alexandrinum vir quidam ſapien- Pedag c p.
tiſſimus.

Sed prætereunda non videntur, quæ ſuperiùs memoratis verbis perdoctè an-
nectit Apoſtolus: *Omnia mihi licent; ſed ego ſub nullius redigar poteſtate*; ſtupens p.Cor.6. 1.
hic hæreo perpendens, quod ille idem, qui ad Corinthios ſcribens cunctis ſe
tanquam famulum ſubijcit, vt eos Chriſto donaret, *Omnium me ſeruum feci, vt
plures lucrifaciam*; nunc nulli ſe ſubijcere fateatur; an ſibi ipſi diſſonet vir æquè
doctus ac pius? at ſublimiora petit Pauli mens: iam audi: multa quidem facien-
da mihi licerent, ſic ille de ſe ipſo, eo quòd nulla macula aſpergantur, verùm
quia detrectandi materiem pluribus exhiberent, qui non ratione, ſed opinione
ſubnixi, & vel inuidentia indignati, vel inſcitia cœcutientes redarguere me de
B illis poſſent, ea reiicio, nec expedit, vt illis faciendis inhæream: hac tantùm ra-
tione ductus ab illis faciendis abſtineo, ne vel inuidorum, vel ineptorum dicte-
rijs, ſcommatis, & ſubiectus temeritatis eorũ captiuus fiam: ea quę illicita ſunt fu-
giens, Dœmonibus non ſubiicior, nec hominum obiurgationes patior, ſi quæ non
expediant omiſerim; itâ igitur fiet, vt *ſub nullius redigar poteſtate; ſub nullius,
ideſt, neque Dęmonis, neque hominis.*

Huic ſe doctrinæ ad libellam conformauit Apoſtolus, tamque exactè illam ſer-
uauit, vt ferè nimis religioſus videatur: cum enim eum Chriſti fideles deſignaſſent
ad pauperibus impertiendas elargitiones illas, quibus ęgenorum inopiam diuites
ſubleuabant, noluit ipſe ſolus illi miniſterio ſuam operam dare, ſed Titum, Bar-
nabam, & Apollon ſibi ſocios adſcripſit viros ſummâ exiſtimatione omnibus
habitos; rationem Corinthijs de hoc attulit; hoc ſtylo: *Ne quis nos vituperet* 2. Cor. 8.
in hac plenitudine, quæ adminiſtratur à nobis; prouidentes bona, non ſolùm coram D.Chriſoſ. l.8. de ſac.
Deo, ſed etiam coram hominibus. Diuus Ioannes Chryſoſtomus, qui Epiſcopis
C omnibus imitandum hoc præfert exemplum, ne quis eorum ſibimetipſi nimis ad-
blanditus, vel in morum candore, vel in ſuis nominis pondere, vel in ſuſpicio-
num falſitate confidat; acutè perpendit, nullum è nobis eſſe adeò inculpatum,
vt fuerit à quacumque furti nota Paulus alienus; nullus certè adeò effrons erat,
qui labem hanc inurere in tantum virum poſſet, nihilque adeò à veritate diſtabat
quàm vt in Pauli animum tàm deformis error vnquam irreperet: rationibus ta-
men his haudquaquam ille acquieuit, ſed perquam cautè prudenterque proce-
dens ſuam innocentiam vndique obuallauit: non eius verba fuerunt, quis vnquam
de me inter Apoſtolos Dei impulſu vocantis adſcito perperam opinetur? de me,
qui tot admirandis operibus meam ſanctimoniam roboraui? de me, qui eiuſdem
Chriſti Magiſterio Gentium Doctoris laurea fui decoratus? de me, qui ad virtu-
tem abſolutiſſimam conquirendam diuitias omnes, omnemque Mundi pompam
ſpontè calcaui? Nihil ſanè ex his eius animum tranquillauit, ſed ab omni quo-
cumque diſcrimine famam ſuam, quæ potiſſimùm in ſacris Moderatoribus tenerri-
D ma & delicatiſſima eſt, auertens ſapienter arbitratus eſt, facillimum pleriſque
fore, vt malam de eo cogitationem habentes ſui probitatem nominis obſcurarent;
vt nos etiam erudiret, Diuo Chryſoſtomo docente, tam cautus et ſagax Paulus
inceſſit; audi iam, quæ Epiſcopos alloquens habet Chryſoſtomus. *Si enim Beatus* D.Chriſoſ.
ille Paulus veritus eſt, ne furti apud diſcipulos ſuſpectus eſſet, quo nomine & alios vbi ſup.
*in pecuniarum adminiſtrationem ſecum aſſumpſit, vt ne quis, inquit, nos carpat in
hac exuberantia, quæ à nobis adminiſtratur; quomodo non omnia à nobis agenda ſunt,
vt malas à nobis ſuſpiciones amoueamus, quantumuis licet falſas, iniquas, & ab ea,
quam habemus opinione alienas?* Sed attentè Diui Pauli ratio perpendatur opor-
tet; nos enim, ſic ipſe, ipſamet honeſta & pia opera ſic agere decet, vt non tan-
tum illis Deus, cuius oculis omnia adyta reſerantur, oblectetur, ſed humani e-
tiam oculi, qui non raro, vel inuidiæ præſtigijs, vel inſcitiæ nebulis caligantes,
ea vel non cernunt, vel non diſcernunt: belluinis ſanè luminibus frequenter E-

piſcoporum res populi inſpectant, nullâ ratione, prudentiâ nulla illuſtratis, &
in nos, tanquam in ſcopos, tùm ſapientum, tùm inſipientum linguæ ſententiæque A
collimant.

Noſtrâ igitur eſt, vt non ſolum noſtram exiſtimationem non negligamus, ſed
ne vel leuiſſimam earum omnium rerum, quæ ſinixtram in partem trahi poſſunt.
ſuſpicionem inferamus; vt conſilio priùs opinionem præueniamus, quæ de re no-
bis faciendâ haberi poſſit, vt eâ curâ, ſolertiaque tùm noſtra opera, tùm verba
inſtituamus, quæ inſtitueremus, ſi omnium Cenſorum ſupercilia nobis adeſſent;
vt demùm ſuſurronum omnium & prudentum effrænatam libidinem retundamus
& repellamus; in hæc omnia Diuus Chryſoſtomus nobis inſinuanda conſpirat.
D Chriſoſ. l. 6. de ſac. *Tantum certè oportet, imò vero longe maius ſtudium adhiberi, vt malas opiniones,
non ſolùm dum erumpunt, diuellamus arceamuſque, ſed & procul vnde irrumpere
poſſunt, proſpiciamus; atque adeò cauſas ipſas, è quibus enaſcantur, longo ante tem-
pore interimamus; non etiam dum coaleſcant, & in vulgi ore verſentur, ac diuulgen-
tur, expectemus.* Vt enim egregiè Diuus Athanaſius pronunciabat, ſufficit, vt
D Athan. ea quæ de nobis diſſeminantur, licet vera non ſint, vero tamen ſiat proxima, vt B
ea caueamus; licet enim poſtea ab illis nos expurgare conaremur, adhùc tamen
macula ſemper aliqua noſtro nomini adhæreſceret.

Hæc igitur via eſt, quà non tantùm oblocutorum proteruiam fugiamus, ſed
gloriæ etiam faſtigium teneamus, quà tùm Dei nomen, tùm noſtræ Religionis,
cui deſponſamur, dignitas honoretur: quàpropter nulla nobis admiratio inеſſe
debet, ſi idem ille Deus, qui vel neceſſarij victus cupiditatem extinguere conten-
dit in nobis, boni nominis appetentiam & votum in nobis excitauit; hac certè viâ
Matth. 6. Iudith incedens humanæ gloriæ apicem aſſecuta, ſuum nomen celeberrimum vn-
Eccl. 41. dequaque exhibuit; profectò non è ſingulari, quà excellebat pulchritudine, non
ex opum ſanguiniſque præſtantia celebre Iudith ſuum nomen effecit, ſed è pie
tate, quam eximio ſtudio omnibus ignota colebat, adeò vt nullus quidem tam
impudoratus & effrons eſſet, qui de eâ non ſuſurrare tantùm, ſed ne ſuſpicari
quidem leuiter poſſet; pennas ipſa ſuo nomini præſtitit, quibus per hominum ora C
Iudith 8. fœliciſſimè volitaret. *Et erat hac in omnibus famoſiſſima, quia timebat Dominum
valdè, nec erat qui loqueretur de ea verbum malum.* Hinc meritò nos adhortatur
Orig. tra. p. in Matth. Origenes, ut ſollicitè ſemper ab omnibus inquiramus, rectè ne de nobis & Præ-
fecturâ noſtra ſentiant & opinentur populi, ut quæ mala fuerint, corrigere, quæ
verò bona, optima efficere ualeamus; certè ad nos erudiendos, hoc idem Primus
& Supremus Pręſulum Magiſter exhibuit, dum Apoſtolos ſciſcitatus fuit. *Quem*
Matt. 16. 13 *dicunt homines eſſe filium hominis.*

Sæcularibus à rebus alienum futurum Epiſcopum. Cap. XLIII.

D

TAM excellens & egregius ordo eſt, quo ſupremus rerum omnium conditor
vniuerſitatem hanc temperauit & ſtatuit, ut uel immutari, uel diſſolui aliquâ
ex parte non poſſit, quin ſimul omnia fœdè diſſoluantur & ferè intereant; ſi mo-
tus, ad quem cæleſtis aliquis orbis uel ſydus aliquod accommodatum eſt, omit-
teretur, ut aliò ſe moueret, ſi alterius elementi ſedem elementum aliquod oc-
cuparet, annon primum teterrimumque chaos cuncta repeterent? ſi pedis munus
in humano corpore obire oculus uellet, oculi officium manus, an non turpiſſimus
homo eſſet, omniaque Lybiæ monſtra ſuâ fœditate præcelleret?

In ipſomet Eccleſiæ corpore munera ſua, ſuas ſedes dixtinxit ſingulis Deus,
diſtinctaſque deſignauit: nobiliorem ſedem, ut capita, ſortiuntur Epiſcopi, quorum
eſt alios præire & moderari, & ſyderum inſtar, tùm morum tùm ſermonum lumine
tenebras inſcitiæ depellere, ſcelerumque noctem fugare.

Si ergò Epiſcopus ſtudio omiſſo, quo ſe Deo, rebuſque Diuinis tradens, &
popu-

populorum pietati inter preces & ſacra proſpiciens, miniſteriũ pedis exercens, vijs A lutulentis & cœnoſis adhæſerit, hoc eſt ſæcularibus negotijs ſe irretierit, cogitationibus mentem, prophanis ſermonibus linguam totumque animum futilibus hiſce ſæculi rebus implicauerit; ſi ab eâ diligentiâ, ſolertiaque diſcedens, quâ gentium ſibi commiſſarum fœlicitatem comparare, diuinamque amplificare gloriam poſſet, iniurius ipſi Deo eſſet, legeſque diuinas euertens ſuam dignitatem violaret, an non ſacrum hunc ordinem fœdè perturbans, in reliqua eius membra inſæuiret? hoc profectò illud eſt, quod Epiſcopos Gregorius alloquens inſinuauit his verbis: *A ſubditis ergo inferiora gerenda ſunt, à Rectoribus ſumma cogitanda; vt ſcilicet oculum, qui prouidendis greſſibus praeminet, cura pulueris non obſcuret: caput namque ſubiectorum ſunt cuncti, qui præſunt, & vt recta valeant pedes iter carpere, hæc procul dubio caput debet ex alto prouidere, ne à profectu pedes torpeant, cum curuata rectitudine corporis caput ſeſe ad terram declinat.* D.Gregor. ep. 2 paſt. c. 7.

Abiecti & ſordeſcentis animi Præſul ille eſt, qui rebus hiſce infimis verſandis intentans, in ſuo miniſterio exercendo torpeſcit; ſi rerum terrenarum puluere B ſacri oculi illinantur, ineptos ſe præſtabunt ad pedes rectâ viâ ducendos: facilè igitur erit, vt ſimul cum reliquis præcipites in ſcelus ruant: quin ad tantum Sacerdotium implendum ineptos huiuſmodi viri ſe oſtendunt; vt enim pronunciauit Diuus Chryſoſtomus, amouendi prorſus à tantâ dignitate eſſent tàm corrupti abiectique viri; hoc certè Deus ipſe indicauit in Aminadab, de quo Samuelis ore Iſai dixit, *Non hunc elegit Dominus*; hac certè ratione, quia Aminadab idem ſonat ac *Vrbanus*, hoc eſt, qui terrenis rebus ſpontè & facilis implicatur: ad Epiſcopalem ſedem efferendum quis hunc arbitretur, ait Gregorius. *Meritò igitur Domino conſulto repellitur* (Abinadab) *quia ſancta Eccleſia ad regimen animarum non elegit negotijs ſæcularibus ſtrenuum, ſed ſpirituali conuerſione decorum.* Vrbani quidem ſunt, qui poſtpoſita intentione cæleſtium, exterioribus ſtudijs ſeſe oſtendere ſtrenuos conantur. Hoc idem eodem Magiſtro docente, vt in veteri lege viri gibboſi excluderentur à ſacris; curuas enim animas terreniſque operibus nimis intentas repellit ab aris ſanctiſſimus Deus. D.Chriſoſ. l. 6. de ſac. 1. Reg. 16. 8 D.Greg. l. 6 in I Reg. D Gregor. hom. 31. in Euang.

C Qui autem ſimul cum cæleſti globo terrarum molem annectere arbitratur, altero que oculo Cælum, altoque ſolum intueri, ſimulque Dei Arcam, & Dagonis Idolum in animi Templo adorare, nimis profectò aberrat: indignatur in eos acerbè Deus, qui cultum ſimul & contemptum ſimulant, & in cordis thuribulo prophanas flammas vnà cum ignibus ſacris accendunt; his igitur omnibus nos numen admonuit, maximè ſibi noſtrorum cordium diuiſionem ingratam inuiſamque eſſe; vt ſoli Deo ſtuderemus nos ipſe elegit, nec pati libens poteſt, quod vnam noſtrùm partem Deo, Mundo alteram, & fortè potiorem diuiſo ſtudio committamus. 1. Reg 5. Leuit. in p.

Illuſtrem ad hoc edocendum parœmiam Cæleſtis Magiſter adhibuit, *Nemo poteſt duobus Domini ſeruire*. Aulicus, qui duobus ſimul à diuerſis Principibus mercedem acciperet, ſuum certè munus explere non poſſet; ſuſpicionem illi ingereret, qui cum priùs dignitatibus & honoribus eum ſibi obſtringere ſtuduiſſet, ad alterius obſequia paratiſſimum cum poſteà inſpectaret; Terrenis è ſordibus ad diui- D num propè gradum ſuâ nos beneuolentiâ Deus euexit, & inter ſuæ aulæ magnates adſcripſit, vt Mundi ſeruitute contempta, reiectâque, numinis obſequio vacaremus. Matt. 6. 20 D. Ambro. l. p off c. 36

In Mundum veluti hoſtem ſuum acerrimum bellum Deus indixit, & ad illud gerendum ſuarum cohortium nos Præſules ſuos duces inſtituit; facilè igitur perduellionis notam ſubibimus, & perfidi audiemus, ſi eius arma tractantes in eius caſtris immorabimur, eiuſque cultui ſtudebimus.

Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus: ſic olim ad Epheſi Antiſtitem ſcribens Apoſtolus, hæc etiam ratione ſententiam roborans, vt placeat ei, cui ſe probauit. Si igitur Mundi ſtipendia noſtrum animum ſuis illecebris attrahentis acceperimus, placere nunquam Deo valebimus: ne Timotheum virum ſanctiſſimum ſæcularia hæc opera à ſacris rebus auerterent, metuebat Apoſtolus; quantò magis de nobis metuendum, qui tam longè ſanctitate, quam ætate à Timotheo diſtamus? 2. Tim. 2. 4.

Quod

Quòd ſi quis ſub aliquo Duce meret, militari tantùm rei addictus, cætera mi-
niſteria deſpicit, nec ſe mercaturæ officijs immiſcet; quantò magis qui fidei exer- A
cet militiam, ab omni vſu negociationis abſtinere debet? Sacrum regimen, &
Mundi negotia nullam inter ſe ſocietatem pati poſſunt; diſcordia adeò ſunt, vt ſe
inuicem eijciant & trudant; bituminatum quid mundana opera præferunt, cum
tractari non poſſint, quin viſco manus & animos obliniant, noſtraſque mentes ad
ſe trahentes, à rerum ſacrarum amore penitùs eas auellant; hac in ſententiâ A-
D. Mar. Ere. de leg. ſpirit. n. 108 poſtolum fuiſſe, doctiſſimus Aſceta Morus docet his verbis *Nemo, inquit: Apoſto-*
lus, militans Deo, huius vitæ negocijs implicetur: etenim ſi hiſce implicitus, affe-
ctiones ſuperare voluerit, ſimilis eſt ei, qui paleis conatur incendium reſtinguere.

D. Hieron. ep. 128. Nec aliud fuiſſe in cauſa docet Diuus Hyeronimus, cur Deus olim præceperit,
vt frugum fructuumque primitiæ ſupremo Hyerarchæ donarentur, niſi quià victu
veſtituque ſatis Sacerdos ornatus, quacumque aliâ terrenâ cogitatione liber, totâ
contentione diuinæ diſciplinæ ſe manciparet.

Cum ad prænobilem quendam magiſtratum capeſſendum ſemel Syneſius Pto-
Sin. ep. 57. læmaidis Antiſtes aduocaretur, conſtantiſſimè eum reiecit, illud aſſerens, olim B
apud Aegyptios & Hebræos ſimul cum Sacerdotio politicum regimen iuſtis è ra-
tionibus coaluiſſe, quæ tamen rationes nunc temporis non ſuffragantur, cum ſi-
mul hæc duo necti non poſſint. *Republica adminiſtranda vim cũ Sacerdotio coniun-*
gere, perinde eſt, ac ea nere, quæ nendo connecti debeant. Deus enim ipſe ſacrum à re-
gimine prophano diſcreuit, & à Myſtarum vitâ vitam laicorum; alios ad infima-
rum rerum fęces conuertit, alios ſibi ſociauit. His etiam, ſubdit, prophana ne-
gotia, quò magis ſæcularibus viris accommodantur, eò etiam magis ab homini-
bus Deo ſacriſque rebus initiatis fore aliena, nec ſibi vires illas eamque men-
tem ineſſe, vt ſimul Epiſcopi maximum munus, terrenaſque res agendas aſſequi
poſſit. Quia verò aliorum Antiſtitum exemplum ei obijciebant, qui ſimul Deo, mun-
doque vacabant, modeſtiſſimè reſpondit, ſe quidem eos damnare nunquam auſu-
rum, ſed potiùs eorum aptitudinem admirari, quà poſſent vtrique Domino inſer-
uire; Soli quidem hos comparandos, qui luce illibatâ ſordibus immoratur, ſe C
verò huiuſmodi eſſe, vt ſi terrenis iſtis rebus inuolueretur, vix totius Oceani aquis
collectas ex his maculas abſterſurum. *Ordinatum eſt, vt illi quidem, in rerum*
negotijs, nos autem in precibus verſemur, quid igitur reducis? qui neque, vt guber-
namus, ſed falsò, vt gubernemus expetis: otio opus eſt ei, qui cum philoſophia Sacer-
dotio fungitur. Non condemno Epiſcopos, qui in rerum negotijs verſantur, ſed ma-
gis miror eos, qui vtrumque poſſunt: mea facultas non eſt duobus Dominis ſeruire;
ſi verò ſunt aliqui, qui neq; à condenſcenſu læduntur, poterunt ſanè, & Sacerdotia
fungi, & Ciuitatum præfecti eſſe. Radius enim Solis cum ſtercore verſatur, pu-
rus manet, non inquinatur? Ego verò hoc idem cum fecero, fontibus & mari opus
habeo.

Sic Diuus Radbodus Traiectenſis Antiſtes Galliarum Regi ad quoddam ſui Re-
gni negotium pertractandum eum aduocanti reſpondiſſe fertur, fas quidem eſſe,
vt Principibus ſuis paratiſſimi populi obediant, *ſed Epiſcoporum non eſſe ſæcularibus*
apud Sur. 29 Nou. c. 19. *implicari negotijs*, in quorum caſtris milites Chriſti militant, totamque eorum D
operam in gentium vtilitate collocandam.

Diuum etiam Hugonem Lincolnienſem Præſulem acerrimè ſuus Archiepiſco-
pus inſectatus fuit, eo quòd de plurimis, quibus implicabatur ſæcularibus nego-
apud Sur. 29. Nou. c. 39. tijs eum caſtigaret; reſipiſcens tandem Epiſcopus hæc reddidit. *Libenter ignoſco;*
quod autem ſæpè te reprehendi non me pænitet; ſed quod id crebrius non feci, id po-
tiùs doleo: vidi namque ſæcularibus negotijs animum tuum plus ſatis implicari, ia-
cturamque non paruam in ſubditis tuis fieri.

§. I.

SI in arando ſolo, auerſo vultu, laboret Agricola, non rectos, at obliquos ſulcos
agẽs, Dominum coget, vt ad illud exercendũ munus imparem è ſuâ domo reij-
ciat:

A ciat: idem de Epiſcopo dixeris: hic enim ſi poſt laborem in ſuâ Eccleſiâ excolendâ ſuſceptum, ad ſæcularia negotia mentem ſuam conuerterit, ad Epiſcopale munus adminiſtrandum, ſacraſque tractandas res ineptus fuerit, oportet; qua quidem ſententia verba illa Chriſti Domini ore prolata, *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei*, excepit magnus Suarius, Regni Dei nomine militantem Eccleſiam intelligens; multò autem minus æternam ipſe gloriam aſſequetur, ſi Regnum Dei triumphans Eccleſia ſit. Suar. to. 2. de relig. tr. de voto l. 9. c. 10. 16.

Hoc idem ad Tertulliani mentem, cui pariter Theophilactus adhæſit, verbis illis, quibus Apoſtolos, eorumque Succeſſores edocuit, cæleſtis Magiſter indicauit: *ſint lumbi veſtri præcincti*: ac ſi diceret, quæcumque ſeculi vſum ſapiunt, amouete, curas omnes terrenas exoluite; *ſuccingere debemus lumbos, ideſt, expeditt eſſe ab impedimentis laciniosæ vitæ & implicatæ.* Luc. 12. 35. Tertul. l. 4. cont. Marc. Theoph in Luc. 12.

Vt autem altiùs animis noſtris ſaluberrima hæc ſcientia adhæreſcat, iterum, ſed alia dicendi formâ conueſtitam eam expreſſit; *Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ*, hoe eſt iuxtà Arabicum idioma, *& ſollicitudine rerum mundi*: his autem apertè indicat, quod ſicuti, qui ventri dediti pergræcantur, impares fiunt ad regimen populorum grauiaque negotia pertractanda, ſic pariter hoc idem dicendum de his, qui nimia rerum terrenarum ſollicitudine occupantur: quin, vt ibi Euthimius docet, à cæleſtibus pertractandis & recogitandis eorum animus auocatur, & quod deterius eſt, *Vita huius curæ, crepula item; & ebrietas, homini intellectum adimunt, fidem obſcurant, & earum rerum quæ ſunt vtiles ac neceſſariæ, obliuionem inducunt*: Quę Titi verba perpendenda accuratiſſimè ſunt. Optimè igitur factum, vt ad hoc idem edocendum tùm Sanctiſſimi Pontifices, & Magiſtri, tùm ſacra Concilia ſimul conſpirarint. Clariſſimè hæc omnia Diuo Iacobo Hyeroſolimitano Epiſcopo ſignificauit Diuus Clemens Pontifex Petri diſcipulus & in Vaticanæ Reipublicæ adminiſtratione Succeſſor; verba eius hæc ſunt. *Te quidem oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias*, vetuit ei, ne pro vllo in re pecuniariâ ſponderet, ſuamque operam inter litigia & cauſidicos daret, ne ſcilicet his à ſacris cœremoniis mens abſtrahatur & præfocetur, adeò vt ſuum miniſterium, ad quod electus & euectus à Deo fuit, ritè exercere, & explere non poſſit: *Ne præfocatus præſentibus hominum curis, non poſſis verbo Dei vacare, & ſecundum veritatis regulam ſecernere bonos à malis: iſta enim opera, quæ ſibi minus congruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi inuicem vacantes laici, & te nemo occupet ab his ſtudijs, per quæ ſalus omnibus datur.* Luc. 21. 34 Eutim. & Titus ibid. D. Clem. epiſt. p. c. te quidem 29. 11. q. p.

Nec tantùm Epiſcopis hoc ſacri Canones prohibuere, ſed Presbyteris etiam & Diaconis, eâ conditione, vt ſi deliquerint, ſuo munere ſpolietur: *Epiſcopus aut Preſbyter, aut Diaconus, nequaquam ſæculares curas aſſumat; ſin aliter, deijciatur.* Chalcedonenſe item & Carthaginenſe Concilium hoc idem ſub Cenſoriæ animaduerſionis pœnâ prohibuerunt: Patres autem, qui Carthaginenſi Concilio adfuerunt, tantâ in hoc contentione laborarunt, vt ſacris Eccleſiæ ſuffragiis eos ſpoliarent, qui ſuorum filiorum orbitati tutorem Presbyterum inſtituiſſent: *Quia apud altare Dei non meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes & Miniſtros voluit auocare.* Hanc certè pœnam in quendam è ſuâ Diœceſi Dinus Cyprianus irrogauit, eo quòd hunc ſanctum Canonem iniurius violarit. Can. Apoſt. c. Episc. 3. 88. diſt. Conc. Calced. can. 3. Conc. Cartag p. c. 17. 18. & 20. D. Cip. ep. 9. l p.

In hoc præcipuè Epiſcopis omnibus commendando, eximiè Diuus Gregorius in aureo opere, quod Paſtorale inſcribitur, laborauit; eò autem magis neceſſarium hoc tantus Pontifex æſtimauit, quòd eâ ætate plurimi erant ſacris à rebus adeò auerſi, rebuſque ſæcularibus impediti, vt penè in iſtis ſolùm agendis oblectarentur, interque eas, velut inter delicias, ſe dulciter volutarent: quàm autem moleſtum hoc Deo ſit, ex eo ipſe primùm confirmat, quod ex Oſeâ Vate minatur, *& erit ſicut populus, ſic Sacerdos*; dum in prophanis negocijs peragendis, & caducis operibus pertractandis vix à ſæcularibus viris Epiſcopi diſcernuntur; tum etiam ex eo, in quod acerbiſſimo queſtu erupit Hyeremias: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides Sanctuarij, in capite omnium platearum*: Egregiè hic Pontifex doctiſſimus explicat, quàm abiectè Sanctitatis D. Gregor p. 2. paſt. c. 7 Oſe. 4 6. Thren. 4 2.

D.Gregor. p.2.paſt.c.7 ctitatis aurum, quo olim pretioſiſſimè irradiabant Epiſcopi, inter huiuſmodi actiones obſoleſcat & ſquallcat; quis credat gemmas illas, quæ ad ſupremi Sacerdo- A tis veſtem illuſtrandam *in Sancta Sanctorum* eliguntur, vel pyropoꝛum & iaſpidum inſtar Sanctuarij faciem ſunt ornaturæ, inter ſęculares ſordeſcere curas, & lutulentis rebus obuolutas miſerandum in modum extingui?

His vltrò adhæſit ſacra Synodus Tridentina, quæ tùm in Cleri, tùm populi Chriſtiani moribus corrigendis veluti primum lapidem hanc legem collocauit, quâ Epiſcopos ad reſidentiam obſtrinxit, eaque omnia ab ſe remouenda, quæ ſuam mentem à tanti Sacerdotij onere amouerent.

§. II.

SVI muneris Maieſtatem nimis obſcurat, & ab Infularum nobilitate ſeruandâ diſcedens nimis eas dehonorat, qui curas omnes, labores omnes, & ſtu- B dia in terrenis hiſce rebus peragendis impendit, quæ potius ad Dei gloriam, ad populorum ſalutem deberet abſumere, cum ad ea præſtanda nos Deus elegerit,

Nazian. orat.2. qui recte Diuo Gregorio Nazianzeno, *Cæleſtes nos ipſos deſignauit*.

Quàm abiectum & degenerem animum ille oſtendit, qui non corruptos & vitiatos ſui populi mores, ſed rem, quæ improſperè ceſſerit, pluris æſtimarit, ma-

Apocal. giſque curis humanis, quàm ſui curæ gregis euigilet; è ſtellarum nomine, quo in Apocalypſi deſignantur & ornantur Antiſtites, probè innoteſcit, eâ terrenis à rebus menſurâ longè futuros, quâ Cælum à terrâ diſcedit.

Appoſitè hic commemorauerim, quæ de Libanio Sophiſtâ Suidas, & Eunapius

Suida apud Volater. l. 16. Autu. referunt: maximo hic pretio ab Antiochiæ Principe Iuliano habebatur, eâque de cauſâ Prætorij Præfecturâ fuit ab illo donatus: conſtantiſſimè clariſſimam eam dignitatem Libanius reiecit, aſſerens longè pluris ſibi eſſe Sophiſtæ nomen, ac Præfecti munus: non tempus tantùm vtiliùs à ſe impendi in Sophiſtæ diſciplinâ æſtimabat, ſed illuſtriorem ſe ipſum reddi è Philoſophię ſtudijs, quàm è Reipu- C blicæ negotijs: ſui nominis iubar diminui cenſebat è Præfecturæ miniſterio, quæ licet illuſtriſſima aliiſque ardentiſſimè concupita; longè tamen Philoſophici nominis nobilitati concedebat: licet enim Præfecti munus opulentum & perhonorificum eſſet, tot tamen tantiſque diſtractionibus erat obſitum, vt eos à ſe ſplendores eriperet, quibus Philoſophiæ facultas illuceſcebat: an igitur ſibi ſuadeat Epiſcopus, nullam ſui nominis diminutionem faciendam, ſuam famam non decolorandam, ſuaque opinione deperdita magno pretio habendum à ſubditis, ſi terrenis rebus immiſceatur, eaque etiam ipſe auidè pertractet, quæ vix viris ſęcularibus conceduntur? *Qua autem mente animarum Præſul honore paſtorali inter cæteros vtitur, & in terrenis negotijs, quæ reprehendere in alijs debuit & ipſe verſa-*

D. Greg. l. p Paſt. c.7 *tur?* ſic Gregorius.

Illud ſciant, adeò ab ipſis ſuum munus dehonorari, vt iuxtà ea, quæ Diuæ Brigittæ Diuus Ambroſius cęlitùs indicauit, qui ex Epiſcopis rebus ſæcularibus D ſe implicans, ab amore ſponſæ ſuæ diſtrahitur, adulter ſit, tamque illuſtri connubio indignum ſe præſtet; pari autem modò hic vileſcit ac Samſon, cum Philiſtæorum ludibrijs & ſcommatis fuit exceptus; ipſe enim etiam mente cœcutiens, inter rerum prophanarum tenebras, ad terreſtrium ſollicitudinum verſandam molam alligatur: Hęc Diuæ Brigittæ Virgo Beatiſſima. Vides igitur, quàm ex E-

Reuelat. S. Brigit.l.4. c.126. D P. Dam. ep. 15. l. piſcopali ſede deſiliens præceps ruat & à ſe deſciſcat, qui prophanis negotijs irretitur; ſed audi Beatum Petrum Damianum. *Eccleſiarum quoque Rectores, quibus potiſſimum huius rei cura debuiſſet incumbere, tanto mundanæ vertiginis quotidiè rotantur impulſu, vt eos à ſæcularibus barbiraſium quidem diuidat, ſed actio non diſcernat.*

Vtinam illud impreſſum animis noſtris adhæreat, longè alia nobis peragenda negotia, quàm quæ maximum nobis negotium faceſſent, cum ad æterni ſupremiq; Iudicis tribunal ſiſtemur rationem reddituri: excelſa negotia hæc ſunt non abiecta, cæleſtia non terrena, quæ ſcilicet in hoc verſari debent, vt populi Deo ſe

voucant,

voueant, vt diuinum Paſtorem gentium nobis commiſſarum greges aſſequantur:
A His rantùm negotiis nos Deus addixit, vireſque opportunas dedit, vt illis vaca-
remus: *Negotiamini dum venio.* Quapropter ne conſortes ſuppliciorum & obiur- Luc.19 19.
gationum ſiamus, quibus inutilis ille ſeruus affectus fuit, qui talentum ſine vllo lu-
cro otioſus ſeruauit, dignitatis acceptæ talentum mundanis rebus obuoluere non
debemus: nec enim, docente Diuo Gregorio, aliud eſt, *Talentum in terram fo-* D.Gregor.
dere eſt acceptum ingenium terrenis actibus implicare, lucrum ſpirituale non quære- hom 9 in E-
re, cor à terrenis cogitationibus nunquam leuare. uang.

Hac etiam de cauſa, ait Theodoretus è veterum Præceptorum ſententia, cum Theod q 7.
Deus ex accenſo rubo Moyſem euocauit, vt non greges, vt Paſtor, ſed populos, in Exop.
vt Princeps moderaretur, ei præcepit, vt ſibi calecamenta ſubriperet, *ſolue cal-* Exod. 3. 5.
ceamentum de pedibus tuis; morruorum enim, animantium pelles, è quibus calcea-
menta componuntur, curas ſæculares ſignificant, quas à ſe populorum Antiſtites
tenentur penitus amouere. Hoc idem pariter Deus indicauit, cum præcepit, vt anti-
B quæ legis Sacerdos, in quo nouæ legis Antiſtites exprimebātur; Rationale indue-
ret, in quo duo hæc verba *Veritas & doctrina* inſculpebantur; vt ſcilicet oſtenderet, Exod. 28.
quod cū Epiſcopus ſanctimoniæ & ſapientiæ ſuum animū deuouiſſet, abſq; ſacrile- 30.
gij nota non poterat eum rebus ſæcularibus, viriſq; mundanis implicare, eo pror-
ſus modo, quo ſacrorum violator æſtimatur, qui calicem Deo ſacrum ad pro-
phanos vſus adhibeat; non mihi hæc debes, at Arnoldo Abbati doctiſſimo: ſigni-
ficare his voluit, *Quod qui hac veſte induitur, in qua litteris doctrina, & veritas* Arnold. tr.
impreſſa eſt, conſecratum doctrinæ, & veritati pectus ſuum intelligat, neque debere de 6. & 7.
ſæcularibus negotijs, actionibus, & lucris occupari. verb. Dom.

Sanè qui Epiſcopi muneri intentus ſingulas eius partes cupit abſoluere, tan-
tum laboris, tantum curarum in eis perficiendis inuenit, vt vix ſibi temporis ali-
quid ſupereſſe videatur, quo leuioribus rebus incumbat & in alia abſtrahatur,
quæ licet grauiſſima videantur, nullius tamen momenti ſunt præ illis, qui-
bus ſacra dignitas obſidetur: opportunè hic apponantur ea, quæ lacteo atramento
fluentia feliciſſimo calamo Diuus Bernardus ad Eugenium Tertium, omneſque
C in eo Epiſcopos ſcribens exarauit; eorum nempè animum cæli inſtar terrenis à
ſordibus longè diſceſſurum, rebuſque tantum excelſis & cogitationibus ſacris oc- D.Bern l.4
cupandum: do eius verba *Vacuum prorſus à ſollicitudine rerum minorum & ciui-* de conſid.
lium oportet eſſe animum tam magnis & tam multis intentum rebus. Oportet libe- c.6.
rum eſſe, quem nulla ſibi vindicet violenta occupatio. Oportet ingenuum, quem nul-
la deorſum trahat indigna affectio. Oportet rectum, quem nulla ſeorſum auertat ſi-
niſtra intentio. Oportet cautum, quem nulla ſubeat furtiua ſuſpicio. Oportet vigi-
lem, quem nulla à ſeſe abducat peregrina, & curioſa cogitatio. Oportet firmum, quem
nulla concutiat repentina turbatio. Oportet inuictum, quem nulla fatiget vel conti-
nua tribulatio. Oportet amplum, quem nulla coarctet rerum temporalium amiſſio.
ex his quæ præmittit hoc inde conſequitur. *Hic te non dubites, & bonis priuandum,*
& feriendum malis, ſi animum diuidens, & Dei rebus, & tuis pariter reculis volue-
ris impertiri. Leuiſſimas reculas tantus vir appellabat quæcumque negotia licet
D ingentia, quæ ad temporaneum Summi Pontificis regimen ſpectabant; quis hinc
non colligat, quot quantiſque obiurgationibus inuadendus eſſet ille Epiſcopus,
qui res inter domeſticas & ſacras animum diſtraheret, curaſque laboreſque
diuideret?

Diuitiarum amorem maximè in Epiſcopis eſſe indecorum: Cap. XLIV.

QVuocumque vel perleui crimine Epiſcopalis dignitatis omnibus veneran-
dæ candor obſcuratur: ſed præ alijs turpiſſima ea labes eſt, quam auarities 8.2. qu.2 8.
infligit, eo quòd, cum maximè omnium huic dignitati diſſonet, eam pariter maxi- ar. p. ar. 3. 6
mè dehonorat, æternoque dedecore infulatum iubar obuelat. & ad ſec.

In immoderato opum amore iuxtà Magiſtri Angelici mentem, auaritia verſa-
tur, qui è corde tanquam è fonte diffluens, in exteriores actiones exundat, vel A
eas nimis ſtudiosè perquirens, vel contra liberalitatis leges eas adaugens: hic ſa-
nè vituperandus in omnibus eſt, at præſertim in ſacris viris, qui ſuis omninò com-
modis abſtinere debent, cæleſtibus tantùm & diuinis rebus intenti, eòque magis
à fictilibus opibus alieni eſſe debent, quò ad veras virtutum opes auidiorem ani-
D. Bernar. ſerm 4 de Adu. mum conuertere debent, iuxtà illud Diui Bernardi, *Vera diuitiæ non ſunt opes, ſed
virtutes, quas ſecum conſcientia portat, vt in æternum diues fiat.*

Inter reliquas optimi Medici partes eam maximè requirit Hippocrates, vt con-
Hippoc. l. de decent. orna. temptor diuitiarum ſit, niſi enim *contemptum pecuniarum* habuerit, ſuæ facultatis
excellentiam aſſequi nullatenus poteſt, & illuſtris famæ culmen attingere: mul-
tò autem validius in Epiſcopis hoc idem requiri quis neſciat, qui populorum di-
uini Podalirij ſunt, morum Magiſtri, & ad cęleſtem beatitatem duces populorum:
quàpropter ornamenta Epiſcoporum recenſens Apoſtolus, hoc etiam appoſuit,
9. Tim. 3. *Non cupidum*; quod idem in Apoſtolicis conſtitutionibus confirmauit Diuus Cle- B
mens, aſſerens Dœmonum familiarem, Deoque maximè inimicam eſſe auari-
tiam: diuitiarum appetens non à ſacris tantùm muneribus, ſed ab ipſo politico
regimine remouendus videtur, cùm nulla poſſit authoritas ei conferri, qui opum
amore tenetur, ni turpiter proſtituatur.

Optimè hoc ſapiens Iethro ſignificauit, cum Moyſem ſuum generum inſtruxit.
Exod. 54. *Prouide de omni plebe viros ſapientes, timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui*
Ariſt. 3. polit. c. 7 & 8 *oderunt auaritiam.* Nec aliâ de ratione Ariſtoteles nobilibus tantùm & opulen-
D. Chriſoſ. hom. 81. in Matth. tis viris primos eſſe magiſtraruum faſces impertiendos pronunciauit, vt Cartha-
ginenſibus in more erat, niſi quia facillime qui pauperes ſunt, opum, quibus ca-
rent, amore occupantur.

Meritò igitur Diuus Chryſoſtomus, *Vbique certè auarus inutilis eſt, nec ad im-
perandum exercitui, nec vt præſit populo.* Aemiliano Scipioni apud Valerium Ma-
ximum quàm benè hoc compertum; hic enim, Sulpitio Galbâ & Aurelio Cottâ
Conſulibus exercitus Præfecturam in Viriatum ducendi affectantibus, cum in di- C
uerſa ſuffragia diſtraherentur Senatus Patres, ingenuè illud pronunciauit. *Neu-*
Scipio apud Valer. Max. 6. c. 5. *trum mihi mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil eſt ſatis.* Hinc collige, quam
periculoſum ſit infularum munus illis imponere, qui leui & parabili opum cultu
inſtruuntur, vel qui immani auri libidine exæſtuant, niſi verâ ſolidaque virtute
obarmentur.

Eos ab aris colendis Deus amouit, qui ſcabie laborarent; hæc autem, iuxtà
Diui Gregorij mentem, caducarum opum pruriginem exprimit; quâ laborantes
Samuelis filij poteſtatem eam tùm ſacram, tùm prophanam, quam hæreditario
iure à Patre olim ſapientiſſimè adminiſtratam ſuſceperunt, miſerrimè perdiderunt.
p. Reg. 8. 3. *Et non ambulauerunt filij eius in vijs eius, ſed declamauerunt poſt auaritiam.*

Imitari Cęlum Epiſcopus debet, quod nullas patitur terreſtrium vaporum ſor-
des, qui, ſi danda fides Angelico Doctori ſit, ſæcularium mentes impurant, &
D. Tho. 2. 2 qu. 81 ar. 8. fœdâ veluti nube offuſcant. *Ideò mens humana inquinatur, ex eo quod inferiori-*
Ariſtot. de inf. c. 5. *bus rebus coniungitur.* Sed multò magis Antiſtitum mentes iiſdem vaporibus ſor- D
deſcerent, & denigrarentur, cum Spiritus Sancti lumine validiori illuſtrentur;
docente enim Ariſtotele, *quæ mundiſſima ſunt, maculam celerius contrahunt.*

Cum autem illuſtri vaticinio Purpuratus Pſaltes edocere nos voluerit, quàm
alieni Chriſtianæ Religionis Antiſtites ab opum amore futuri eſſent, de illis præ-
Pſ. 46. 10. occupato præconio cecinit. *Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.* Iuxtà Diui
Baſilij, Chryſoſtomi, Theodoreti, Nicephori, & Euthimii ſententiam *Dei* hic
Apoſtoli, eorumque Succeſſores Antiſtites appellantur, validiſſimæ fidei ſtudio
fortes, *vehementer*, vel vt legit Diuus Athanaſius, *ſuper terram valde leuati ſunt,*
ibid. ac ſi diuitias omnes, quas tàm inſanè cæteri homines depereunt, veluti lutum
dedignati, ſuper excelſa magnanimæ mentis pennis ſe efferrent, & veluti in O-
lympi faſtigio collocati, ſubiectas ſibi deſpicerent, nullo auaritiæ afflatu perculſi,
totamque cogitationem in Cæli opulentia ſtatuentes.

Idem prorſus hoc eſt, quod olim fœlici præſagio pronunciauit Zaccharias.

Lapides

Digitized by Google

A *Lapides Sanctuarij eleuabuntur ſuper terram.* Pretioſiſſimi lapidum, qui ad Chriſtianam Religionem ſubſtruendam expoliantur, Epiſcopi & Præſules ſunt; hi ergo votorum omnium molem ad Deum erigentes, tanquam ad bonorum omnium fontem terrena hæc diuitiarum ornamenta deſpicabuntur, & quæ de ipſis Iſaias edixit implebunt, *Suſtollam te ſuper altitudinee terræ*, vel vt accommodatiùs ad rem noſtram Septuaginta Interpretes legunt, *eleuabit te ſuper bona terræ*. Iure igitur merito in vberes lachrymas effuſus Hyeremias acertimè de eis conquerebatur, qui infularum maieſtatem obliti, non vt perpoliti lapides ad Sanctuarium illuſtrandum componũtur, ſed materiata & informia veluti rudera vix pauimento inſtruendo ſunt pares; adeò vt eis congruat, *Lapides Sanctuarij diſperſi ſunt in capite omnium platearum.* Zach. 6. 16. Cirill. in Zacch. Iſai. 18. 14

Hinc etiam Diuus Ambroſius ſeipſum velut ad Idæam Epiſcopi effingendam colorans, magnâ admiratione rapitur, non paucos intuens tantâ ſolertiâ congerendis opibus inhiantes: accipe eius verba. *Quid te reflectis in terram, ſi in* D. Ambr. pſ. 118. ſer. 14

B *Enoch raptus ad Cælum es, in Helia leuatus in curru, in Paulo raptus in Paradiſum, conuerſatus in Cælis, in Dauide exauditus, vt pennas columbæ aſſumeres & volares; in Chriſto exaltatus, volucris factus in ſpiritu.* Eàdem ipſe menſurâ Antiſtitum omnium ſanctimoniam inquirebat, quâ probabat ſuam; quapropter quantò magis obſtupeſceret, ſi me & fortè alios inſpectans tantâ dignitatis excellentiâ cæteris præſtantiores tanti Sacerdotij munere tàm Deo proximos, non vel Henoch, vel Eliæ, vel Dauidis, vel Pauli, Chriſtique ſocios in Cælum mente ſublatos, ſed vnà cum ſæcularibus viris terrenis rebus immixtos, curuiſque animis telluri tantùm addictos?

§. I.

IN nullâ profectò re edocendâ tantâ contentione laborat Chriſtiana Religio, quàm in rerum terrenarum deſpicientia, adeò vt, Damaſceno referente, Chriſtianorum nomen eos olim expreſſerit, qui mundanas omnes illecebras deſpicantes, cæleſtia tantum æternaque ſummo pretio æſtimabant. D. Io. Damaſ. in hiſt. Ioſaph.

C Ità ne igitur fiet, vt Epiſcopus diuinorum Conſiliorum Interpres, cæleſtium Arcanorum Magiſter, ſacræ ſapientiæ Præco, & è tot populorum agminibus electus ad Chriſti fidem tùm ſermone, tùm opere diſſeminandam, viamque aperiendam, quâ cæleſtium diuitiarum ęraria poſſimus attingere, totus humi repat, interque terrena miſerandè ſordeſcat? Hoc certè non ſublimem erectumque animum, qualis infulatum virum decet, ſed abiectum & demiſſum exhiberet: an non cum æternis & maximis futilia & caduca bona immutare hoc eſſet? An non pretioſiſſimas gemmas prodigere, vt viliſſima quæque coemerent? an non opulentiſſimam dignitatem pro lentis polentâ deperdere, & allia cępaſq; Aegypti cæleſtibus delicijs præhabere? æternam beatitatem relinquere omniſque fontem ſolatij, vt lutulentis ſe mundi aquis ingurgitet? diſertiſſimè hæc habes à Diuo Chryſologo. *Deiectę mentis eſt, qui familiaris rei meminit, cum vocatur ad regnum; iacent animus plebeius nummulum theſaurie regalibus anteponit; pauper ſeruus paruis incumbens perdit magna; & inhiant temporalibus perdit ſemperna.*

D Flagitioſiſſima erat Diui Damiani ætas, ex eo fortè, quia in ſtudia diuerſa rapti Chriſti fideles ab Eccleſiæ Principe facilè diſſidebant; quàm plurimi enim erant Antiſtites, qui non Epiſcopali muneri, ſed proprijs commodis ſtudentes, ſæcularium virorum inſtar diuitijs, congerendis intenti, à populorum comparandâ ſalute perníciosâ vertigine auertebantur; noſtram adeò dignitatem dedecorat, vt ex hac tantùm labe, quicumque ille fuerit, à ſactis induendis infulis amouendus videatur, omnique flagitio implicandus, quòd tanti Sacerdotii dignitati & integritati repugnet. D. P. Dam.

Compertum ſatis Dœmoni eſt, quantùm ex hoc vitio ſordeſcant Antiſtites, eorumque nomen apud ſibi creditos populos obſcuretur; omnem itaque nauat operam, neruoſque omnes intendit, vt auaritiæ notam licet ab eis alienam, mendaci-

dacibus inſidijs illis inurat: quapropter præter ea, quæ vbique gentium & locorum, improborum & hæreticorum ore, in ſacros viros, Deoque initiatos or- A dines audacter effudit; an non Diuus Athanaſius inſularum iubar, fideique Orthodoxæ pugil inuictus, per ſummam hæreticorum impudentiam damnatus ex hoc fuit, quòd frumentum à Coſtantino Cæſare ad pauperum inopiam ſubleuandam imperiitum, ſuis tantùm commodis reſeruaſſet; & aliàs quòd ingentis pretij calicem ad prophanos vſus verterit, ſibique tandem magnam vectigalium molem, quà Alexandrinæ ſedis vtilitatem prætendens Aegyptios onerauerat, tribuiſſe. Verumtamen eàdem innocentià, quà primam impactam calumniam in Tyrio conuentu diluit, & ab Alexandrinâ Synodo, encielicâ Epiſtolâ ad eiuſdem Concilij calcem impreſsâ, fuit innocens pronunciatus, ſecundam idem calumniator expurgauit, tertiamque fœliciter profligauit, Socrate referente.

Frat. apud cu n init. a, ol.1. Soc. 1 p c.10.

Auaritiæ pariter notâ vt in primâ huius operis parte narrauimus, vexatus Diuus Remigius fuit, eo quòd ingentem frumenti molem coemerit ad pauperum inopiam ſubleuandam, quam imminere cælitùs ſciuerat ex immani ſegetum de- B ficientium caritate.

Ipſamet inuicta fortitudo, quà libertatis Eccleſiaſticæ iura in effrænatam Regis Anglici licentiam propugnauit Sanctiſſimus Martyr Thomas Cantuarienſis, auaritiæ labe fuit aſperſa, vt ex Epiſtola Petri Bleſenſis agnoſci facilè poteſt.

P. Bleſſen: ep.10.

Hanc eandem inurere maculâ Richardo eius ſucceſſori flagitioſi viri totâ contentione certarunt, adeò vt ad eorum ſermonem retundendum, & refringendam audaciam, vt in eos munificus eſſet, adhortatus eum fuerit Petrus idem Bleſenſis; longè tamen ab huiuſmodi viâ vir Sanctus abſceſſit, pluris æſtimans, Dei ſeruum ſe liberè profiteri, quàm impiorum genio indulgere.

Pet. Bleſſ. ep.38.

Ipſummet Pontificem Hadrianum Sextum Valerianus Pierius & alij cenſorio calamo caſtigarunt, eo quòd à Leonis Decimi Prædeceſſoris liberalitate diſcedens, auarus nimis & tenax earum opum eſſet, quas ille ad Poeſim fouendam & muſas Mœcenas alter effudit; nec enim ipſe perpendit, quot ſumptus & impendia ad Othomannam potentiam retundendam, ſeruandumque Vngariæ Regnum vtiliùs C adhibuerat, quàm ſi ad Poeſeos lenocinia nutrienda ſuas opes decoxiſſet.

Pier. l. 59. l ie rogl. Princeps ſibi tantum ſtuden.

Demùm vt prolixam Epiſcoporum ſeriem omittam, quos huiuſmodi labes detractorum artibus obſcurauit, poſtremis hiſce temporibus hac eadem notâ quidam mihi apprimè notus Antiſtes laborauit, dum ſuam extrà ſedem illuſtri munere fungeretur, quamuis eius munificentia tùm ad opera ſacra præſtanda, tùm ad pauperum egeſtatem erigendam omnibus innoteſceret; verùm præter quàm quòd illatam maculam optimè ipſe diluit, in detractorum ſupplicium Deus ipſe viſus eſt accurriſſe, acerbis in ipſos pęnis illatis; quis enim ignoret in more Dei ſemper fuiſſe, vt Gigantum, qui in pios viros mendaciorum moles attollunt, linguas confundat & extinguat?

§ II.

D

Luc. 11.15. D. Ambr. ibi. D. Aug. 96

VErùm ne longiùs euager, cæleſtis idem Præceptor incommoda perpendens, quibus rei priuatæ immoderata cupido quandam familiam perturbauit, diſcipulos ſuos alloquens, ſuoſque in eis ſucceſſores, hæc ait: *Videte & cauete ab omni auaritia*. Totus animo perhorreſco, cum memoriæ ſubit Ambroſij, Auguſtinique ſententia, qua verbis illis non conſilium nobis dari, ſed præceptum imponi docent; quod quidem longè durius & rigidius eſt, quàm primâ ſpecie videatur: nec enim eo tantùm mandatur, vt ab auaritiâ ſimus alieni, ſed à quacumque eius ſpecie, hoc eſt etiam ab eâ tenacitate, quà quis congeſtas opes ſeruare plus æquo deſiderat. Do Auguſtinum. *Non ſolum auarus eſt, qui rapit aliena, ſed etiam ille auarus eſt, qui cupidè ſeruat ſua.* Quæ loquendi forma Græco idiomati conſonare ſatis videtur; vbi namque in noſtra vulgatâ habetur, *auaritia*, Græcè, *cupiditate* legitur, & Arabicè vertitur, *Videte & cauete ab omni malo*: ac ſi vitia ferè omnia ab vnâ auaritiæ deriuentur. Sex enumerat Diuus Thomas incommoda, quibus

D. Aug. vbi ſupra.

huma-

A humanus animus huius vitij vi inficitur; primò namque cum ſaturari nunquam hæc cupiditas poſſit, ad maiora ſemper progreditur, internam animi pacem quouis auro pretioſiorem abripit, inutiles ipſas opes reddit, cum ad ſuos vſus illas vertere auarus nolit, conſcientiam obdurat, adeò vt leuiſſima ea cenſeantur, quæ grauia flagitia ſunt; charitatem, quà Deum hominesque diligimus extinguit; demùm vitia omnia vbere fœtu progerminat; omnia hæc aliaque innumera poſtremum iſtud amplectitur: arx enim nequitiæ auaritia eſt, criminum ſedes, ſcelerum aula, nutrix impietatis, vitiorum omnium ſcaturigo. Hoc ſanè Timotheo Epheſino Antiſtiti Gentium Magiſter ſignificauit, omni contentione fugiendam, ſcilicet hanc animi peſtem eſſe, arduumque nimis opus fore, vt æternas opes illi poſſideant, qui terrenis tantùm congerendis inſudant; ad hæc confirmanda illud p.Tim.6. mox ſubijcit: *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas; quam quidam appetentes* 10. *erraverunt à fide*. Flagitioſiſſimus fuerit neceſſe eſt, qui auaritiâ occupatus eius D. Chriſ. ibi. laqueis vinciatur, authore Chryſoſtomo. *Quia quorum habet in ſuis pectoris agro* B *radicem, non poteſt venenatam vitare propaginem.*

Innumera ex hoc germine noxarum capita pullulant, quæ poma illis adſimilia pariunt, quibus Sodomorum arua graueſcebant, extimâ quidem ſpecie ſatis pulchra, ſed quæ facillimè cineraſcunt; illis etiam ſimilia dixeris, quibus abundare Lothophagos narrat Homerus; animum nempè excantant, cæleſtemque patriam Homer. è cogitatione tam fortiter amouent, vt ſi Balaami mentem auarities incendat, in Magum fœdâ ſpecie immutet, ſi Iezi pectus dominetur, ex Eliſęi adminiſtro ſacrilegum mercatorem effingat, ſi Iudæ arbitrium illaqueat, ex Apoſtolo proditor euadat, ſi Chriſtianorum curas impleat, idolorum cultores eos efficiat, fidem ab eis auellit, vt perfidiæ deuoueat, Deique in eis cultum extinguit, vt ad commentitia Numina honoranda thura ſuccendant. *Quam quidam appetentes, errauerunt à fide.*

Vtinam experientia nequaquam hoc comprobaſſet, cum Decio Cæſare Imperante afflictata immaniter fuit Chriſtiana Religio: ea enim ætate quàm plurimi fuere, qui fœdâ conſpiratione à Chriſti nomine deſciuerunt, non quidem ſuppli- C ciorum vi, ſed amore diuitiarum, non irruentium cruciatuum horrore, ſed amittendarum opum metu; validior ad eos alliciendos fuit auri fulgor, quàm ad eoſdem exterrendos fuerit ferri fulgur; tenaciùs eos obſtrinxit diuitiarum, quàm ſallitum catena, inter compedes ab amore patrimonij poſiti fugâ ſibi conſulere nequiuerunt, & ne ſuis ab ædibus, ſuiſque ab agris exules abirent, cæleſti ex aulâ exules eſſe maluerunt; acerbiſſimè deflentem Diuum Cyprianum dare placet. *Diſſimulanda, fratres, veritas non eſt, nec vulneris noſtri materia, & cauſa reticenda: decepit multos patrimonij ſui amor cæcus, nec ad recedendum parati, aut expediti eſſe potuerunt, quos facultates ſuæ velut compedes ligauerunt: illæ fuerunt remeantibus illæ catenæ, quibus, & virtus retardata eſt, & fides preſſa, & mens vincta, & anima præcluſa: vt ſerpenti, terram ſecundum Dei ſententiam deuoranti, præda, & cibus fierent, qui terreſtribus cupiditatibus inhærerent.* D Cipr. l. de lapſis.

Verba illa, quibus Apoſtolos allocutus eſt Chriſtus Dominus, ad hanc rem D Pontifex Sanctiſſimus Sixtus perpendit, *Venit hora, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis*: & iuxtà myſticum ſenſum ea perlegens docet, tunc Chriſtum ab Epiſcopis eorum Succeſſoribus deſeri, cum *diſperguntur in propria*, curas, cogitationes, omnemque contentionem ad opes aggerendas, remque ſuam augendam impendunt: hoc inde documentum aureis in Antiſtitum pectore characteribus inſcribendum apponit. *Vnde intelligi datur, ſequentium eſſe, ſua contemnere; ad ſua remeare velle, deſerentium.*

Optimè igitur, ni fallor, in ijs, qui à fide deſciuerunt agnoſcis, ab auaritia rationem retundi, religionem extingui, pietatem aboleri, diuinum timorem euelli, omniaque demùm tùm diuina, tùm humana ornamenta deperdi; omnia quæcumque deuorat, ſuamque animam venalem turpiter facit, qui ſuis rebus augendis inſudat: ſed diuinum oraculum excipe: *Nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam: hic enim & animam ſuam venalem habet; quoniam in vita ſua proiecit intima ſua.* Eccl. 10.10 Proh horrendam, formidandumque acroama (ſic ad Purpuratos Patres ſcribens

Petr. Dam. l. 2. ep. 2. bens pronunciat Diuus Petrus Damianus) : ſi namque nullus auaro viro iniquior eſt, adulteris & parricidis ſcelere ipſe præſtabit; Hæreticis & Idololatris compara- A bitur, cum Apoſtolus aſſerat, quòd auaritia eſt idolorum ſeruitus, adeò vt caſtitate, ſobrietate, pudicitiâ, Religione, fide excellat aliquis quantùmcumque voluerit, ieiunijs, vigilijs precibus noctu diuque perſoluendis euigilet; Coloſſ. 3. *ſi tamen auarus eſt, totum perdit: ita vt inter omnium criminum reos, nequaquam ſe inueniri non poſſit*: ſacras ædes attollat, diuino diſſeminando ſermoni ardentiſſimè ſtudeat, ad pacem ſeruandam, firmandamque vires omnes adhibeat, ad fidem Orthodoxam ſtabiliendam, ad incruentum ſacrificium quotidiè immolandum ſtudium omne pietatis impendat, ſæcularibus à rebus animum auertat, omniaque ea præſtet, quibus Epiſcopi nomen illuſtratur; *donec tamen in eo ardor auaritiæ non extinguitur, omnis flos virtutis eius exuritur; & nullus eo criminoſior, inuenitur*. Deus immortalis! ad hæc tam dira tonitrua quis non contremiſcat, totoque excuſſus corpore perhorreſcat? aliquis ne fortè eſt, qui ſibimet ipſi indulgens auarum ſe eſſe inficietur, eo quòd vel aliena non appetat, vel in abiectiſſima quæque non corruat? ne decipiaris, ne te miſer palpes, ſic ad eum conuerſus iterùm B habet Petrus Damianus; tuas enim has excuſationes Diuinus ſpiritus euertit & profligat: eos enim auaros appellat, qui auri amore tenentur, illique vel ſeruando, vel augendo curas omnes intendunt. *Enimuero poſtquam ſcriptura poſuit auaro nihil eſſe ſceleſtius; ne quis in hoc verbo, quod eſt, auarus, dubietatis ſcrupulus poſſet emergere, vigilanter addidit: Nihil iniquius, quàm amare pecuniam. Igitur auarum eſſe, nihil eſt aliud, quàm amare pecuniam: amatur enim acquiſita pecunia; amatur nihilominus acquirenda*.

Theoph. in Coloſſ. 3. Theophilacti ingenio digna conſideratio fuit, qua Apoſtoli verba perpendens, quibus auaritiem Idolorum ſeruitutem appellauit, aſſeruit eo ſermone enthæatum S. Zen. ſer. 2 de auar. Dauidis æſtrum ſignificari, quo de Ethnicis loquens ait, *ſimulachra gentium argentum & aurum*: rectè itaque Apoſtolus ait, auaros aurea & argentea quædam eſſe ſimulachra: quod pariter Diuus Zeno Veronenſis Antiſtes confirmauit, cum de diuitijs ſermonem inſtituens eleganter ait, *ſi erogaueris, pecunia eſt: ſi ſeruaueris, ſimulachra*; his ſimulachris omnium victimarum pretioſiſſimam, cor ſcili- C cet auari deuouent, & thura ſuccendunt illis præſtantiora, quibus Arabiæ Sabeçque arua diteſcunt; toti ſunt iſti, vt amore ſuo in opes ferantur, opes autem amare non poſſunt, quin ſimul cor Deo rapiant, cui cor ſuum vnuſquiſque fidelium, & ſacri præſertim viri, ſed omnium maximè Antiſtites, tribuere iure ſuo tenentur; vt enim accuratè Angelicus Magiſter docet, qui inter ſpiritalia & temporanea D. Tho. 1. 2 q. 103. ar. 4. commoda medius homo ſtatuitur, quò magis his adhæret, & arctiùs obſtringitur, eò magis ab illis auellitur, quòque amantiùs res creatas appetit, eò longiùs à Creatoris amore diſcedit: ſi ſæculi diuitijs te deſponſaueris, à diuino coniugio Matt. 8. 20. Luc. 9. 58. abſcedas oportet: quàpropter cæleſtis Magiſter, qui ad æternæ ſalutis viam quemcumque excitabat, adoleſcentem illum à ſui ſocietate remouit, quem nimiâ diuitiarum cupiditate irretiri cognouerat; quantò ergò ineptior ad diuinum miniſterium Præſul ille eſſet, qui eius veſtigia conſecratus, cum Deo autum in ſui cordis regia in partem principatus admitteret, eique pectoris Sanctuarium reſerans, D amoris ſui victimam immolaret; acerbè de hoc ex Oſeæ Vatis ore conqueritur Oſea 5. 2. Deus his verbis. *Victimas declinatis in profundum*.

§. III.

Caſſ. coll. 5. c. 4 circa fin. ILLVD etiam de hoc agens Caſſianus obſeruat, quòd cùm in ſolitudine tentatus à Diabolo Chriſtus Dominus fuit, poſtremo loco hanc diuitiarum cupiditatem ad eius animum aggrediendum ſeruauit: *Hæc omnia tibi dabo*, &c. Validiſſimâ hâc machinâ adhibitâ, nihil ei poſteà faciendum ſupetfuit, vt eius voluntatem expugnaret; optimè namque compertum ei erat, vnicâ illâ aggreſſione omnium aggreſſionum vim & impetum contineri, totam virulentam malorum Matt. 4. 7 peſtem illic obſtringi, omniaque vitiorum germina ex illâ radice progerminare.

A re . . . . *illa tentatione ſuperatus, ſpem victoriæ amiſerit*. Satis experien- Oſe. 5
tiâ didicit ſtygius ſycophanta, quòd qui cæleſtium dioitiarum amore terrena hæc
bona deſpexit inuictus, multò faciliùs quæcumque alia, quibus à Dei amore auer-
ti poſſet, aſpernabitur: qui autem e contrâ auri amore facilè ſuperatur, eoque
tanquàm viſco ſui animi pennas obliniri detinerique permiſerit, ne vel opes de-
perdat, vel minuat, in alia quæcumque flagitia præceps nullo negotio agetur.

Quàm meritò igitur Epheſinum Antiſtitem ſibi maximè dilectum admonuit
Gentium Magiſter, tetium omnium, quæ ad animas expilcandas Dœmon adhi-
bebat, periculoſiſſimum diuitiarum amorem eſſe: *Qui volunt diuites fieri incidunt* Tim. 6. 9
in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociua; quæ
mergunt homines in interitum & perditionem. hæc ipſe.

Validiſſima celi fulmina amor hic in eos excitat, qui laqueis hiſce implicari
patiuntur: quapropter, cum ſe auaritie abſolutum Regius Pſaltes agnouit, & hanc
ſtygij Venatoris caſſem abruptam, indicantis cæli fulmina non formidauit: *Quo-*
B *niam liberauit me de laqueo venantium & à verbo aſpero*. Pſ. 90. 3.

Ad hæc verba conuertens ad Apoſtolum opportunè ſermonem Diuus Bernar-
dus ab eo petit, vt memorata Regij Vatis verba interpretari dignetur: *Dic nobis,* D. Ber. ſup.
inquam, B. Paule, quis ſit laqueus iſte diaboli, à quo ſe liberatam fidelis anima con- dd. verbis
gratulatur: ſed audi reſponſionem, *Qui volunt, inquit, diuites fieri in hoc ſæculo,* pſ. 90. 31.
incidunt in tentationem, & laqueum Diaboli. Ità ne igitur, ſi tere hoc abſcinda-
tur, à diuini iudicij aſperitate ſecurus omnino es, *à verbo aſpero*; ſic profectò ait
Diuus Bernardus, qui poſteà ad opum amatores ſe conuertens hæc ſubdit: *Audi-*
turi enim eſtis verbum aſperum. O acerbiſſimum, ò horrendum, ò formidandum
verbum! ad cuius ſonitum ipſæmet excelſiſſimæ Libani Cedri, ſyluarumque vali-
diſſimæ quercus non tantummodò nutent, at ruant.

Perpetuam patiuntur illi echlypſim, qui nimium terrenis opibus adhæreſcunt;
quandoquidem æternum Solem inter & ſe terram interponunt: cum è contrà
opum deſpicientia nubes eliminet, mentis caliginem abigat; ad rerum cæleſtium
concipiendam lucem nos excitat, & iuxtà Diui Auguſtini ſententiam, cui Diuus 1. 2 q. 86. ar. 3. c.
C etiam Thomas adhæſit, ex iſto contemptu veluti arido è fomite diuini amoris
ignis noſtris io cordibus facilè exardeſcit.

Fieri nequaquam poteſt, vt cum auaritià diuina lex obſeruetur: nimiùm ſibi
inuicem duo hæc auerſantur; quâ de causâ Deum precibus ardentiſſimis ſollici- Pſ. 118.
tabat Purpuratus Vates, vt ab eius ſordibus animum ſuum abducens, ad illius
amorem adduceret. *Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam*.

Hinc etiam factum eſt, vt Tridentinæ Synodi Patres oon tantùm in Epiſcopis
auaritiem fuerint auerſati, ſed etiam præceperint, vt tùm ipſi, tùm quotqot ſacris
ſunt initiati, omni operâ ſtudeant, vt ne leuem eius ſuſpicionem inferant, quâ
populis oſtendant, hoc ſe morbo laborare. *Quoniam ab Eccleſiaſtico ordine omnis* Conc. Trid
auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet, &c. Magnum adeò hoc eſt, vt ipſemet Romanus Ora- ſeſ. 21 c 11 de reform.
tor primum & maximum in ijs, qui populorum regimini præficiuntur, in hoc ver-
ſari docuerit, nempè vt ab auri cupiditate ſe prorſus alienos oſtendant, tantâque
vi in opum robur obarmatos, vt vel leuiſſima vmbra ab eis abſcedat, cum macula
D nulla ſit, quâ tam fœdè dignitatum candor denigretur, adeòque Magiſtratuum
pretium obſoleſcat, quàm auarities. *Caput eſt in omni procuratione negotij, &*
muneris publici, vt auaritiæ pellatur etiam minima ſuſpicio: nec enim vllum te-
trius vitium, quàm auaritia, præſertim in Principibus, & Rempublicam admini- Cic. l. 2 off.
ſtrantibus.

Quàm ergò fœdius & deformius hoc vitium in Hyerophantis eſſet, qui ſe Deo
ſuæque Sponſæ cum ſuis cupiditatibus manciparunt, & de quibus Diuus Damia-
nus docebat, *Sacerdotum theſauri ſunt lucra animarum*; quamobrem nihil perni-
cioſius dari poteſt, nullaque alia labes blaſphemijs, & dicterijs tùm Hæretico-
rum, tùm ſæcularium virorum ora obarmat, quàm ſacrorum virorum, & præſer-
tim Antiſtitum auarities: Profectò ad bonam Diui Athanaſij Alexandrini Hye-
rarchæ famam euertendam, auaritiæ notam per ſummam improbitatem ei viri Sur. in vita
nequiſſimi intulerunt: quapropter totâ animi contentione ipſe ſtuduit, hanc à menſe Martij.

ſe

ſe labem excutere, & in Tyria Synodo ſuam de hoc innocentiam omnibus patefecit. A

Hinc etiam eſt, vt cum iuxtà antiquam conſuetudinem tùm populi, tùm Cleri ſuffragijs ad Anconitanas infulas ſubmoueretur eius Eccleſiæ Archidiaconus, decuius tenacitate ſiniſtra opinio Diuo Gregorio erat, tunc temporis ſactum Romanæ fidei clauum moderanti; Epiſcopo Ioanni præcepit, vt occultâ ratione cognitionem caperet, an ad huiuſmodi auaritiem neceſſitas, an verò praua animi affectio eum adduceret, vt certior de hoc factus ſtatuere poſſet, an ſanctiſſimâ hac dignitate decorandus meritò eſſet: ſapientiſſimè quidem! cum enim animum ſeculo ipſo capaciorem præſeferre debeat Antiſtes, maximè indecorum eſſet, ſi tam anguſtis fędarum diuitiarum limitibus ſeruili cupiditate obligaretur.

Plutarch. Camerar. Appoſitiſſimè ad hæc, quæ Plutarchus refert, ipſe poſſem ad mores informandos adducere, Romanos nempè lunulas quaſdam calceis ſuis apponere conſueuiſſe, vt ſcilicet ex illarum aſpectu edíſcerent, è Cęlo ſuas animas elapſas, ad cęlum iterùm reuerſuras, adeòque cæleſtia tantùm veſtigia ab eis imprimenda: hęc autem cogitatio quàm aptius Hyerophantis accommodentur, quis adeò cœcutit, vt neſciat? Procul tamen à me ſit prophana hæc eruditio; nec enim aliâ de causâ ſub Principis fœminæ imagine Lunam calcantis, Solemque induentis, videndam ſe Diuo Ioanni præbuit Romana Religio, niſi vt oſtenderet ſuis ab Epiſcopis ſe illuſtrandam, reſque omnes ſublunares generosè ab eis percalcandas. Hoc ſanè ſuppoſitis verbis Diuus Gregorius ſignificauit. *Quia ſancta Eccleſia temporalia deſpicit, Lunam ſub pedibus premit.* B

Apoc.

D. Greg. 31 moral. c. 7.

Ad idem probandum exempla congeruntur. Cap. XLV.

TOTVS horrore ſuccutior, quoties miſeranda excidia, quibus Epiſcoporum animos auaritia euertit, mente peruoluo; quandocumque immanis hic morbus eos occupet & dominetur, potens adeo, & efferatus eſt, vt Cymmeriis tenebris eorum mentem obuoluens, ad interitum vigiles eos adducat; nonnulla è multis, quæ facilè poſſem aggerere, placet eligere, quæ ſuperflua etiam videri alicui poterunt, ad hoc vt turpiſsimam Megętam toto animo fugiamus, illudque pro comperto habeamus, quoddam inſaniæ genus eam eſſe, cuius vi iuxtà diuerſas huminum habitudines, in diuerſa ipſi rapiuntur, cum te verâ veritati illud maximè conſonet, quod ex Apoſtolo præcedentis initio capitis attulimus, cuiuſcumque ſcilicet criminis effluentem ſcaturiginem eſſe auaritiem. C

Opportunius certè exordium nullum aliud ad iſta recenſenda videtur, quàm illud apponere, quod è noſtris vnus, hoc eſt Iudas alios omnes præcedens exhibuit; ad Apoſtolici iubar Sacerdotij miſerrimum hunc à ſuæ conditionis ſordibus eduxit Chriſtus Magiſter, mirabilia operandi poteſtatem largiſſimam impertiuit, in malos Dœmones vires & imperium dedit, ad opum deſpicientiam tùm voce tùm exemplo erudiuit, ad ſui familiaritatem amantiſsimè eum allexit, ſuæ menſæ conſortem effecit, & ad hoc ut quamcumq; neceſsitatis ſpeciem ei adimeret, Collegij Apoſtolici regimen pro rei priuatæ adminiſtratione conceſſit; eodem articulo temporis, quo per ſummum dedecus eum fœdiſsimè prodere moliebatur, eius pedes humillimus fletu magis abluit, quàm vndâ, ſuum corpus obſonium eius ori appoſuit, dulciter eum admonuit, profeſſuſque ſatis eſt, ad tam immane flagitium, quod animo meditabatur, digno ſupplicio puniendum, cruciatuum inexplicabilium æternitatem ei reſeruari: *Melius erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille*: hæc tamen omnia corporati Dei conamenta efficere non potuerunt, vt ab incepto ſcelere animum auocaret, & virulentam auaritiæ vim ab eo extorqueret, quâ demum in tranſuerſa actus præceps infęliciſſimè corruit, & omnium teterrimo ſceleſtiſſimoque flagitio ſe impiauit; ad hæc admiratione captus Chryſoſtomus D

Matth 26.

A ſtomus in huiuſmodi voces erumpit. *Iudas captus cupiditatis inſania, quanta beneficia reſpuis, conſeruationis, menſa, diſcipulatus, admonitionis, ſuaſionis oblitus.*

An non à tam nefario commercio reuocaturi eum erant fulgores illi, quos Chriſti vultus & lumina diuinitatis luce radiantia effundebant? hi certè tam validi erāt, vt proſtitutas fœminas in Virgines modeſtiſſimas piâ metamorphoſi conuerterent, & publicanis ipſis opum deſpicientiam inſinuarent: quid de eius ſermone dixerim, cuius dulcedine capti populi diuino quodam veluti maleficio, ad eius proſequenda veſtigia inter ſolitudines & nemora trahebantur, ne ea quidem cogitantes, quæ vitæ neceſſitas exquirebat? Quid de eius mandatis potentiſſimis, quibus præcipiebat, & cogebat, vt facultates & opes, imò genitores ipſi à filijs magnanimè desererentur: quin tanta vis horum erat, vt eorum robur ipſa cadauera perciperent, è ſepulchris, vt denuò vitam induerent, ipſique Dœmones ad eorum ſonitum, corpora, quæ obſidebant, celerrimâ fugâ relinquerent: hæc tamen aliaque omnia, licet validiſſima, effrænes eius motus coercere non potuerunt; auaritiæ B namque libido, quæ tanta eſt, vt luxuriem, famam, filiorum amorem, mortem, & Dœmonas ipſos exuperet, tam robuſtè animum eius inuaſerat, vt ſuæ voluntatis arbitrio deperdito, non rationis leges, ſed auaritiæ tyrannidem cœcâ quadam raptus violentiâ ſequeretur.

Vt Dei timorem, ſuique bonam famam vltrò deperderent, alios hæc eadem inſania coegit; in Ianuario Calaritano Hyerarcha, quis hoc non agnouerit? hic enim licet extremâ ſenectute confectus, ſordidâ hac opum appetentia, imò familiari hoc dœmone, quo lymphatici inſtar agebatur, die quadam Dominica ſummo mane, ſegetes omnes, quas à quodam Donato poſſeſſas præcidi iuſſerat, ſibi addixit; his optimè, vt opinabatur, præparatus ad rem ſacram & diuinam acceſſit, non diuino amore, ſed earum opum deſiderio ſuccenſus, re diuinâ tandem abſoluta in gratiarum de tanto beneficio actionem, ad diuiſorios terminos, ſuos inter & Donati agros *de facto* remouendos iterum acceſſit: qua de re Diuus Gregorius Sanctiſſimus eâ tempeſtate Pontifex, duabus ad eum tranſmiſſis Epiſtolis amanter arguit, in quarum prima hæc adſcribit. *Et quia adhuc canis tuis parcemus,* D. Greg l. 7 C *hortamur, vt aliquando reſipiſcas, miſer ſenex, atque à tanta te leuitate morum, &* ep. p. & 2. *operum peruerſitate compeſcas: quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri ſolicitior atque timidior debes.* nd. 2. In altera verò ſapientiſſimum illud acroama Præſulum omnium animis altè inſcribendum appoſuit. *Nam non terrenarum rerum curam, ſed animarum te ducatum ſuſcepiſſe cognoſce.*

Quid de ijs dicendum, quos immiſericordes & efferatos auaritiæ lues effecit in pauperes, quos filiorum inſtar fouere & enutrire, vt ſuæ beatitatis inſtrumenta tenentur; inter hos recenſeas velim miſerandum illum Moguntiæ Antiſtitem, luctuoſam cuius cataſtrophem Genebrardus enunciat. Aurum hic, quod inſanè deperibat, idoli inſtar veneratus, egenos omnes & pauperes veluti populi fecem & Genebr. in hominum ſordes auerſabatur, eos à quacumque oequitiæ ſtipis conceſſione reij- chronolog. ciens: quàpropter cum annonæ penuria & ſegetum areſcentium caritate quo- ann. 960. dam anno nihil haberent, quo vitam reficerent, certatim ad eum tanquam ad opuD lentiſſimum Principem Paſtorem & Patrem accurrebant, vt ampliſſimis quæ poſſidebat horreis, eorum fami conſuleret; licet autem aſperè ab eo reiectarentur, fame tamen extimulante redire ad eum cogebantur, vt eius auaritiem, cordiſque duritiem ſaltem importunitate perfringerent. Sæuiſſimus ad hæc Præſul auaritiæ vinculis miſerrimè illaqueatus, ne vel tenuem frumenti, quo affluebat, partem ſibi deperderet, ad eorum egeſtatem reparandam, & vt ſimul luctuoſas earum voces extingueret, quò eum auaritiæ præcipitem adduxerit, quis credat? vt eà ſe moleſtia abſolueret, cum omnes ſimul in quibuſdam palearijs coegiſſet, eâ ſpecie vt ſtipem dapemque omnibus impertiret, barbarico more illis ignem iuſſit apponi, vt flammis illis inuoluti omnes extinguerentur, illud etiam ſuperaddens, eodem ſimul igne, ſe alioſque diuites moleſtijs eorum liberaſſe, eoſdemque pauperes famis cruciatibus abſtuliſſe: quàm aptè igitur pronunciauit Quintus Curtius ſcelera omnia ab auaritie deuorari: *Auaritia nihil eſt nephas.* Verùm Deus, Q. Cur. l 4. qui ſub pauperum egeſtate aſpectuque latere pronunciauit, non diù abfuit, quin

Digitized by Google

ſui furoris fulmen in eum intorqueret; agmina enim non militum centuriauit,
ſed ad eius ignominiam amplificandam, murium millenas acies eduxit, quibus, A
vt olim de ranis Aegyptijs legitur, vbique aggrediebatur, cruentis eorum morſi-
bus cruciatus: ad horum vim euitandam, cum inutilia omnia conamenta perci-
peret, in præualidam arcem ad Rheni ripam aufugit; nec voti tamen compos fuit;
diuina etenim iuſtitia, ad cuius ſtipendia animalculi illi merebant, mœnia illa li-
cet firmiſsimè obſtructa perrupit ad viam illis faciendam, adeò vt cum latè in eâ
dominarentur, eius corpus pugnam veluti conſerentes aggreſsi, lento cruciatu il-
lud erodentes, ne quidem ab eius vel culcitra, vel veſtibus abſtinuerunt, omnia
flammarum inſtar abſumentes; horrea poſtmodum inuadentes, frumentum omne
quod ſummo pretio venditurus ille aggeſſerat, auidiſſimè deuorarunt.

Eos etiam recenſere hic liceat, quos ex Epiſcopis efficit mercatores, adeò vt
ſacrum miniſterium obliti, totâ cogitatione ad temporanea lucra ferantur; ſacras
in prophanas curas inuertunt, terrenis diuina poſtponunt, fideique & animarum
zelum exuentes, in ſola opum amplificatione immorantur: lucem hanc Decij Cę- B
ſaris tempeſtate tanto exitio graſſatam teſtatur Diuus Cyprianus, vt immanem
illum turbinem, quo vexata fuit Chriſtiana Religio, magna ex parte ei tribuerit:
D. Cipr. l. de lapſis. do eius verba. *Epiſcopi plurimi, quos & ornamento eſſe oportet cæteris, & exemplo,
diuina prouocatione contempta, procuratores rerum ſæcularium fieri derelicta cathe-
dra, plebe deſerta, per alienas prouincias aberrantes negotiationis quæſtuoſæ nundi-
nas aucupari, eſurientibus in Eccleſia fratribus non ſubuenire, habere argentum lar-
giter, velle fundos inſidioſis fraudibus rapere, vſuris multiplicantibus fœnus
augere.*

Nec illi deſunt, quos auaritiæ vis ad rapinas, & propè inhumana facinora ab-
Aimon. de geſt. Franc. lib. c. 30. duxit; In Caurino Aruernenſi Antiſtite in Gallia quis hoc non agnoſcat? hic enim
teſte Ammonio, cùm Presbyteri cuiuſdam Anaſtaſij nomine facultates ardentiſ-
ſimè anhelaret, cùm ad earum donationem eius animum flectere non potuiſſet,
poſt ingentes minas Achabo nequior, in marmoreo ſepulchro eum tumulauit, vt
vel affectatas opes vltrò concederet, ſi quidem proximo quocumque hærede C
deſtituebatur, vel inter ſquallentium cadauerum horrorem miſerrimè interiret.
Fauſtum id Anaſtaſio accidit, tum è nocturni temporis fauore, tum ex ingenij
inconcuſsâ ſolertia, vt tandem lapidem, quo obruebatur, excuteret, & ſepulchrum
reſeraret, eoque egreſſus ad Galliarum Regem ſupplex acceſſerit; ad rei narratio-
nem Princeps obſtupuit & exhorruit, Antiſtitem inde vocauit ad aulam, voca-
tum obiurgauit, apertique criminis reum à ſe ſuaque aulâ reiectum eliminauit,
prodigioſum quid exiſtimans tantam opum ſitim exardeſcere in viro ſacris initia-
to, Præſide Religionis, morum Magiſtro, Populorum duce, Dei adminiſtro; hęc
tamen admiratio in eo ſuiſque Proceribus euanuiſſet, ſi currum, quo auaritia
D. Ber. ſer. 38. in Cant. vehitur, affabrè à Diuo Bernardo delineatum præ oculis habuiſſet; ſi quæris acci-
pe. *Auaritia rotis vehitur quatuor vitiorum, quæ ſunt puſillanimitas, inhumani-
tas, contemptus Dei, mortis obliuio: porrò iumenta trahentia, tenacitas, & rapacitas;
& his vnus auriga ambobus præſidet, ardor habendi.* D

Aene. Silu. c. 35 & 4. his Rom. Alios pariter ad abiectiſſima quæque miniſteria trahit; Albericus hic Pragenſis
Antiſtes memorandus meritò videatur, qui Aenea Syluio fidem faciente, cellæ
vinariæ claues nulli prorſus alteri committebat; quàm turpe, & propè incom-
modum eſſet, iſte non perpendebat, Epiſcopum videre ſuâ manu & parciſſimè
vinum haurientem: præterquamquod capones aliaque id generis liberaliter ipſi
à ſubiectis gentibus, ad animi beneuolentiam ſignificandam impertita, dominan-
tis auaritiæ imperio vendenda in forum tranſmittebat, ad pecuniam ex eis col-
ligendam, & marſupio dandum, quod voluptati ſubtrahebat: quàm benè Tan-
tali ſimulachrum in hoc exprimitur, quem in ipſa dapum affluentiâ fames aſper-
rima cruciabat; de hoc certè etiam Petronius Arbiter ceciniſſe videtur.

Nec bibit inter aquas, nec poma fugacia carpit
Tantalus infœlix, quem ſua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit, omnia latè
Quæ tenet, & ſicco concoquit ore famem.

Adau-

A Adnumerandus his pariter eſt Angelotus Cardinalis Fuſcus, de quo Garimbertus narrat, quod vt abiecto ſanguini reſponderet, è quo ad tam excelſum dignitatis faſtigium fuit euectus, ad congerendas opes tam ſordidè operam omnem nauauit, vt ad hordei partem equis paſcendis deſignatam è præſepijs eripiendã nocturno tempore perſonatus accederet; quod cùm equorum cuſtos obſeruaſſet, quiſnam latro eſſet ignorans, ſe ſemel in inſidijs locans, cum actu furantem comprehendiſſet, eum ſonorè, & validè verberauit; quàm digna merces hæc fuit ei, qui auaritiæ tenebris obcœcatus, manus tam excelſo ſacroque Sacerdotio deuotas, diuinæque hoſtiæ immolandæ addictas, & in orbe terrarum fulciendo Pontificij miniſterij particeps tam obſcurè abiectèque depreſſit; qui in Hyerarchico Cælo ſydus erat, ſordes ſtabuli tractans ſuum iubar denigrauit, purpuræ lucem fœdauit, & putidi ſalis inſtar, ſcommatis, & cachinnis infimorum famulorum ſe ſubijciebat. Garimb. l. de vit. Pōt.

B Ad nos deſcribendos maximè & omnibus appoſitum mihi videtur, quo Linx deſignetur: hic enim, vt rerum naturalium Magiſtri docent, cum totus herbis manducandis adhæreat magis ſemper magiſque macreſcit; cum enim viſu perſpicaciſſimo polleat, dum herbas hic comedit, remotas alias aſpectu auidiſſimo deuorans, vitales ſpiritus, quos è comeſtione recipit, abſumit & decoquit, adeò vt voluptate ſimul comeſtionis careat, & vires amittat, quibus cibum conficiat. Huiuſmodi ſunt auari, qui quo plus auri colligunt, eò auidiori fame laborant; cum enim ea, quæ non habent inſpiciant & affectent, illis quæ poſſident oblectari non poſſunt.

§. I.

NEC illos hic placet omittere, quos tam validâ affaſcinatione auarities implicat, vt religionem ipſam nihili æſtimantes, fidei ipſius naufragium miſerrimum patiantur: memorandum hic maximè mihi illud occurrit, quo apud Euſeb. l. 5. hiſt. ad fin.
C Euſebium Natalis Antiſtes ſui admirationem apud omnes excitauit; hic enim Aſclepiodori & Theodori fraudibus deceptus, centum quinquaginta aureorum penſione promiſſa, velut aureo hamo captus, in Hæreſim Theodori Coriarij, quem iam Victor Summus Pontifex diris & execrationibus deuouerat, præceps ruit, nec è tam improbo lapſu erigere ſe vnquam valuit, licet non ſemel reprehenſus, ne aureum illud ſtipendium ſuæ improbitati gratiſſimum ipſi deficeret. Proh Deus immortalis! quis hic tyrannidem, quâ mentes humanas auaritia premit, non agnoſcat? ad Chriſti fidem propugnandam inter cruciatus & vincula Ethnicorum inuictus hic fuit, ſuumque nomen Chriſti defenſo nomine illuſtrauit, nunc tamen ad auri iubar tam fœdâ nocte caligat, vt turpiſsimâ defectione à diuinâ fide diſcedat! nutat inter opes, qui fuit inter tormenta fortiſsimus, ad effundendum ſanguinem paratiſsimus, exiguas opes detrectat amittere, vitæ prodigus, auri tenaciſsimus. Verùm quia prædilecta Deo eius anima erat, & validum
D ſatis fuit experimentum, quo inter ſupplicia ſuam probauerat pietatem, vt ab incepto flagitio eum reuocaret, Angeli ſui cuſtodis opera tam aſperè ipſe vapulauit, vt denuò reuiuiſcens, non tantùm Coriarij mendacia eiurarit, ſed etiam vbertimo publicoque fletu ſuſceptiſque vltrò ſupplicijs ſui ſceleris perfidiam generosè deſeruerit.

Alios etiam trahit ad negociationem ex iuſtitia faciendam, ad ſacras opes turpiſſimo mercimonio vendendas, ad populorum facultates expilandas, ad temporanea lucra ſpiritalibus animarum opibus præhabenda; huiuſmodi ſordibus, quàm enormiter Diui Bernardi ætas ſcatuerit, ipſe idem Antiſtites in Rhemenſi Synodo coactos alloquens præterire non valuit, hæc habens. *Quem dabis mihi de numero Epiſcoporum, qui non plus inuigiles ſubditorum euacuandis marſupijs, quàm vitijs extirpandis*: addit demùm, auaritiæ flammis Chriſti religione conſumpta, Iudâ ipſo deteriores euaſiſſe, cùm non ſemel aut bis, at frequentiſſimè, nec certâ quadam auri vi, ſed æſtu quodam inexplebili. Profectò quonam pacto Præſules iſti D. Ber. ſer. ad Cler. in Conc Rhe.

ad ſuarum gentium ſalutem comparandam ſanguinem & opes obiectaſſent, ſi po-
tiùs eas ſuiſmet facultatibus expilabant? A

Eàdem planè lue Diui etiam Damiani ætas laborauit; non pauci enim Antiſti-
tes erant, qui calumnias & mendacia molientes, falſis accuſationibus ſuos Preſ-
byteros vexabant, vt Sacerdotij exercitio & fructu intercluſo, non modicas ab
eis opes haurirent, ad opum ingluuiem ſaturandam: quapropter, vt ab horum
imitatione diſcederet Albertus quidam ſuus familiaris Epiſcopus, hæc inter alia
D.P. Dam. ad eum ſcripſit: *Caue etiam, ne more quorundam, non dicam Paſtorum, ſed fabro-*
l. 4. ep. p. in *rum, cuidam Sacerdotum ſub pecuniâ titulum cuiuslibet reatus opponas: cumque ab*
ni. *adminiſtratione ſuſpendas, poſtmodum poſt terreni lucri commodum in ſui gradus in-*
ra reſtituas.

Sed omnium turpiſſimum flagitium, quo olim Præſules frequentisſimè aua-
ritia polluebat, ſacrarum rerum mercimonium erat, quo mirum dictù eſt, quan-
tùm Christiana Religio ſordeſceret, & munus Epiſcopale fœdaretur: Totus ex-
horreſco, cùm Epiſtola legenti occurrit, quâ Diuus Gregorius Calaritanum Hye- B
ratcham obiurgat, eò quòd pro ſepultæ puellæ pretio centum denarios flagira-
D Gregor. ret. *Graue nimis eſt, & procul nimis à Sacerdotis officio, pretium de terra conceſſa*
ep. 56. l. 7. *putredini quærere, & de alieno velle facere luctu compendium*: ſic Diuus Gregorius.
Sed qui curioſiùs introſpicere velit, quibus flagitijs, & ſordibus Epiſcopi men-
tem irretiat & impuret auarities, ſi eam inuaſerit, id perlegat, quod de Georgio
Alexandrino Antiſtite Diuus Epiphanius refert; tot enim fuere moleſtiæ, quibus
auaritiæ cauſa populum ſuum ille cruciauerat, vt efferatus tandem, omnique ſpe
excuſsâ, poſt turpisſimam cędem ipſi illatam, eius membra diſſecta flammis ab-
ſumenda tradiderit, eiuſque cineres auræ abripiendos.

Vix mente concipias, quæ quantaque fuerint ea, quibus totâ contentione ani-
D. Epiph. mi ad tantum malum euellendum ſtudentes Diuus Gregorius, Diuus Bernar-
l. 3 hæres. dus, Diuus Damianus, alijque viri Sanctisſimi præter alios Maximus Pontifices
76.
Sur tom. 6. & Concilia adlaborarunt, vt tàm immanem Hydram è medio tollerent, & vene-
noſiſſimum hoc Simoniæ monſtrum à Christianæ fidei orbe delerent: quin ipſe C
Deus non ſemel ad eam reſcindendam, vltricem ſuam dexteram euibrauit, vt ſa-
cros Annales perlegenti facilè patebit: cuncta hic ego præteriens, illud vnum
ad huius coronidem capitis placet apponere, quod de Mediolanenſi Antiſtite
ann 592. Frontone Surius memorat; cum enim audacisſimè Simoniæ mercaturam exerce-
ret, deq; iſto crimine à ſpectatisſimo Præſule argueretur, auaritiæ æſtu inſaniens eò
ferocijt, vt falſam in eum calumniam meditatus, poſt cauſæ cognitionem pe-
ractam, eum flammis tradendum adiudicauerit: nec ab eis longè aberat vir in-
nocentiſſimus & vberrimo fletu ſuam calamitatem proſequens, Dei opem arden-
tiſſimè poſcebat, quâ tam cruento diſcrimine ereptus ſuam innocentiam aperiret;
effuſis cum fletu precibus adfuit exoratus Deus; ignis etenim, qui ad eum abſu-
mendum flammis æſtuantibus graſſabatur, illinc abſcedens citatisſimo curſu in
Archiepiſcopum ſeſe effudit, qui ad hæc inſano quodam horrore perfuſus, hùc il-
lùcque ſe agens, quò magis ab igne fugiens ſibi conſulebat, eò magis in ſe furen- D
tem excurrere ignem pauidus inſpectabat: demùm horrendo hiatu terra dehiſcens,
ſimul cum igne Simoniacum abſorpſit Epiſcopum flammis æternis deuorandum.
Diſcite iuſtitiam populi & non temnere Numen.

A Idem rurſus agitur, eorumque reſponſio refellitur, qui ad dignitatis fulciendam maieſtatem congerendis opibus incubare affirmant. Cap. XLVI.

NVLLVS cœco ſui amore fertur ardentiùs, quàm qui diuitias deperit; iſtis enim adeò grandeſcit & æſtuat, vt tumidi torrentis inſtar, toto terrarum orbe exundans latiſſimè peruagetur: hinc fit, vt ad diligendas opes liberaliter adeò ſe mens humana profundat, aurumque tam auidè amplectatur, vt huius fuligine obcœcata, ſua infortunia non agnoſcat; adeò vt auarum ſe ipſe Mida igno-
B ret, pauperem ſe Craſſus fateatur, & ſibi neceſſarium Crœſus ducat, vt ærarium locupletet: nullus autem ex his eſt, qui ad ſuas cupiditates palpandas honeſtam aliquam ſpeciem non præſeferat, vt prudentiæ imagine decorata ſua prodeat auarities.

Frequentiòr & ſpecioſior excuſatio, quâ Præſules ſuam tenacitatem obuelant, & opum incrementum honeſtant, verſatur in eo, quòd ſcilicet Sacerdotij celſitudinem & decus, eâ, quâ par erat pompâ, fulcire & illuſtrare tenentur, hac potiſſimùm ætate, quâ ſpecioſæ non ſunt dignitates, quæ non fuerint pretioſæ, nec humanum extorquent obſequium, quæ auri fulgore non eluceſcant; nubes paupertas eſt, quâ ſimul & natalium & gradus ſplendor obſcuratur: & cum alia omnia ſublunaria vices ſuas alternatim patiantur, hoc vnum inconcuſſam in hominum pectoribus ſedem habet, diuitiarum ſcilicet pretium, horror paupertatis, adeò vt illud cum Maſſilienſi Antiſtite Saluiano vſurpare poſſimus ex Euripide forſan, Senecâ teſte, exceptum, *Tanta eſt miſeria huius temporis, vt nullus habeatur magis nobilis, quam qui eſt plurimùm diues.* Salu.l.3. de prouid. Sen.ep.115

C Ex hoc, quod in præſenti locum non habet vt refellamus, tanquam optimè conſequens Philoſophus aliquis colliget, non tantùm honeſtati, ſed neceſſitati proſpici, ſi Epiſcopales prouentus fuerint opulenti, iiſque redditibus ornentur Antiſtites, quibus Sacerdotij decus illuſtretur, non autem vt opum amore inſaniant, & vel in earum ſumptu ſint perquam tenaces, vel in earum augumento ſtudioſi; rurſus ſtatuet, non quidem reſpuendas Epiſcopis eſſe diuitias, ſed nec amandas, domi quidem in arcâ ab eo ſeruandas, non in animo, vt ſcilicet iis velut inſtrumentis vtatur ad fouendam virtutem, ad charitatem educandam. hoc ſanè ſapientis viri eſſe docuit olim Seneca his verbis. *Non amat diuitias, ſed mauult; non in animum illas, ſed in domum recipit; nec reſpicit poſſeſſas, ſed continet, & maiorem virtutis ſuæ materiam ſubminiſtrare vult.* Sen.de vit. beat.c.21.

Illud etiam ſtatuet, fortunæ bona diuinâ lege nequaquam nobis prohiberi, ſed tantùm vetari, ne iis tanquam viſco noſter animus implicetur, poſſeſſionem vltrò
D nobis largitur, at remouet cupiditatem. Quàm bellè Auguſtinus: *Si concupiſti, hæſiſti. Non prohibet diuitiarum poſſeſſionem, ſed cupiditatem.* Statuet, eodem planè modo, quo in abiectos viros ſæuam tyrannidem opes exercent, ſic generoſis & magnanimis facilè vt mancipia ſubiectari, vt enim magnus ille ait Philoſophus. D.Aug. *Diuitiæ enim apud ſapientem virum in ſeruitutem ſunt, apud ſtultum in imperio.* Sen.de vit. beat.c.26. Eadem planè menſura, quâ auaro Præſuli flagitioſæ ſunt & ſordidæ, probatis Epiſcopis innocentes erunt, & propemodum ſacroſanctæ: quantam enim illis materiem ſubminiſtrant ad pauperum egeſtatem ſubleuandam, ad ſacra iura tuenda, ad audacium vim refringendam, ad aras & templa Deo erigenda, ad Seminaria condenda ſimul & ſeruanda; demùm non ſibi, ſed aliis diuites erunt, cum opes non ad ſui, ſed ad aliorum commodum ſibi à Deo impertitas agnoſcant, & vt de antiquis Patribus ait Chryſologus: *Ad largitatis materiam non ad cupiditatis incendium.* P.Chriſol. ſer.28.

Statuet, piorum Antiſtitum opes non peſſulis arcarum obſtringi, at pauperum

maui-

D. Chriſol. ſer. 121. manibus ſpargi eum gaudio; non ſcrinijs ſepultas ſquallere gemmas, at impoſitas aris multâ cum pompâ ſplendeſcere; non tineis erodenda cymelia in armarijs ſeruari, ſed ad abſtergendas viduarum & pupillorum lachrymas elargiri; demùm ſtatuet in ſacris viris indifferentes opes eſſe, & eadem ratione, quâ optimæ fuerint, ſi optimè expendantur, ſic malas fore criminibus, cupiditate peiores, mercaturâ peſſimas: ad Eugenium Pontificem, qui maximam omnium, quæ toto orbe ſplendeant dignitatum in ſua maieſtate ſeruare tenebatur, hæc olim docuit A
D. Bern. l. de conſid. Diuus Bernardus hoc ſtylo; *Ipſa, quoad animi bonum ſpectat, nec bona ſunt, nec mala; vſus tamen horum bonus, abuſio mala, ſolicitudo peior, quæſtus turpior.*

Statuet, quod cum ſacros cenſus diuina in eum beneuolentia deriuauerit, & ad probos honeſtoſque vſus earum poteſtatem impertierit, impendere eos tantùm ad ea valet, quæ voluerit Deus, qui Aggæi ex ore ſuum eſſe argentum & aurum pronunciauit, *vt nempè*, ſic explicante Diuo Auguſtino, *ſine ipſius nutu, ac domi-* Agge. 2 & 101. Aug. *natu, nec mali, niſi ad auaritiæ ſupplicium, nec boni, niſi ad vſum miſericordiæ, poſſint habere aurum & argentum.* Quàm ergo à cæleſti ſapientiâ alienus ille eſſet, B qui diuerſa planè ſententiâ philoſopharetur?

Caſiod l. p. ep 16. Si verò fiduciâ plenus ait Caſſiodorus, quòd liberalitatis virtute Princeps, *acquiſiuit nobiles theſauros famæ, neglecta vtilitate pecuniæ*; quantò commodiùs aſſerendum nobis erit ex aduerſo, Epiſcopos pecuniam magni facientes, non famæ tantùm theſauros ditiſſimos dilapidare, ſed virtutis & ſalutis ſuæ, ſibiq; commiſſorum populorum.

Peluſio. li. 1 ep. 46. Cum olim de immodico ergà opes amore Caſſium diſcipulum Diuus Iſidorus Peluſiota corripuiſſet, & ad ſui excuſationem Demoſthenis ſententiam ille attuliſſet, quâ perneceſſarias omnibus illas eſſe docet, cum nihil abſque earum auxilio operari valeamus, Sanctiſſimus vir reſpondit, quod cum Idololatræ inſtar, ſe Plut. Plin. Ethnici ſententiâ tanquam clypeo obtexiſſet, ad eum ſuiſmet armis iugulandum, Ethnicorum exempla longâ ſatis ſerie centuriare illi poterat, qui aurum vt vitiorum fomitem, fontemque ſcelerum fortiſſimè exuerunt, & excuſſerunt: ſic & ipſe proferre in medium poſſem Marcum Curium Dentatum, Aelium Catonem, Fabritium, Fabium Maximum, alioſque quàm plurimos, qui alieni adeò fuere ab C Senatorio Magiſtratu ſuâ paupertate obſcurando, vt potiùs egregio diuitiarum contemptu illuſtriores faſces Romanos effecerint, quàm ſi immanes immenſoſque Neronis theſauros poſſediſſent, quamobrem de eorum vno verba faciens Seneca ait: *Fabritius Pirrhi Regis aurum repulit, maiuſque regno iudicauit regias opes poſſe contemnere.* An igitur Epiſcopalis dignitas obſoleſcet eo contemptu, quo ſe adeò illuſtres præſtitere primi illi Epiſcopi, qui ullâ ſine formidine illud pronunciarunt, *Ecce nos reliquimus omnia?* An nos qui Chriſti paupertatem edocentis, & ad opes cæleſtes acquirendas, terrenas diuitias calcantis magiſterio erudimur, præceptoris noſtri veſtigia aſſequemur diuitias vel augentes, vel anhelantes? Nimis enimuero thiara Epiſcopalis abiecta eſſet & humilis, ſi tantùm à fortunæ bonis, quibus plerumque affluentiùs exundant malorum, quàm proborum ædes, ſuum decus ſuumque iubar ſibi compararet; eximo hoc bracteatoque lumine nequaquam ea indiget, ſatis à ſe ipsâ refulget, ſuoſque fulgores in ſui poſſeſſores eri- D uat, vt eos conſacret & coronet: non ex opibus & ſumptibus, at ex virtutibus, & è populorum pietate, atque à prudenti integroque regimine, Præſulum eſt dignitas D. Hier. ep. 89. æſtimanda: iam, accipe Hyeronimum, *Potentia diuitiarum, aut paupertatis humilitas, ſuperiorem vel inferiorem Epiſcopum non facit.*

in ſua vita l. 3 c. 19. Appoſitiſſimè Gebennenſis Antiſtes Franciſcus Saleſius Hyerarchici ordinis decus, noſtræ ætatis iubar illuſtriſſimum pronunciabat, ad ſibi neceſſaria comparanda ſatis ſibi ſufficere tenues modicoſque ſuæ Eccleſiæ cenſus, ſeque ditiores Epiſcopos in maiores ſumptus opes effundentes, tantum ad elapſi anni calcem habere, quantùm ipſe poſſideret, expenſas cum prouentibus temperando; & quamuis tantâ egeſtate premeretur, vt non currum ſolummodo, ſed ne equum quidem præ inopia poſſet alere; pluris tamen ab omnibus æſtimabatur, quàm Galliarum opulentiſſimi Antiſtites ducerentur.

Cum oblatum à Valente Cæſare aurum ſuæ paupertatis amantiſſimus reiecta-

ret

A ret Sanctiſſimus Antiſtes Spiridion, Cæſare ipſo ſe maiorem exhibuit, Cæſareo diademate thiaram Epiſcopalem clariorem effecit, illamque de ſe probatiſſimi nominis famam vindicauit, quam nunquam totâ Aſiaticæ opulentiæ pompâ comparaſſet; nullibi Paulinus illuſtrior, quàm vbi ad pauperes erigendos effuſis opibus ſeipſum paupertati donauit; nuſquam ſpectatus probatuſque magis populis, Sur. in eius vita. imò Principibus, Diuus Carolus fuit, quàm cum ad pauperes induendos, potiſſimâ ſuorum cenſuum parte ſe ſpoliauit: quin, vt alios propè innumeros omiſſos faciam, ipſimet Apoſtoli Epiſcoporum ſcilicet omnium Anteſignani & exemplaria famam omnem, omniaque populorum præconia non tàm è patratis miraculis, quàm è contemptis diuitijs collegerunt; admirabiliores in calcandis opibus, quàm in premendis anguibus ſe præſtitere; clariores fuere, cum ſe mundanis opibus mortuorum inſtar eripuerunt, quàm cum mortuos excitarunt ad vitam: vberiorem fidei ſegetem diffuſis opibus excepere, quàm diuino ſermone diſſeminato; fidem mihi de his faciens audiatur Simon Caſſianus. *Audacter dixerim, neque in* Sim de Caſſia l.9 c.18. B *miraculis Apoſtoli ſæculo ita mirabiles apparuerunt, ſicut in contemptu rerum; neque in efficacia verbi tam homines commouerunt, nouitatem vitæ prædicando, quam bona externa ſpernendo.*

Ex aduerſo, qui totus congerendis diuitijs inexplebili curâ incubaret, quànam D.Bern. ep 42. veneratione à ſæcularibus viris excipietur, qui ſibi prorſus parem eum agnoſcunt, eaque ſolertia terrenis rebus & vitioſæ cupiditati hærentem, quâ ipſi adhærent: Sanè ad Henricum Senonenſem Præſulem ſcribens Diuus Bernardus, ſuumque gregem cum huiuſmodi paſtore verba facientem apponens ſic ait. *Si inſtar mei, qui ouis ſum, paſtor meus etiam curuus graditur, vultum gerens deorſum, & terram ſemper reſpiciens, & ſoli ventri, mente ieiunus, pabula quæritans; in quo diſcernimur? Si venit lupus, quis præuidebit & occurret?* Quin quò magis indecorum hoc omnium ſapientum ſuffragio, in Hyerophantis videtur, eò etiam magis dicterijs & obiurgationibus à populis vapulat, & turpiſsimè deridetur; quis enim D. Auguſt. ep.2.ad Nepot. c. gloria 71.52. q.2. neger, quæ ſapientiſſimè protulit Auguſtinus: *Gloria Epiſcopi eſt, pauperum inopiæ prouidere: ignominia Sacerdotis eſt, proprijs ſtudere diuitijs.*

C Nimis enim verò ſub Præſulis auaritie Religio Orthodoxa laborat; quid enim boni, quid honeſti, quid ſancti ea præferat mens, quæ cæli clariſsimi ſplendores imitatura, teterrimis opum congerendarum nebulis obſcuratur?

Quid ad hæc aliqui dixerint, qui vix Epiſcopi nomine donati, ſacros ſuæ Eccleſiæ redditus diligentiſſimè inquirunt, rationemque ſcrutantur, quâ eos maiori mole amplificent? haud ipſi quidem ſolliciti, vel leuiſsimè videntur, de ouium ſibi creditarum copia & conditione, non de paræcijs, non de ſacris operibus, non de piarum Virginum aſceterijs, haud quidem eos virtutum prouentus meditantur, quos ab ipſorum laboribus, moribus, induſtria, ſermone, exemplo Religio Chriſtiana exoptat.

Quid illi ad hæc, qui vix Epiſcopi ædes ingreſsi, antequam Diœceſim inuiſant, inuiſum prædia adeunt, vt locationum pretia amplificent, & conductores, alioſque adminiſtros immutent! inuehitur in hos Diuus Bernardus: *Quid Epiſcopo tur-* D Bern. de conſi.l.4. c.6. D *pius, quàm incumbere ſupellectili, & ſubſtantiolæ ſuæ? ſcrutari omnia, ſciſcitari de ſingulis, morderi ſuſpicionibus, moueri ad quæque perdita vel neglecta.*

Quid ad hæc illi, ſi qui tamen nunc temporis fuerint, qui leuiorem adhibent curam in eorum indagandâ pietate, quorum miniſterio ad populorum excipiẽdas confeſsiones, & ad paræciarum regimen adhibent, quàm eorum, quos ad bona adminiſtranda temporanea elegerunt; quâ vigiles & ſolertes ad hos introſpiciendos; quam inertes & deſides ad illos inſtruendos! quantò vigilãtiores ad rationes ſumptuum educendas & componendas, quàm ad populorum mores informandos inſudant! quantò triſtiores dolent de agrorum incommodis, quàm de ſui gregis flagitijs, ac ſi pluris ab ipſis illa, quam iſta æſtimentur; ſed audi quàm valida in eoſdem Bernardi ſonet oratio? *Mira res? ſatis ſuperque Epiſcopi ad manus ha-* D.Ber. l 4. c.6. *bent, quibus animas credant; & cui ſuas committant facultatulas non inueniunt? optimi videlicet æſtimatores rerum, qui magnam de minimis, paruam aut nullam de maximis curam gerant. Sed ut liquidò datur intelligi, patientiùs ferimus Chriſti*

iactu-

Digitized by Google

iacturam, quàm noſtram: quotidianas expenſas, quotidiano reciprocamus ſcrutinio, & continua dominici gregis detrimenta neſcimus: de pretio eſcarum & numero panum A
cum miniſtris quotidiana diſcuſſio eſt: rara admodum cum Presbyteris celebratur collatio de peccatis populorum. Quàm igitur deridanda eorum excuſatio eſt, qui ad dignitatis maieſtatem ſeruandam, opes aggerendas opinantur & iactant; cum tamen ex opum fulgore ipſa potius dignitas obſoleſcat; quàm pariter indecorum eſt, vt mente abiectiſſimâ totus terrenis rebus adhæreat, qui ſuperna tantùm & cæleſtia inhiare deberet; quàm fœdum, vt curuo in terras animo ne oculos quidem ad cælum attollat, qui clericali coronâ præcingitur; ſed hederam imitatus fibras humi tenaciſſimè figat, nomine quidem ſæculi pompam fugiat, at votis deuoret, & totâ virium contentione ſequatur!

Mordaciter quidem, at appoſitè Sophiſtæ libello Diocletianus & Maximilianus Cæſar reſpondit, cum enim ille, vt Codex teſtatur, flagitaret à Cæſare, vt ab
l. Profeſſ 6. c. de min. patr. l. 10. oneribus, quibus patrimonium laborabat, eum dignaretur eximere, ſapientiſſimè ait, *Profeſſio & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant: nam cum philoſophum te eſſe* B
proponas, vinceris auaritia.

Quàm longè à Philoſophiæ Magiſtro diuitiarum amor abſcedit! ad eam enim conquirendam Abion, Crates, Stilpon, Anacharſis, Democritus, Anacreon,
Plut. Laert. Philoxenus, alijque facultates omnes exuerunt, vtpote quæ cum eius honeſtate coniungi nunquam poſſent: verùm quantò longiùs à ſacrâ Philoſophia, & Epiſcopali Sacerdotio eadem cupiditas opum abſcedit! cùm autem primi omnium Epiſcopi, vt ad populorum lucra facienda fidemque latius diſſeminandam expeditiores eſſent, ipſamet retia, quibus ſuæ vitæ neceſſitati proſpiciebant, abdicarint; quàm fœdum eſt, vt conſecutis poſtea temporibus, eadem retia alij Epiſcopi explicauerint non ad populos capiendos, at ad redditus expiſcandos. Suâ hoc ætate contigiſſe fatetur Diuus Bernardus, cuius ea vox fuit: *Quis mihi det antequam*
S. Bern. ep. 237 ad Eug. *moriar videre Eccleſiam Dei, ſicut in diebus antiquis, quandò Apoſtoli laxabant ſua retia, non in capturam argenti & auri, ſed in capturam animarum?*

Quàm turpiter à ſua dignitate deſciſcit, qui animarum pretio omnium quot- C
quot toto orbe fulgeſcunt pretioſiſſimo, aurum præhabet, ſolidum quidem, at ſordidum telluris eiectamentum! nimis ſanè inſanit, qui ſimul in cordis ara adorari ſibi poſſe arbitratur Arcam diuinam, & Dagonis Idolum, hoc eſt aurum, eodemque cultu duos adeo ſibi repugnantes Dominos, Deum ſcilicet & Mammonam venerari; cæleſtibus ſimul & terreſtribus mercaturis ſtudere; telluris globum cum Cæli mole connectere, alteroque oculorum ſydera, altero marmora intueri,

Quàm igitur alieni homines ſunt ab obſeruantia Epiſcopis illis præſtanda, qui diuitiarum amore implicantur; ad contemptum potius eorum vrgentur, cum ad res priuatas augendas, fouendamque auaritiem procliues eos inſpectent, quæ ſæculares ipſi viri ne dum ſacris initiati homines, atiſque deuoti, vileſcunt & de-
Cic. l. p. de offic. nigrantur; ſi enim Romano Oratori fides danda fuerit, *Nihil tam anguſti animi, quam amare diuitias*; quin ingenti offenſione gentes tenentur, ſi viderint, non D
edoceri à Præſulum pietate ad cæleſtia lucra facienda, ſed potius ab eorum auaritie ad terrena diligenda & amplificanda excitari; his accommodatiſſima verba Dei ſunt, *Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium*, hoc eſt iuxtà Arnobij, San-
Arnob. & ſi. Baſil. ibi ex Raban. glo. ibi Vgo & Palatios. D. Bern. ſer. ad cleric. in Rhemen. cti Baſilij & Rabani ſententiam, non tantùm auro tanquam Numini victimas immolant auari Lythurgi, at etiam, Cardinali Hugone, alijſque explicantibus, lapis, in quem miſerè impingunt & illiduntur, ſunt eorum amplificatæ diuitiæ, & tranſuerſum veluti lignum, ad quod offendentes ruimus, eo prorſus modo quoad arborem vetitam Eua & Adam infœliciter corruerunt. Validiſſimè, & eâ quâ virum pium decet libertate, expreſſit hæc omnia Diuus Bernardus Rhemenſis Synodi Patres alloquutus.

Suis confirmandam Scriptoribus hiſtoriam committo, quam Henricus Gandauenſis à Lyrano relatus poſteritati exarauit, quòd ſcilicet cum tantâ opulentiâ Christianam Religionem Conſtantinus Cæſar ornauit & auxit, vox è cælo elapſa
Lir. in Deuter. 32. fuerit hæc pronuncians: *Hodie cecidit venenum in Eccleſiam Dei.* illud tamen aſſe-

ren-

A rendum meritò mihi videtur, quod ſacri viri, ſi nimis auidè diuitijs aggerendis ſtuduerint, venenum propinant, quo anima, quies, fama inficiuntur & tabeſcunt, quin ad mores inſtruendos ea verba Geneſeos Magiſter Aquinas explicans: *Videntes filij Dei filias hominum, quod eſſent pulchra, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerunt, &c. Gigantes autem erant ſuper terram, &c.* Docet nos Deo deuotos viros filios Dei eſſe, qui opum villarumq; amore depereuntes, ſuperbiam & Babylonis faſtum in ſanctam Syonis Vrbem apportauimus. *A tempore, quo filij Dei, Clerici ſcilicet, & Religioſi, videntes filias hominum, ideſt Villas & Ciuitates, & temporales diuitias eorum, quod eſſent, & quod de facili generant multam & magnam prolem, acceperunt ſibi pro libito vndequaque; ex tunc orti ſunt in terra Gigantes in magnis & mirabilibus ſuper ſe ambulantes, qui potiùs contra Reges & Marchiones, quàm Epiſcopi vel Abbates: & hi ſunt fortes, vel potentes à ſæculo viri famoſi; & ideo non mirum, ſi per eos erigatur imago beſtia, & ſtatua Babilonis, & terrena Ciuitas dilatetur, &c.* Geneſ. 6.1 D. Tho. in c.8. Geneſ.

B Quod ita intelligendum eſt, non quidem malas à ſe ipſis opes eſſe, ſed eo titulo certè improbas, quòd viſcum quendam componant, quo imprudentium pennas Tartareus venator illaqueat.

Non igitur glorioſus & illuſtris ille fuerit Antiſtes, qui opes dilexerit, at qui deſpexerit: virga etenim Aaronica, quâ Epiſcopalis lituus deſignabatur, celertimo fœtu in flores & fructus erupit; eo quòd nequaquam in ſolum radices immiſerit, Nyſſeno Gregorio ſic hæc explicante, *Cum ſibi germinauerit Sacerdotij virga, non humiditate terrena, ſed à ſe ipſa nuces producens*: ex opum vel amore vel fugâ arguere licet, an verus Paſtor, an mercenarius fuerit, an Dei, an dœmonis adminiſter. Qui autem his aduerſatur, ſe profectò decipit, turpique proditione irretit. D. Gregor. Niſſ. de vit. Moiſis.

Quàpropter Samuel & Moyſes ſuos Magiſtratus abdicantes, vt oſtenderent, Num. 26. p. Reg. 13. quàm honeſtè & integrè eos exercuiſſent, nullam aliam validiorem rationem excogitarunt, quàm ſi ſe repetundarum accuſandos omnibus obiectarint, populum aduocantes, vt de eorum integritate fidem omnibus facerent: horum imitatus veſtigia Apoſtolus, ad maiorem dignitatem ſuo Sacerdotio apud Corynthios com-

C parandam; & ad paratiſſimam ab eis obedientiam exprimendam ait, *Cum eſſem* 2. Cor. 11. *apud vos, & egerem, nulli onerosus fui, & in omnibus ſine onere me vobis ſeruaui, & ſeruabo*: ille ſiquidem coronandus meritò videtur Antiſtes, qui temporanea hæc bona animo inuicto deſpicit, itâque deſpicientiâ thiaræ gemmas, & ſmaragdos, quibus redimitur, efficit illuſtriores, cùm è contrà maximè dehonoretur & vileſcat eius nomen, ſi auaritiem fouerit, quâ toti gregi pernicies ingens infertur: *Detrimentum pecoris, paſtoris ignominia eſt.* ſic Hieronymus. D. Hieron. ep. ad Fur. ſer. virg.

Aliam ego aperiam auaritiem, non hominibus tantùm, at ſupremis etiam mentibus, ipſique Deo maximè æſtimandam; in Sanctarum tenacitate, & conſtantia cogitationum iſta verſatur, in virtutum incremento, in maximâ bonorum operum ſumma colligenda, in populis & gentibus Deo laborioſiſſimè comparandis: illis tantùm hæc auarities cordi erit, qui in vnius Dei amore ſuum theſaurum collocarunt; ſatis abundè iſti vno Deo ditati, quaſcumque auri Peruuianas moles, quaſcunque ex Erythreo æquore decerptas gemmas nihili faciunt, & loco ſordium

D habent; ex his Toloſanus Antiſtes Diuus Ludouicus illud identidem ingeminabat, *Diuitia mea Chriſtus; deſint catera: omnia copia, qua Deus meus non eſt, mihi inopia eſt.* in vit. S. Ludou.

Verùm quî eorum reſponſionem diluemus, qui auaritiem quidem omnem exuentes ab omni opum augendarum ſtudio abſtinent; ſed vt paupertati ſuæ proſpiciant, qua eorum dignitas & ſimul perſona denigrantur, ad temporanea facienda lucra non illicitè ſibi dari operam arbitrantur: illud in præſenti pronunciamus perpauciſſima eſſe, quæ hac in re Epiſcopis licent; at ne moleſtiſſimi penitùs eis ſimus, ad Diuum Bernardum eos aduocabimus, qui ad ſolatium aliquod eis afferendum certiores eos faciet non denigrari, ſed illuſtrari titulo paupertatis Antiſtites, magiſque eius tenuitate ſplendeſcere, quàm ſi Principum opulentiſſimorum æraria omnia poſſiderent: ad Actonem Trecenſem Epiſcopum ſcribens hæc tan-

tus Magiſter inſinuat. *Super omnes regios theſauros hic vos titulus nobilitat amplius, & reddit illuſtrem.* A

D. Ambr. 1 p. ep. Aquileienſis etiam Synodi Patres, è quibus fuit Diuus Ambroſius, Valenti & Gratiano ſcribentes, vt inter eiuſdem Ambroſij elucubrationes videri facilè poteſt, gloriam in Epiſcopis eſſe paupertatem, Cæſareâ ſententiâ ſtatuerunt.

Auarorum Antiſtitum reſponſio alia diluitur; quæ in Nepotum amore verſatur, & ſacrorum redditutum ergà illos locupletandos largitas perſtringitur: demùm ad quos vſus ſacra bona ſint conuertenda, edocetur. B

Cap. XLVII.

ÆQVE' claudicat alia reſponſio, quâ ſuum amorem ergà diuitias blandiuntur aliqui & palpant (ſi tamen ex his aliquis nunc temporis fuerit) hac ſcilicet tantùm de cauſa ſe in comparandis diuitiis laborare & ſacris cenſibus augendis, nempè vt conſanguineorum Nepotumque egeſtati, totique ſecuturæ poſteritati proſpiciant, ad ſuæ conditionis gradum pari debitoque ſplendore ſeruandum ſimul & illuſtrandum; nec enim compoſitâ vel Chriſtianâ charitate videtur ille præſtare, qui eos deſerit, quos vinculo arctiſſimo ſanguinis ſibi natura colligauit. Specioſiſſimus hic frequentiſſimè color eſt, quo ſicuti uiuentes vitium honeſtamus & colimus, ſic pereuntes maximè vrgemur & cruciamur: C quàpropter ad eum noſtris ex animis radicitùs euellendum, huius capitis molem duobus veluti ſtylibatis fulcire in animo eſt, cum maximi ponderis res hæc ſit, & ad Catholicæ Religionis commodum noſtrǫque ſalutis ſecuritatem referatur.

Primum itaque hoc ſtatuatur, aureâ ſcilicet enaſcentis Religionis ætate, quotquot è ſuperſtitionum tenebris ad noſtræ fidei lumen emergebant, bona omnia venditantes, eorum pretium ad ſuorum Epiſcoporum, qui tunc erant Apoſtoli, pedes abieciſſe, vt eorum ſuorumque adminiſtrorum opera pauperes alerentur, omniumque paupertas erigeretur; hoc tamen tam benè opportunèque cadebat, vt nullus profectò ex eis eſſet, cui non abundè neceſſaria quæque ſufficerent.

Act. 4. 94. *Neque enim quiſquam egens erat inter illos*, ſed cum poſteà inter immanes carnificum cruciatus, & cruentos Tyrannorum turbines ſe noſtra fides latè porrigeret, & Chriſti fidelium ſanguine, tanquam ſemine, mirum in modum diſſeminatus Chriſtianorum numerus augeretur, omnium ſuffragio decretum fuit, ſic docente experientiâ & ad temporum vices conſuetudine immutata, vt ſtabilia bona, quibus D fidelium pietas Religionem donabat, nequaquam venderentur; at Epiſcopis Apoſtolorum Succeſſoribus ſeruanda committerentur, vt eorum fructibus alienæ neceſſitati conſulerent: in Epiſtolâ, quam Decretalem appellant, referuntur hæc ab Vrbano Primo Sanctiſſimo Pontifice, eiuſque partem in ſacro Canone Gratianus

S. Vrb. ep. vn c. 1. in 1. 10. conaliū c. videntes 36. 12. q. 5. Can Apoſt. 4 rel in c. præcipimus 24 c ex his 22 12 q p. 1. Cor. 9. 3.

immiſcet; quin ipſi iidem Apoſtoli adſcripto Canone hoc idem ſtatuerunt, & validiſſima etiam ratione roborarunt. *Si enim animæ pretioſiores illi ſunt creditæ, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per Presbyteros & Diaconos, & cum timore Dei, & omni ſollicitudine miniſtrentur, &c.* Additâ tamen explicatione, qua ſignificant, ex eis ab Epiſcopis ſibi illud vſurpandum, quo ad honeſtam & nullius indigentiam vitam ducendam egent, cum cæleſti oraculo lex ea ſancita fuerit, quòd ex altari viuat, qui ſeruit altari.

De-

Deuolutis poſtea temporibus, quibus à Principum vi ſuam Deus Religionem Geneſ. 30.
abſoluere ſtatuerat, vt ſimul de ipſis eorumque theſauris triumphum ageret, iuxtà 30.
ea verba, quæ Labano Patriarcha Iacob dixit, *Iuſtum eſt igitur, vt aliquando pro-* Ruper. ibi.
uideam etiam domui meæ: ſub imagine Chriſti ſuam Eccleſiam alloquentis pro-
nunciata ea fuiſſe Rupertus Abbas docuit; illud etiam Iſaiç effatum, quod ad hanc
mentem Diuus Cyrillus Alexandrinus explicat, comprobandum erat, *Ponam te* Iſai 60. 16.
(id eſt Eccleſiam) *in ſuperbiam ſeculorum, & ſuges lac gentium, & mammilla re-* D. Ciril.
gum lactaberis (vel vt ſeptuaginta legunt) *diuitias regum comedes*; in immenſam
in molem amplificata eadem bona ſtabilia fuere, quibus non tantùm Orthodoxa
Religio, ſed Eccleſiæ ferè omnes ſub Epiſcoporum regimine & adminiſtratione
redundarunt.

Quàpropter non defuere poſtea viri nequiſſimi, qui tantæ fęlicitati inuidentes
in earum opum poſſeſſionem publicè aſſurrexere, tanquam Chriſtianæ paupertati
& pietati aduerſantem. Eà de causâ Iulius Primus, in epiſtolâ Decretali, cuius
B partem ſub Melchiadis nomine Canonibus inſeruit Gratianus (ſed falsò, cum
Melchiades antè Conſtantini ætatem effloruerit) rationem explicauit, cuius vi c futuram
ſtabilia bona ſeruare ſibi iure meritò poteſt Chriſtiana Religio, cum idémet Con- 15. 12. q. p.
ſtantinus ingentes à fundamentis moles erectas, & opulentiſſima cymelia ei dona-
uerit, Romæque potiſſimam partem eius dominationi relinquens. Nullam ex his D Proſp. de
iniuriam virtuti fieri luculenter probat Diuus Proſper, cum earum opum non vit. contēp.
Domini euadant Epiſcopi, at adminiſtri & diſpenſatores; ad quæ roboranda tùm l. 1 c. 9 c.
Diui Paulini Nolani Antiſtitis, tùm Diui Hilarij Arelatenſis Præſulis exempla expediti 13
recitat, qui eodem paupertatis ſtudio, quo ditiſſima patrimonia reliquerant, ſa- 12 q. p.
cras facultates ſolertiſſimè ſeruarunt, ſuarumque Eccleſiarum nomine opes alias
hæreditario titulo ſuſceperunt.

Antiochena inde Synodus celebrata fuit, ad quam plerique confugere, illud Conc. An-
conqueſti, quòd in pauperum detrimentum ſacræ opes aliquibus ab Epiſcopis non tioch c. 25.
ea quâ par erat, fide adminiſtrarentur, & in vſus tùm proprios, tùm conſangui- rel in c. E-
neorum & affinium eas inſumerent, vel eiſdem adminiſtrandas committerent: piſcop. 23.
C quamobrem ſanctè Synodus illa veneranda conſtituit, vt qui de hoc crimine con- 12. q 5.
uincerentur, pari ſupplicio mulctarentur.

Verùm quia dabatur adhùc querelis locus, nec ex Epiſcopis deerant, qui con-
ſanguineorum amore tenerentur, quatuor in partes diſpertita ſacra bona fuerunt,
quarum prima deſignabatur Epiſcopo, Clero altera, peregrinis & pauperibus
tertia, Templo ædificando quarta; Symplicius Pontifex ſingulari lege roborauit Bar. an 475
hæc omnia, poſtquam Auſimenſem Prælulem Gaudentium à ſacrorum bonorum in fin.
adminiſtratione remouiſſet, eò quòd in eorum diuiſione à debitâ integritate
deflecteret.

Eandem hanc legem Gelaſius Maximus Pontifex inſtaurauit, addiditque, vt ad Bar. an. 446
fraudes omnes euitandas, Antiſtitumque famam ab omni auaritiæ notâ eripien-
dam, ea bonorum portio, quæ ad pauperum ſubſidium referebatur, non clam,
ſed palam & apertè diuideretur; quod idem poſtea in Epiſtola, quam Gratianus
D recitat, confirmauit, & in aliâ Decretali ad Epiſcopos Siciliæ ſcripta ſignificauit,
bona pauperũ ſubſidio deſignata non exteris pauperibus at ijs, qui Diœceſim co- Gelaſ ep 7.
lerent impertienda; Epiſcopos verò è deſcripta ſibi bonorum parte, tùm peregri- to p. ep de
nos, tùm carcere detentos opitulari: ſanè his conformia ſunt, quæ ad Syracuſa- creuc. co
num Hyerarcham & ad Auguſtinum in Anglia Antiſtitem ſcripſit Diuus Grego- gnouimus
rius, cuius verba appoſitiſſimè Gratianus in Canonum codice recitat. 27. & c. ſeq. 12 q. 2.

Quàm igitur meritò conqueritur ſcriptor clariſſimus Baronius, quòd quò ma- Baron. ann.
gis Pontificum Sanctiſſimorum ſtudio leges huiuſmodi inualuerunt, eò minus vtrobiq.
opere exerceamus! quandoquidem profeſſus in ſua Decretali Vrbanus Primus Vrb. I. ep.
fuit, bona hæc Eccleſiaſtica (quæ ab ipſo vocantur, *vota fidelium, pretia pecca-* vnic. decr.
torum, ac patrimonia pauperum, à Tertulliano, *Depoſita pietatis*, à Diuo Bernar- c p. tom. p. Conc. Ter-
do, *Patrimonium Crucifixi*), non ſine ingenti formidine in ſobrios vſus & in pau- tull. in apo-
perum opem diſpertienda; ad huiuſmodi enim finem Deus ea impertiuit: poſt log. c 39. S. Ber. I 41.
quæ ſubdit, *ſi quis autem (quod abſit) ſecus egerit, videat ne damnationem Ananiæ* de conſid. V. Bar. ann. 414 n 4.

& Saphira pertipiat, & reus ſacrilegij efficiatur, ſicut illi effecti ſunt, qui precia
prædictarum rerum fraudauerunt. A

Colligendum ex hoc, ſacros redditus ab Epiſcopo cum hoc onere ſuſcipi & poſ-
ſideri, vt ſcilicet non dominus eorum ſit, at eorum adminiſtrator, & ſicut eâ cum
D. Tho. 2. 2. q 43 ar. 8. c. fide & cura, quâ depoſitarius ſeruare, iuxtà Aquinatis ſententiam depoſitum de-
bet, ſummam & ſortem ſeruare tenetur; ſic propè ſuadere ſibi animo debet, eius
fructus & prouentus tum ad vſum proprium, tùm ad peregrinorum & pauperum
ſubleuandam inopiam expendendos. In Octauâ Synodo hæc habes, Adriano Pon-
tifice imperante, coacta, cuius verba hæc ſunt: *Quos (Eccleſiaſticos redditus) ad*
Sin. 8. c. 12. c apoſtolicos 15. 12. q 2. *propriam vtilitatem, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum ſubſtentationem eſſe*
decernimus.

Ingenti ſollicitudine premebatur Diuus Auguſtinus ab Hipponenſis Eccleſiæ di-
uitijs, illud maximè formidans, ne in eis adminiſtrandis in debita fide deficeret;
populis ſuis, qui ditiſſimum eum prædicabant, hoc ille eos alloquens luculenter
D. Aug. ſer. 6. in Iſai. circa fin. explicauit his vocibus: *Noſtis fratres mei, quia villa iſta non ſunt Auguſtini: ſi*
vos non noſtis, & putatis me gaudere in poſſeſſione villarum, Deus nouit, ipſe ſcit, B
quid ego de illis villis ſentiam; vel quid ibi ſufferam.

§. I.

D. Tho 2. 2. q 119 ar. 3. ad p. & ar. 4. ad 4 & quod lib. 6 ar. 10. atl. ſep. 2 P. Bleſſen. HAEC in cauſa fuere, vt concordi virorum piorum ſuffragio non Hyerar-
chæ tantùm, ſed ſacri omnes viri, qui ſacris cenſibus fruuntur, appella-
rentur Eccleſiæ bonorum adminiſtri & diſpenſatores, in quæ bona ſuum ius etiam
ex parte pauperes ſortiuntur; Theologica trutinâ hæc expendens ſic ſtatuit Aqui-
nas Magiſter: Petrus autem Bleſenſis clariſſimè docuit, quòd Epiſcopus ſacrorum
bonorum *non dominus, ſed tutor eſt, vt miſereatur, & commodet ad vſus egeno-*
rum, tanquam teſtamentarius diſpenſator.

Quin Sanctorum omnium Anteſignanus & Parens ſuos adminiſtros fidoſque C
prudenteſque famulos nos appellat, aliiſque Prælatos & maiores, vt ſuum gre-
gem cuſtodiamus & aptis paſcuis nutriamus, *Quis putas eſt fidelis ſeruus & pru-*
Matt 24. 25 *dens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tem-*
poris menſura?

Hæc autem fides non tantùm in eo ſita eſt, vt ſpiritalibus dapibus traditos no-
bis populos recreemus, ſed corporis etiam paſcuis ſacrorum redditruum partem
eis impertientes: illud mentibus noſtris adhæreat velim, haud quaquam nos pri-
uato noſtro commodo ad tantum Sacerdotium fuiſſe euectos, non ad noſtræ do-
mus luxum, aut conſanguineorum opulentiam noſtræ ſponſæ dotem excepiſſe;
ſumptibus neceſſarijs contenti, connubij initi onera ſubſtinentes, pauperibus tan-
quam filijs, quod ex opibus supereſt, fideliſſimè impertire tenemur: ad quam ſen-
Orig. in 2. Corin. 6. num. 14. tentiam doctiſſimus Origenes ait. *Secundum ſimplicem intellectum multis opus ha-*
bemus, vt fideles ſimus pariter, & prudentes ad diſpenſandum Eccleſiæ redditus: fi-
deles quidem, vt non deuoremus, quæ ſunt viduarum, & memores ſimus pauperum: D
prudentes, ne amplius quæramus cibo ſimplici & neceſſarijs veſtimentis, & ne am-
plius teneamus nobis, quam demus eſurientibus fratribus. Victus hic & veſtitus no-
mine intelligendum omne id eſt, quod ad noſtræ dignitatis decus, iuxtà prouin-
ciarum vſus & temporum vices neceſſarium videtur: neceſſitatem autem hanc
non prophanis legibus, at Chriſtianâ pietate metiri debemus, eâque temperan-
tiâ, quam Tridentina Synodus ſapientiſſimè præſcripſit; in hoc etiam diuino ſpi-
Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor c. 1. apud Card. Lug. de iuſtit. diſp 4. n. 4 a n. 52. in e 31. ſup. ead parte. ritu afflati Patres, Carthaginenſis Synodi veſtigijs inhærentes, normam appoſue-
re, iuxta quam ſumptus noſtræ dignitati congruos è ſacris bonis faciendos mo-
deraturi ſumus, nec enim, vt ipſi ſtatuunt, ſolum præcipitur, *vt Epiſcopi modeſta*
ſupellectili, & menſa, ac frugali victu contenti ſint: verum etiam (in curruum,
equorum, & lecticarum numero) *in reliquo vitæ genere, ac tota eorum domo ca-*
ueant, ne quid appareat, quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum, quodque ſimplici-
tatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum non præſeferat: quâ de re ſatis ſupe-
rius

riùs ſcripſimus; nec me latet, quàm faciles hac in re grauiſſima fuerint recen-
A tioris Theologiæ Magiſtri, quos in decretoriâ mortis horâ ad Sanctuarij lancem omnia metientes alia forſan tenebit opinio: nec longè a Synodi mente Diui Chryſoſtomi ſententia diſcedit, cui cordi erat, vt Epiſcopi, ad mentem ſuam à terrenis iſtis & ſæcularibus rebus auertendam & auellendam, victui tantum & veſtitui congrua poſſiderent. *Ego Eccleſia Præſules, audenter dixerim, nil præter victum, & veſtitum habere oportere, ne ad iſta trahantur deſiderio.*

D.Chriſoſ. ho.15. in p. Tim. to.4.

Quæ omnia in ſuperiùs memorato Canone Sancti Apoſtoli explicarunt. *Ex his autem, quibus Epiſcopus indiget (ſi tamen indiget) ad ſuas neceſſitates, & peregrinorum fratrum, ità ipſe percipiat, vt nihil ei poſſit omnino deeſſe;* quod ipſum poſtea Antiochena Synodus confirmauit.

Can. Apoſ. 41. rel. in c. ex his 12. 12. q. p. Conc. Antioch. c.25. c opiſc. 23. 12.q.1.

Expendenda ſingulariter ſunt ea verba (*ſi tamen indiget*): validiora enim ſunt quàm ſonent, vt ait Gloſſa; quod ſcilicet, ſi Lyturgi, ſacriſque addicti viri paterna bona poſſederint, quibus commodè vtantur, abſtinere vtique debenr a ſa-
B cris redditibus impendendis: concordes hac in opinione ſunt Diuus Auguſtinus ad Bonifacium ſcribens, Diuus Hyeronimus, & Diuus Proſper, quorum verba ſacri Canones recitant: hæc nihilominùs opinio, plures licet habeat ſectatores, aliorum tamen Theologorum ſuffragio aſpera nimis & rigida videtur, nec leuem animis religionem inijcere.

D.Aug.ep. 50. rel. in c. fin. 12. c. 1. Cler 6.&c. Paſt. 7. t. q. 2 vtriuſque ſent ſectatores l. 2. concil. c. 2. dub. 44. Card. de Lug. de red dit. eccleſ. diſp. 4 ſec. 3 dub. 5.

Opportunè ad hanc rem ea verba Iſaiæ Diuus Hyeronimus explicans, *Rapina pauperis in domo veſtra*, docet huiuſmodi rapinam pauperum, in eorum Præſulum domibus reperiri, qui pauperum ſubſidium deſpicientes, redditus ſacros aggerunt vel ad delitias comparandas, vel ad ſe conſanguineoſque ditandos: rapinam item & ſacrilegium Diuus Bernardus pronunciauit, ſi non ad pauperum opes, at ad noſtra commoda diuitias ſeruauerimus, vitæ noſtræ ſuperfluas. *Denique quicquid præter neceſſarium victum & ſimplicem veſtitum de Altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt*; alias etiam de eadem re ſcribens ait, *Porro facultates Eccleſiarum ſunt patrimonium pauperum, & ſacrilega crudelitate illis diripitur quicquid diſpenſatores, non domini, vltra victum & veſtitum ſibi accipiunt*: ad
C quam eandem mentem horrendum illud Iſaiæ effatum accommodauit idem Aſceta ſanctiſſimus: *In terra Sanctorum iniqua geſſit; & non videbit gloriam Domini*; Epiſcopi ſiquidem aliique omnes Lythurgi ſibi ea adſcribentes, quæ ibi ſuperflua ad pauperum ſolatium deſignantur, impij ſunt, & ſacrilegio quodam impiè polluuntur.

Iſa. 3. 14. D Hier. ibi. D. Bern. in declam. Iſai. 26. 10. D. Bern ep 2. & ſer. 23. in canti.

Non è præcepto tantùm, quod poſitiuum vocant, hæc obligatio deriuatur, verùm etiam è naturali qua præſtamus ratione, eo quòd ea bona, quæ ad Deum referuntur, vtpoiè oblata eique à populis vel eius adminiſtris conceſſa, ad ſuorum veniam criminum obtinendam, ad vſus alios effundi non poſſunt, præterquam ad eos, quos piorum adminiſtrorum fides exigit, & Dei voluntas probat; nec diuerſa potuit ab hac eſſe Chriſtianæ Religionis mens, cum quartam illam partem Epiſcoporum vſui adſcripſit, niſi eius fidem in Chriſti patrimonio adminiſtrando damnare velimus, cum permittat, vt eius bona prophanos in vſus impendantur:
D ſanè Diuum Thomam ſecuti omnes alii Theologiæ Præceptores hoc aſſerunt.

S.Th quod lib 6 art 11 ad 4. Theol. apud Card. de Lug de iuſt. diſp. 4. ſect 2.

Meritò igitur conqueritur Diuus Bernardus, quòd cum ſæculi Proceres maximâ cum munificentiâ ſacras ædes erexerint, vt æternas Cæli ædes ſibi beatitatem fruituri coemerenr, ſplendidam hanc liberalitatem ſacri viri in ſui exitium vertant, adeò vt non tantùm nec illis, nec ſibi cæleſtem comparare beatitatem ſtudeant, ſed in terris degentes, *coniungant domum ad domum, & agro copulant agro*; in quos, vt Beatæ Brigittæ cæleſti voce ſignificauit Deus, querelas illorum animæ exacuunt, & vltionem efflagitant. Quid hic ego addiderim, eadem planè via ſacrorum virorum conſcientias obſtringere, è doctiſſimis Purpuratis, Turrecrematam, Iacobatium, & Albanum, præter Andream Barbatiam, alioſque Canonum Magiſtros, qui concordes docent, è ſacris cenſibus non ſibi diuitias congerendas, nec conſanguineos eis ditandos, ſed ex eis tantùm auxilium illud eis adminiſtrandum, quod eorum conditioni opportunum & neceſſarium æſtimatur.

Reu. S. Brigit. l. 3. c. 3. D. Ant. p. 3. tit. 21. c. 2. Turrec. l. 2. de Eccl. c. 16. Barb. de Card. p. 1. q. 4. & 11. & p. 3 q. 3. Iacob de Concl. l. p. ſol. 33. Alban de Card. q. 28.

Digitized by Google

§. II. A

AD alterum iàm accedamus oportet, in quo potiſſima grauisſimaque ratio innititur; cuius vi non tantùm Concilia,ſed diuinus idem Spiritus, non Epiſcopos duntaxat, ſed omnes eos,qui ſacris inaugurantur, ad cælibem vitam ſeruandam obſtringunt,ne ſcilicet filiorum amore detenti & abſtracti, Deo filiiſque quos ſpiritu genuerunt, eos præhabeant; adeò vt pauperum calamitates negligentes, in ditanda prole ſacris cenſibus toti ſtuderent; & licet è Sacerdotum penuria, quâ primigeniæ fidei ætas laborabat, illi pariter Sacerdotio donarentur, qui connubio adhuc premerentur, & filios numerarent, iuxta illam benignam Apoſtoli legem, *vnius vxoris virum filios habentem, ſubditos cum omni caſtitate:* nihilominus, quia adhuc Patris nomen ſeruabant, paternoque amore immodicè erga eos rapiebantur, Supremorum Pontificum vigilantiâ effectum eſt,vt à ſacris Ordinibus ij remouerentur: Hinc Eucharpo Meſſanenſi Antiſtiti præcepit Diui B
c. Catinen. 17 61. diſt. Gregorij Præceſſor Gelaſius, vt nullo modo pateretur eum ad Eccleſiam Catanenſem ſubmoueri, qui vel vxorem vel filios numeraret: & cum ad Syracuſanæ ſedis infulas Cethegi Patritii auctoritate ſuffultus, vxoratus quidam vir efferretur,validisſimè ad eum ab ijſdem repellendum idem Gelaſius obſtitit,ſed tempori poſteâ indulgens, ad incommoda grauiora euitanda, prudentiæ partes amplexus illi adhæſit, dummodò ſuorum bonorum apographâ prius perfectâ,ſponderet nul-
c. de Sirac. 13 28. diſt. li ſuorum conſanguineorum è ſacris bonis quidquam, nec ex eorum fructibus vel donandum,vel relinquendum.

Quin Iuſtinianus Cæſar religionis ſtudio falcem de ſuo more in res ſacras immittens, lege ad Conſtantinopolitanum Antiſtitem directâ, à ſacris eos quoſ-
Auth. quē ad oportet ep. 1. cumque amouit,qui vel filiis, vel Nepotibus inſtruerentur, eò quòd ex innato illorum amore facillimi hi ſint ad ſacra bona eis impertienda, quæ Deo tantùm & pauperibus eſſent adſcribenda.

Inualida hæc omnia, quis credat, munimenta fuere, ad ictus ſtygios retundendos, quibus piisſimi plerumque viri & ſapientiſſimi euertuntur: aliam tamen fraudem veluti verberationem muralem inuenit & diſpoſuit Dæmon non imparem, hoc eſt moderatum erga conſanguineos amorem; nimis namque illud verum eſt Gloſſæ acroama. *Cæci ſunt Epiſcopi ergà Nepotes.* Quàpropter ſapientiſſimè C
Hebr. 7. quicumque Epiſcopus ſe Sacerdotem eſſe cenſeat *ſecundum ordinem Melchiſedech*, nullam genealogiam agnoſcens; & teneram illam,quam quiſque ſortitur erga propinquos propenſionem generoſitate refrenans, & tanquam ſibi incongruam, ſuaque ſanctitate indignam excutiens, nuſquam patiatur, vt amoris vi, quâ fertur,in ſua à rectâ debitæ integritatis viâ deflectat. Noſtrum eſt,non temporaneas affinium res, at populorum ſpiritales excolere, non familiæ faſtum, at Eccleſiæ maieſtatem illuſtrare, non conſanguineorum auaritiem & ſuperbiam ſaginare, ſed pauperum famem expellere, non inter incerta & inania telluris & temporis ſpatia perituram nobis domum erigere, ſed æternam molem in Vrbe ſydereâ D
tollendam meditari.

Ne Dei legibus leges ſæculi præponantur, nullus in re ſacrâ conſanguineus eſt
Pſ. 50. Chriſ hom. Spiritu Sl tom. 5. habendus; hic certè Principis ſpiritus erat, quem, è Chryſoſtomi ſententia, Regius Pſaltes ardentiſſimè à Deo efflagitabat, *Spiritu principali confirma me.* Quis enim Principe & potiſſimùm ſacro dignior ſpiritus haberi poteſt, quàm ſemet dominari, ſanguinis propenſionem effringere, ſæculi leges delere, animumque à terrenis hiſce affectionibus depurare? nobis illud nunquam excidat, non vtique Eccleſiam ſua bona Epiſcopo commiſiſſe, vt propriam domum exornaret, & ampliori pompâ ſuum patrimonium amplificaret, vt inter rerum omnium affluentiam ſuperbiæ & faſtus irritamenta nepotes haberent, & inter delicias laſciuirent; at vt eam ſeruata & redditâ populis pietate fœcundaret, & pauperibus
Conc. Antioch. c. 15. c. epiſc. 23. 12 q. 2. omni ope deſtitutis ſolatio ſimul & auxilio eſſet: quàm seriò legem de hoc ſtatuerit Antiochena Synodus, excipe. *Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum habet poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes,qui indigent, cum ſummâ reuerentiâ & timore Dei;*

Dei; participet autem ipſe quibus indiget, ſi tamen indiget, tam in ſuis, quam in
A *fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur neceſſaryſ vſibus profuturis; vt in nullo qualibet* p.Tim.6.
accaſione fraudentur, iuxtà Sanctum Apoſtolum ſic dicentem (habentes victum, &
togumentum, his contenti ſumus) quod ſi contentus iſtis minimè fuerit, conuertat au-
tem res Eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius commoda, vel agrorum fructus non
cum Presbyterorum conſcientia, & Diaconorm pertractet: hæc eius ætatis conſue-
tudo erat, qua Parentis loco Antiſtitem Canonicorum Collegia habebant eique
fidem omnem omnemque obſeruantiam tanquam domino exhibebant & Sena-
torum inſtar ad eorum Concilium accerſebantur, *ſed horum poteſtatem domeſticis*
ſuis, aut propinquis, aut fratribus, filyſque committat, vt per huiuſmodi perſonas
occulte res lædantur Eccleſiæ; Synodus Prouincia pœnas iſte perſoluat.

Ad hanc mentem ea Ezechielis Vatis verba Diuus Hyeronimus refert, *Non* Ezech.c.46
accipiet Princeps de hæreditate populi per violentiam. Antiſtites hic cæleſti à Va-
te redargui Principeſque Chriſtianos Hyeronimus docet, qui ad ſui famulatum D.Hie.ibi.
& commoda traditas ipſis à Deo dignitates trahunt, mercenarias illas efficiunt,
B & ſæculi legibus ſanguiniſque amori ſubiiciunt: tùm demum hæc ſubdens ſtatuit:
Ergo qui ditior eſt Sacerdos, quicquid plus habuerit, non ſuis debet dare, ſed paupe-
ribus. Quæcumque conſanguineis erogas, pauperibus rapis; quo autem modo
ſit hoc intelligendum, in capite proximo leges.

Illud etiam nobis Diuus Bernardus inſinuat, diuinam eſſe voluntatem, vt qui D.Bern. in
ſeruit Altari, de bonis eius viuat, non tamen vt tenaciter ea congerat, vel vt ad declam.
pompam luxurietur, vel vt nepotum opes amplificet, nepteſque dote egregiâ col-
locet; ſacrilegium enim eſſe videtur, ſi pauperum bona diuitibus tradat, & pau-
perum homicidæ & carniſices in Pariſinâ Synodo appellati illi fuere, qui ſacris è
redditibus debita egenis alimenta denegantes, in alia eos abſumunt & deco- Conc.Pariſ.c.p in 2. tom.Conc.
quunt.

Id ipſum hoc eſt, de quo in Iſaiâ loquens ſonorè conquerebatur Deus, *Vi-* Iſai.c.22.
num tuum mixtum eſt aqua, omnes ſequuntur retributionem, vel vt Septuaginta
vertunt, *Caupones tui miſcent aquam vino; ſectatur vnuſquiſque domum ſuam:* Tui
C ſcilicet ò Romana Eccleſia, Præſules cum ſacri regiminis vino terrenarum rerum
aquam immiſcent, animarum lucrum cum diuitiarum lucro confundunt, ſæcu-
larem faſtum & luxum vnà cum ſanctâ dignitate coniungunt; habes hæc à Diuo
Ambroſio ſic eâ verba explicante. *Hoc increpat in eis, qui cum functionum diui-* Ambr. in
narum eſſent Præſules, ſectatores facti ſunt rerum humanarum; ſicut ipſe ait, ſecta- d.loc.
tur vnuſquiſque domum ſuam.

Profectò quàm meritò de ſacris illis viris conqueritur Deus, quorum improbi-
tate ſuum patrimonium nullâ eum fidelitate diſpergitur, quique vt villarum de-
licias moliantur, & patrimonia opulentiſſima nepotibus condant, vt inter gem-
mas effulgeant neptes & muliebri mundo turgidæ inſoleſcant, pauperes, in qui-
bus latet Chriſtus, deſpiciunt, & licet fame pereuntes reiectant, ſuaſque ſponſas
Eccleſias, laceras & obſoletas inter veſtes ſquallere patiuntur; quò ergà paupe-
res ſunt auariores, eò ergà nepotes profuſiores: quin vt liberè fateamur, ad ſuo-
D rum hoſtium beneficium, qui blanditiarum & aſſentationum armis patruorum
animas enecant, cælique beatitatem ijs furantur, qui peritura terræ commoda eis
ſubminiſtrant, adeò vt illud Regis Vatis vſurpare meritò poſſint, *Inimici hominis*
domeſtici eius; quorum ſimultas eò periculoſior eſt, quò magis familiaris & mi- Mich.7.6.
nùs vt euitetur obſeruata.

Vt compertum Diuo Bernardo fuit, Epiſcopum Altiſiodorenſem breui iam pe-
riturum, poſt tenue ad pauperum beneficium ſtatutum legatum, ingentem auri D. Bern.
vim & pretioſam ſupellectilem nepoti tanquam omnium ſuorum bonorum hære- ep. 276.
di reliquiſſe, ardore pijſſimo exæſtuans ad Eugenium Pontificem validiſſimè ſcri-
bens, adhortatus eum grauiſſimè eſt, vt eius teſtamentum inane & irritum face-
ret: cum ſibi nullus inducere ſuum in animum poſſit, rem adeò pernicioſam &
diſſonam fieri nunquam ab Epiſcopo potuiſſe, qui demens non fuerit, & humanæ
lumine rationis orbatus: *Quis vel ſæculariſſimus dixiſſet teſtamentum Sacerdotis?*
hæccine diſpoſitio hominis ſobry & ſpiritualis, illius qui omnia diiudicat, & ipſe à
nemine.

Digitized by Google

nemine iudicatur? à quo enim ſi ità remanſerit, ſiue in Cælo, ſiue in terrâ, iſte non iudicabitur? ſic ille; tùm ſubdit, Pontificis eſſe, Petri gladio incommoda illa A reſcindere, è Chriſtianæ fidei campo opprobrium illud euellere, monſtrum illud adeo deforme & horrendum præfocare, communemque acerbitatem extinguere, defunctique Epiſcopi amicos conſolari, qui eò magis pius, & benignus eſſet, quo in nepotes videretur eſſe crudelior. Proh Deus! quàm diuerſo lumine res eadem ſanctis à viris inſpicitur, ac à ſæculi amatoribus!

Quapropter vt tam immania euitentur pericula, & vt validiùs in immodicum erga conſanguineos amorem nos obarmare poſſimus, probatiſſimum mihi ſemper fuit, quod penes Cardinalem Paleottum, viri ſapientiſſimi ſtatuerunt, vt ſcilicet conſanguineos ſuos à ſe Epiſcopi prorſus amoueant. Deus immortalis! quàm demens inſanuſque fuerit, qui beatitatis æternitatem, animæque ſalutem in diſcrimen velit adducere, vt perituræ huius vitæ commoda fruenda alijs ſubminiſtret.

Quod ſi aliquis hæc mihi docenti obuius fiat, aſſeratque ſi tam rigida minutaque lance hæc perpendantur, nullum fore, qui tam perículoſo, graui, moleſtoque B pondere ſuccumbere voluerit; Cyrenenſis Antiſtes ſapientiſſimus Syneſius reſpondebit, auaris adminiſtris Deum non indigere, nullumque periculum ei fore; quin alios ſortiatur, qui voluntario obſequio ſe illi dedant, nullaque rerum terrenarum mercede ſtatuta, cæleſtia tantùm pręmia anhelantes, ſe tam illuſtri ſer-
Sineſ. ep 3. uituti deuoueant. *Non mancam virtutem fecit Deus, non illa ſocietate nequitiæ indiget. Non Deo milites deerunt, & Eccleſijs idonei; commilitones inuenies hic quidem mercedis expertes, ſed in Cęlis plenâ mercede donandos.* Hæc tamen, quæ rigidiuſculè dicta videntur forſan alicui, proximè in ſequenti capite placet emollire.

Eadem res agitur, moduſque aperitur, quo ſine noxà poſsint conſanguineis ſacri redditus impertiri. Cap. XLVIII. C

TAM valida vis amoris eſt, quo ad ſuæ familiæ nomen amplificandum humanus animus æſtuat, & poſteritati viuere concupiſcit, vt ipſimet ſapientum oculi luce hac infœliciter obruantur; neque ex his illi deſunt, qui conſcientiæ ſuæ blandientes ſpecioſas rationes expiſcātur, quibus incumbant; duas ex his proferre hic mihi videtur: harum altera in natura ipſâ fundatur, quæ ſimul nobiſcum enaſcens, ad noſtri ſanguinis amorem nos obſtringit eiſque noſtra bona impertienda: huius quidem legis vi, mitiſſimus cæteroquin Abraham, in belligeros æſtus exarſit, vt Reges quatuor valido milite ſtipatos inuaderet, nepotem ſuum bello captiuum è poteſtate hoſtium erepturus.

Ad huiuſmodi item amorem ſcripta eadem lex cæleſtibus illis verbis impellit, D
Iſai. 58.7. *Carnem tuam ne deſpexeris; Domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris*, vt legit Diuus Chryſoſtomus, qui præceptum hoc diuinum eſſe aſſerit, & à fide ipſâ ferè deficere, qui deficit in eo ſequendo. *Quomodo? quia Deum ſe verbis ſcire confitetur; factis*
Chriſoſt. ho. 14. in p. ad Tim. *autem negat: quid enim præcipit is, cui credimus Deus? Domeſtices ſeminis tui ne deſpexeris.*

Demùm lex ipſa Euangelica ad hoc idem conſpirauit, adeò vt Apoſtolus ad quendam Epiſcopum ſcribens aſſeruerit, non tantùm fidei hoſtem videri conſanguineorum contemptorem, ſed ipſiſmet Ethnicis nequiorem. *Qui ſuorum maxi-*
p. Tim 5.8. *mè domeſticorum curam non habeat, fidem negauit, & eſt infideli deterior.* Ethnicus ſiquidem in exteros quidem ſęuit & ferocit, at benignus, & pius erga ſuos eſt; neque amorem hunc intra eos limites aliquis claudat, quibus non temporanea
D. Chriſo. vbi ſup. hæc, ſed æterna, & cæleſtia bona ſint eis impertienda; accipe Chryſoſtomum: *Cura nomen prouidentiam animæ, corporiſque ſignificat: hæc enim cura eſt.*

eſt. Qui verò ſuorùm, & maximè domeſticorum, hoc eſt genere ad ſe pertinentium A *curam non habet, infideli, inquit, deterior eſt: nam ſi quis propinquos genere, atque affinitate coniunctos aſpernatur, quo pacto erit in alienos clemens? nonne vanitatè iudicio omnium erit obnoxius, ſi alienos beneficijs fouens, propinquos ſua immanitate deſpiciat? eſt, inquit, infideli deterior, quia ille etſi alienos deſpicit, propinquos tamen nequaquam aſpernatur.* Hinc Magiſter pijsſimus ſtatuit, ſanguinis nexus inter hominis decretos à Deo fuiſſe, vt mutuâ quadam beneuolentiâ ſibi inuicem opitulentur, & reciprocis vtrimque beneficijs amorem foueant.

Ratio altera in eo verſatur, quòd licet ante bonorum diuiſionem, de qua ſuperius egimus, adminiſtri tantùm & diſpenſatores Epiſcopi eorum fuerint, quæ ad honeſtam eorum vitam ſupererant, adhuc tamen, quartâ eorum parte illis adſcripta, fructuum poſſeſſores liberi ſunt, eoſque ad arbitrium licet effundere.

Iam vt propoſitam primam rationem labefactem, ſolidisſimum illud è Theologia placet aſſumere, à Gratia ſcilicet non deſtrui, ſed perfici naturam; amandos quidem ſacris à viris affines, at ſanctè, non ſordidè, neque ſanguinis vim elimina- B ri, ſed exuperantiam extingui.

Ad ſecundam itidem euertendam, illis omisſis, quibus acerrimè hac in re Nauarrus & Sarmientus digladiantur, ſatis illud mihi ſit in præſenti, ex allatis ſuperiùs rationibus & ſententijs abundè illud haberi, quod ſcilicet quarta bonorum portio, tùm ad Clerum, tùm ad Epiſcopum, cum eo ſimul onere tranſiuit, vt quod ex ea reliquum erat, pauperibus & peregrinantibus erogaretur; quod etiam eò validiùs eſt, quod nunc, vel temporis edacitate, vel hominum ingluuie, ea, quæ ad pauperum beneficium deſignata fuerat, prorſus euanuit; & in ea ſententiâ Sotus fuit, cui poſtea doctisſimi viri adhæſere, quod licet verum aliquo modò non ſit, Epiſcopum ſuæ quartæ partis diſpenſatorem non eſſe, adhuc quamuis ad reſtitutionem faciendam non teneatur, eo quòd iuſtitiæ leges non violauerit, mortali tamen noxâ inquinari, è violata charitate, ſi, quod reliquum eius habet, pauperibus denegarit; quam ſententiam arctè adeò complexus fuit vir grauisſimus, vt abſtinere non potuerit, quin contrariæ ſugillaret, tanquam *Sacræ* C Scripturæ, bonis moribus, & veritati aduerſanti. His tamen prætermisſis, illud occurrit, validius nullum & acutius è ſtygio armamentario depromptũ telum Luthero fuiſſe, quo Romanæ Religionis integritatem iugularet, quàm offenſionem, qua omnes premebantur, ſacros viros & Præſules inſpicientes, validisſimè laborantes in nepotum amplitudine & opulentia ſtatuendâ: hoc ſemper illis, eiuſque aſſeclis in promptu erat, quod Catholicis viris obiurgarent, & ad Romanæ fidei venuſtatem deturpandam, corruptelam hanc ſpecioſisſimis verborum phaleris exornabant; Europæ totius aures moloſſi iſti his latratibus obtundebant, dum Maximus Pontifex & ſacra Synodus Tridentina, ad nequisſimos eorum errores euertendos, ſanctiſſimaque dogmata ſtatuenda laborioſiſſimè deſudabant: quapropter ſapientisſimi illi Patres, poſt egregiè tùm Canonum tùm Theologiæ Magiſtrorum diſcuſſa librataque ſuffragia, diuino Spiritu afflati, antiquas hac in re leges moderatione aliqua adhibitâ reſtaurarunt: Canonem hic proferam, cuius verbis vtraque ſuperiùs allata ratio eneruatur. *Omninò verò eis (Epiſcopis) in-* D *terdicit, ne ex redditibus Eccleſia conſanguineos familiareſque ſuos augere ſtudeant; cum & Apoſtolorum Canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dee ſunt, conſanguineis donent; ſed ſi pauperes ſint, ijs, vt pauperibus diſtribuant; eas autem non diſtrahant, nec diſſipent eorum cauſa: immò quam maximè poteſt eos ſancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, & nepotes, propinquoſque carnis affectum, unde multorum malorum in Eccleſia Seminarium extat, penitus deponant.* Vt autem nullus arbitraretur, Epiſcopos tantùm renouatâ hac lege fuiſſe percuſſos, ea moxſubdiderunt. *Quæ verò de Epiſcopis dicta ſunt, eadem non ſolùm in quibuſcumque beneficia Eccleſiaſtica, tam ſecularia, quam regularia obtinentibus pro gradus ſui conditione obſeruari, ſed et ad Sancta Romana Eccleſiæ Cardinales pertinere decernit:* eò enim eſſe alijs ſanctiores decet, quò cæteris coloribus pretioſior eſt purpureus, quo ambiuntur, nec titulo tantùm, at meritis, cæteris omnibus eminent.

Nauar. & Sarmient. de redd. Eccl. V. Caual. com. contra com q. 388 Et Lug de iuſt. & de red. eccl. q. 4.

Conc Trid ſeſ. 25. de refor. c. 1.

Nequaquam igitur Præſules prohibentur, ne conſanguineorum egeſtati ſub-
ucpiant, eorumque neceſſitati medeantur: quin conceditur, vt ſi verè pauperes A
fuerint, eorum inopia erigatur: *ſed ſi pauperes ſint, vt pauperibus diſtribuant.*
Illud etiam addiderim, quod *cæteris paribus*, ſacri viri cæteris alijs pauperibus
D.Tho.2.8 conſanguineos pauperes præferre poſſunt, immò debent, iuxtà Aquinatis Ma-
q 26 ar.8. giſtri doctrinam omnium calculo comprobatam; quæ proxima magis ſunt, vali-
diùs & potentiùs Sol illuſtrat & fouet; ſanguinis nexus character quidam eſt, qui
vbique ſplendeſcit; diſertiſſimus Rhetor eſt, quo ad eos alijs præhabendos ex-
citamur; eorum paupertati quidem conſulamus non amore, ſed egeſtate docen-
te, non luxu, ſed temperantia ducente; Charitatis lege tenemur, vt neceſſaria
conſanguineis nō deſint: ad totius vniuerſi Principatum prophanus amor conatur
illos efferre; extrema ſemper vitium quærit & angulos; cum virtus è contrà ſem-
per in medio & medioeritate verſetur; venuſtiſſimè hanc nobis temperantiam
Diuus Ambroſius adſcribit hoc ſtylo. *Eſt etiam probanda liberalitas, vt proxi-
mos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas: melius eſt enim vt ipſe ſubueniat* B
D.Amb.l.1 *tuis, quibus pudor eſt, ab aliis ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium ne-*
off. c 30. *ceſſitatis: non tamen vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu poſſis conferre inopibus.*
Lesbiam normam non hic habes, qua ſæculi pompa foueatur, at Sanctuarij li-
bellam, ne in re ſatis lubricâ decipiaris; audi iam allatam ab eo rationem, *cauſa
enim præſtat. non gratia*; non amore, at neceſſitate dona illa probantur; ſi paupe-
ribus deneges, quæ conſanguineis es conceſſurus, non opum ſiti, ſed defectu per-
ficias. Si hæc Lythurgis minoribus Ambroſius pronunciauit, quid porrò Epiſco-
pis dixerit, quos ad aliorum ideam & lucem in tam excelſo Deus faſtigio collo-
cauit? hi ſanè in conſanguineis locupletandis, aduersâ, quàm par eſt, via proce-
dunt, ſuumque finem non quærunt, at fugiunt; quid enim? populorum moribus
temperandis operam ille dederit, qui totà contentione facultatibus aggerendis in-
cumbat? à gregis ſui cogitatione ſe auertens ad ſanguinis ſui diuitias totus con-
uertetur, cum fieri non valeat, vt terrenis obrutus & obſtructus animus, cæleſti-
bus pateat, diuinis voluptatibus fruiturus. *Neque enim propterea te Domino dica-* C
*ſti, vt tuos diuites facias, ſed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, &
pretio miſerationis peccata redimas tua*: rurſus Ambroſium dedi.
Miſerrimus annon Antiſtes ille eſt, qui vt alijs futilia commoda moliatur &
condat, æternas ſibi delicias euertit & arefacit; vt poſteri luxu faſtuque inſoleſ-
cant, æternis ſe ſupplicijs addicit; vt domum erigat, in ima Tartari præcipitem
animam agit: exiguum quid nepotibus videtur, cum ſacros cenſus expoſcunt, ſed
re verâ, magnum, maximum & omnium pretioſiſſimum, patrimonium pauperum in
quibus Chriſti imago eſt, petunt; quidquid auri Tagi arenis immiſcetur, quidquid
gemmarum Erithræis vadis obuoluitur, ea quæ poſcunt, compenſare non poſſunt;
vix credas, Patrui ipſam animam poſcunt, eodemque ſimul tempore, quo diuitias
ab illo comparare ſibi conantur, in eum æterna infortunia moliuntur; do iterùm
concinna Ambroſij verba. *Putant ſe parum poſcere? pretium tuum quærunt, vitæ
tuæ fructum adimere contendunt. Et accuſant, quod eum diuitem non feceris, cum
te ille velit æternæ vitæ fraudare mercede?* an non effuſiſſimo Hyeremiæ fletu ex-
cipiendus ille erit, qui vt alios iuuet, ſe ipſum perdit, vt aliis beneficus exiſtat,
ſui ipſius proditor & carnifex eſt?
Quia tamen in longè diuerſa Theologi abeunt, vt ſtatuant, an liceat tantùm
Epiſcopo conſanguineis, iuxtà eorum præſentem ſtatum opitulari; an è ſordibus,
& è puluere eos excitare reſidua ſuâ parſimoniâ collecta eis impertientes, & po-
tiſſimum cum ſuæ dignitatis ratione illuſtriorem vitæ rationem induere tenentur:
illud mihi tantùm ſeriò hæc meditanti occurrit, imparem hic locum haberi, ad
tam implexa arduaque enodanda, nec illis vltrò unquam irretiri libuit, cum
ſemper illud animo meo hæſerit, ne obulum quidem è ſacris cenſibus in meam
domum deriuare. Cenſeo nihilominus poſſe vtique Epiſcopos conſanguineis ſuis
præſtò eſſe, non quoad ea tantum quæ illis neceſſaria ſunt, ſed quoad ea pariter,
quæ ad eorum gradum & dignitatem referuntur: hac tamen in re caueat ſibi vnuſ-
quiſque, ſuoſque mores ita componat, vt in eorum auxilio potius deficiat, & ſe
ab

Digitized by Google

ab æterni interitus periculis auerrat, omnes amoueat offenſiones, ſacrorum Ca-
A nonum & Conciliorum mentem aſſequatur, exempla deniq; imitetur Sanctiſſimorum Antiſtitum, quorum pietas commendatiſſima omnibus fuit. Qui autem tenuis & paruus erga conſanguineos erit, eorum etiam diuitias tutiores, & certiores efficiet;ſi alicui paradoxon hoc videatur,tum vetuſta,tũ recentia ſæculorum monumẽta reuoluens,inueniet ingenti cum odio eos Deum auerſari, qui ad conſanguineorum opes augendas ſtuduere, & miſerrimo plerumq; exitu eorum conatus extinxiſſe; quandoquidem vix ad tertium hæredem illa delabuntur: quia frequentiſſimè permittit, vt eoſdem, ad quos locupletandos inſudauit Epiſcopus, calamitates adeò anguſtæ premant, vt pœnitentiæ locum ipſi dederint de præhabitis Chriſti pauperibus ſuis conſanguineis: quàpropter in eos eandem torquet obiurgationem, qua olim Sacerdotem Heli arguit. *Honoraſti filios tuos magis,quàm me vt comederetis primitias omnis ſacrificij populi mei*. Quapropter fit, vt quò validiùs ſuas familias tam futili fundamento à ſe condiras crediderint, eò magis in earum 1. Reg. 2. 29.
B euerſione cælum rideat,eorumque conamenta reddat inania. *Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos*. Innumeris ad hanc rem prætermiſsis exemplis miſerandâ cataſtrophe illuſtribus,vnum tantùm proferre libet Purpurati Baronii ſuffragio communitum, de duobus Diui Cyrilli Alexandrini Nepotibus, qui licet coactè & circumſpectè in re tantâ incederet, adhùc tamen Dei voluntatem non expleuit: hinc quid de illis expectandum ſit colligatur, qui ab illuſtri Cyrilli integritate diſcordant. Pſ. 2. 4.

Athanaſium & Paulum Diui Cyrilli ex ſorore nepotes acerrimè inſectabatur Dioſcorus eius ſucceſſor Homi Conſulis patrocinio ſuffultus (quamuis Diuus Cyrillus opulentiſsima legata ſuo ſucceſſori reliquerit, eo animo, vt non tantùm in ſuos conſanguineos acerbus non eſſet, at ſuâ eos beneuolentiâ & poteſtate tueretur) adeò vt inter ærumnas & vincula Paulus accumberet; Athanaſius verò eò calamitatis deuenit, vt extremis neceſſitatibus actus Sacerdotium abdicare coactus fuerit, & Conſuli centum quadraginta auri libras exoluere, poſtquam priùs ingentem etiam ſummam,tùm ſuis ſororibus, tùm Pauli vxori viduæ exſoluiſſet; Bar. an. 445
C cauſam in eum agentes erant diuitiæ: perbreui, quæ de ſacris cenſibus deuorarunt, euomuerunt, & quæ Patrui nimiâ fortè indulgentiâ tot annorum curſu collegerant, citiſsime eiectarunt, & quæ non paucis pauperibus rapuerunt, vni diuiti non ſine cruciatu reddidere. Quàm frequens noſtra hac ætate antiquum hoc euentum eſt, ait Baronius: innumera enim infortunia ſunt, quibus iuſtè vel iniuſtè Antiſtitum opulenti conſanguinei obſidentur.

De eodem agitur, aliaque quinque incommoda, quæ ex immodico conſanguineorum amore emanant, euitanda Epiſcopis exhibentur. Cap. IL.

D

PROPHANVM amorem facibus & ſagittis ad Sacerdotalem animum inuadendum obarmatum, facilè repellunt & fugant præſidiariæ virtutes,pennisque deplumatum & iaculis exarmatum relinquunt: verùm ſi vultu blandus & inermis, specie pietatem præferens Epiſcopum aggrediatur, quot dolos ſtruit, quas nectit inſidias, quas fraudes exacuit? ipſammet pietatem euertit, & iniuſtam iuſtitiam facit: nec enim in pauperum reique sacræ perniciem prouentus ſacros ab Epiſcopis conſanguinei poſcunt (vt ſuperiùs oſtendimus): ſed illud etiam agunt, vt iiſdem nos irretiant negocijs, quibus ipſi implicantur, vt ſe faciant tegiminis noſtri participes & conſortes, omnia quæcumque petierint extorquentes, vt in eos vacua Sacerdotia conferantur, ipſaque eadem thiara Epiſcopalis eorum capiti imponatur, demùm vt noxæ & crimina, quibus ſcatent, impunè

omittantur, & ſilentio obtegantur. In hæc quinque incommoda velut in bellicas machinas præſens Caput inſtituimus, vt ea deſtruamus. A

Vt à primo ordiamur; ſi quis ſeriò perpenderet, Epiſcopalem thiaram in virtutis pondere firmari, non ad ſanguinis deſtinari faſtigium; ſatis vtique eſſent, Imò etiam ſuperflua, quæ in huius partis trigeſimo tertio capite diſſeruimus; quid enim aliena negotia perficienda ſuſcipiamus, cum vix noſtra nobis peragenda relinquantur? vt tamen aliquid enucleatiùs proferam, quandoquidem *omnis*
Matt. 8.11. *Chriſti actio, noſtra eſt inſtitutio*, duo tantùm hic ego conſideranda complector Chriſti Seruatoris facinora. Ad eius premenda veſtigia ſe ei quidam adoleſcens committens, illudque prius efflagitans, vt extinctum parentem ſepulturæ
Luc.9.60. concederet, vocem illam ab eo recepit. *Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos*. Leuiſſimè hoc contemplanti peracerba reſponſio videbitur, cum enim ad ea præcepta, quæ ad ſui cultum referuntur, nullum Deus blandimentum nullamque præmiorum promiſſionem adhibuerit, quam tamen adhibuit ad illud mandatum, quo erga genitores obſeruantiam & pietatem imperabat, anno-
Exod. 20. 12. rum theſauros aperiens, *vt benè tibi ſit, & ſis longæuus ſuper terram*: quid eſt quod in præſenti ab extremo paterni funeris officio barbaris ipſis exercito, filium auertat & repellat? vt ſalutare documentum hinc haurias, non ſactis tantùm perutile, ſed ijs omnibus maximè proficuum, qui diuino obſequio ſe arctiori quodam nexu mancipare ſtatuerunt, et cortice omiſſo, medullam veritatis inueſtiges; hoc autem eſt, ne ſcilicet ſæcularibus negocijs implicéris, cùm tam religioſæ charitatis miniſterium huic denegetur. Quàm pium, quàm humanum eſt ſuo genitori parentare; ſed quia alia ſecum negocia munus hoc pertrahebat, nimirum vel teſtamenti executionem, vel diuiſionem bonorum, vel aliam quancumque rem, quà conceptus ille feruor obtepeſceret, & à diuinis operibus mens auocaretur, ab huiuſmodi munere repellitur, iubeturque ſæcularibus hoc præſtandum, qui eò magis ſæculo viuunt, quò magis ad cæleſtia perierunt. *Paterni funeris ſepul-*
D. Amb in Luc.c 9. *tura prohibetur, vt intelligatur humana poſthabenda diuinis: bonum ſtudium; ſed maius impedimentum; nam qui partitur ſtudium, deriuat affectum: qui diuidit curam, differt profectum; ergo priùs abhorrenda quæ maxima ſunt*. ſic Ambroſius. C

Eodem ferè tempore diuinum alter Magiſtrum adijt, vt ſuis eum diſcipulis adnumeraret; ſed facultatem priùs petijt, vt ad conſanguineos accedens, bona ſua illis renunciaret, vel, vt Diuo Auguſtino probatur, vt certiores de ſua mente eos faciens, ab omni eos ſollicitudine abſolueret, quà forſan angerentur, ſi quid de ſe foret, ignorarent. *Sequar te Domine; ſed permitte mihi priùs renunciare*
Luc.9 61. D. Auguſt. ſerm.7. de verb. Dom. *his, quæ domi ſunt*. *Renunciare*, explicat Auguſtinus: *id eſt certiores facere, ne ambiguitate premerentur, ignorantes quid de eo actum eſſet*: inexpectatam hic reſponſionem excepit: *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus*
Luc.7.61. *eſt Regno Dei*. Quicumque Epiſcopalis regiminis aratrum tractandum ſuſcepit; ineptus ad illud eſt, ſi ad prophanas & ſæculares curas, ad affinium negotia pietatis & honeſti ſpeciem præferens, cogitationem conuertens, à ſulcorum rectitudine deficiat, multiſque ambagibus irretitus, & perplexis rebus præpeditus, paſtorale officium negligat aliò intentus; quin cum ſe breui tantùm negocio, & fœliciter expediendo implicitum credet, tunc alijs pullulantibus fortiùs irretietur, D nec viam inueniet, quà, clauâ Herculis deſtitutus, tot capitum fœcundam Hydram
Sen. ep.7. obtruncet; debes hæc Senecæ acutiſſimè de ſuo more philoſophanti. *Non debemus occupationibus indulgere; excludendæ ſunt; ſi ſemel intrò veniant, in locum ſuum alias ſubſtituent: principijs illarum obſtemus, meliùs non incipient, quam deſiſtent*.

Iam ad ſecundum accedamus, quod in eo verſatur, vt noſtri regiminis in partem nunquam eos aduocemus, nec eos pro alijs deprecatores excipiamus; pro comperto enim eſt, ad rem ſuam augendam ſemper illos intendere, & ad propriam vtilitatem, quæ publico commodo ſemper eſt poſthabenda, eorum cogitationem collimare: raró patrocinium ſuum illis præſtabunt, qui priùs eorum beneuolentiam vel muneribus, vel promiſſionibus, vel obſequijs non captauerint; quâ viâ venalia omnia ſacra fieri quis non videat? præterquàm quòd, cum

res

res etiam æquiſſimas à Præſule poſtulare crediderint, decipientur, & ingentem
A materiem alijs præſtabunt, vt Antiſtitem proſcindant & obiurgent.

Elegantiſſimum & maximè opportunum illud eſt, quod olim Themiſtocles
Athenarum Princeps pronunciauit: ſemet ipſe de immani crimine damnauit con-
ſcientiæ vi cogente: Videas precor (ſic ipſe) vt demens ipſe ſim; certiſſimum
mihi eſt, quám facilè ad mei ſerui arbitrium vxor mea circumducatur; me ipſa ſuo
conſilio dominatur, Athenas ego dominor, ſeruus ergò meus dominatur Athe-
nas. *Vxorem puer meus regit, uxor me, ego Athenas regit: ſic Athenas puer meus.* qui
ergo ex Epiſcopis vel germani vel nepotis deprecantis precibus indulgeret, pro Themiſt.
certo vtique habere poteſt, cum ſoli ſuæ vtilitati ſeruire, atque adeò commodum
ipſum in ſuæ ſedis dominium adducere.

Honeſtum quid & æquitati conſonum id videbatur, quod à Rege filio Berſa- 3. Reg. 2.
bea poſcebat pro Adonia priuigno deprecans, vt Abiſai connubio iungeretur:
quin ſingularem hanc fore rationem ipſa cenſebat, quà cum Principem cogeret,
B vt minoris fratris Principatum æquè pateretur; verum non perpendebat perni-
cioſo hoc amore, ſe in ipſum Salomonem filium conſpirare, & Adoniæ ambi-
tionem fouere; vt enim Lyranus obſeruat. *Illa* (Abiſai) *fuerat vxor Dauid, &* Liran. ibid.
per conſequens Regina, & ſic per eum habebat viam veniendi ad Regnum per auxi-
lium Ioab, & Abiatar, & aliorum ſibi fauentium.

Quid ſanè honeſtius, quàm vt ad Seruatori Domino miniſtrandas dapes, auxi-
liares labores Magdalena Marthæ ſorori conferret? & tamen petitionem huiuſ- Luc. 16.
modi vt imprudentem excepit, reiecitque Seruator.

Tanti documentum hoc faciendum eſt, quanti æterna beatitas; è Cæli enim
oraculo edocemur, præcipitem vndique & confragoſam Cæli viam Epiſcopis eſſe,
ſi conſanguineorum in ſe dominium patiantur. *Si mei, non fuerint dominati tunc,*
non alio tempore, *tunc immaculatus*, vel vt ex Hebræa radice habetur, *integer* Pſ. 15.
vel perfectus ero; & emundabor à delicto maximo. Conſanguineorum genio indul-
gere ſeminarium errorum eſt, & multa ſimul velut in catenam conformata cri-
mina adducens crimen.

C

§. I.

TERTIVM hic nos manet conſiderandum, in quod euolutis ſæculis non
rarò impegerunt Antiſtites, ſacerdotia plurima, ſacroſque titulos in ne-
potes congerentes, nullâ adhibitâ ad eorum aptitudinem conſideratione, ac ſi
vnius ſanguinis vi quæcumque idoneitas in eos deriuetur, & quibuſcumque alijs
redderentur præſtantiores, qui cæteroquin vel eruditione vel pietate ſunt ſpecta-
tiſſimi; Sacerdotia iſti eo pretio habent, quo apud terrenos Duces ſtipendia ſunt
ad saginandas familias inuenta, iuxtà illud Hyeronimi: *Affinibus & cognatis quaſi* D. Hier. in
terrena militia officia largiuntur. ep. ad Tit. p.

Non ſine gemitu pronunciauit Diuus Bernardus Epiſcopum aliquem dari, *in* D. Bern. in
D *quo tota ſit Epiſcopatu progenies*, dum Sacerdotia omnia, quæ deinceps vacabant, declam.
nunc in nepotes, nunc in affines effluebant: æternum certè in exitium deuolutus
Heli non eſſet, niſi flagitioſos filios Sacerdotio exornaſſet: ex hoc crimine in
aliud illud deflexit, quo eorum flagitia diſſimulanter excepit; at dum in vtroque
filiorum amorem obſequio diuino præhabuit, diuino ſupplicio factum eſt, vt tùm
Deo, tùm filijs priuaretur, miſerrimâque cataſtrophe vitam omnem abſolueret;
do Gregorii verba. *Filios quippe & propinquos magis quam Dominum honorat,* D Gregor.
qui ad ſacros ordines perſonas elegit, non ex conuerſationis honeſtate, ſed amore pro- in c. 3. Reg
pinquitatis: idcirco filij honorati referuntur, vt ſacrificij primitias ederent: quia car-
nales Prælati ſpiritualis honoris culmina carnalibus propinquis ideo tribuunt, vt
Eccleſiæ facultatibus ditentur, & in altitudine ordinis cumulentur abundantia vber-
tatis: nec curant quales ſunt, qui ad ſpirituale miniſterium veniant; ſed totum vt
temporali dignitati præferant, quos carnali affectione complectuntur.

Micheæ hos confert Lyranus, qui cum è Tribu Ephraim eſſet, à quà Sacerdo-
tium

tium excludebatur, vni Leuiticæ tribui adſcriptum, faſcino quodam paterni amoris afflatus, diuinâ lege contemptâ, ſuum filium Sacerdotalibus infulis decora- A
uit: Peracerbas eas voces, quibus olim alloqnutus Micheas Vates eſt, in huiuſmodi Hyerarchas Hugo Cardinalis euoluit. *Audite Printipes domus Iacob, & Iudices domus Iſrael, qui abominatis iudicium, & omnia recta peruertitis, qui adificatis Syon in conſanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate.* Facilè hinc credas, quod eâ ætate hic error valdè graſſaretur; quandnquidem ſubdit, *per hac omnis deſtruitur Eccleſia.* De hac tamen re fuſius in tertiâ parte nobis agetur, vbi qua ratione cæteris alijs prȩhabendi ſint Epiſcopis propinqui & nepotes, ſeriò inquiretur.

Vgo Card. in pſ. 82.

Mich. 3.

Multò longiùs à Dei voluntate adimplendâ diſtabunt ij, qui ardentiſſimo nepotum amore ſucceſi, vel eos ſibi ſucceſſores ex renunciatione facta, vel in ſuns coadiurores eligunt, hæreditario quodam iure Sanctuarij dona ſuas in domos euoluere contendentes, & *Sancta Sanctorum* ſucceſſione quadam in ſanguinem ſuum deriuantes; hoc enim eò periculoſiùs eſt, quò obcœcatior amor eſt, ne eorum vitia erroreſque agnoſcantur, & quò porentior eſt, vt eorum vitia coloret in B
virtutes. Quapropter non ſemel accidit, vt nepotem infulis donans Epiſcopus, non Paſtorem ſuis populis imponat, at lupum, ſponſique loco adulterum præficiat connubio animarum.

Immani quodam horrore perfundor, cum ſæuiſſimas imprecationes, quibus olim Dauidis ore Principes ſacros Deus percuſſir, cogitatione reuoluo. *Qui dixerunt, hareditate poſſideamus Sanctuarium Dei*, ideſt, qui iuxtà Diui Hyeronimi, Cardinalis Hugonis, aliorumque, ſacras dignitates æternare quodammodo ſua in domo contendunt, *Pone Principes eorum ſicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana.* Madianitarum hi omnes Principes fuere, qui prælio cum Gedcone commiſſo in eius poteſtatem venere & cruenta cæde perempti. *Deus meus, pone illos vt rotam*; adeò vt perpetuâ quadam curarum & moleſtiarum vertigine rotæ ſimiles circumuoluantur. *Non ſint ſtabiles in eo quod cogitant*, air Diuus Auguſtinus: ni fortè præſagiri à Vate dicatur, quod ſicut in rota vix vna eius pars erigitur, quin altera deprimatur, ſic prorſus iſti, cum domum ſuam è mundi huius C
parte attollere contendunt, è parte cæli præpropera cataſtrophe deprimantur à Deo; habes hæc ab Hugone Cardinali ſic ea Auguſtini verba explicanre. *In rotâ qua dum ex vna parte eleuatur, cadit ex alia*, tùm Auguſtinus hæc ſubdit: *Anima impiorum rotabitur ſicut in circulo funda*: iam verò ſacra verba ſequuntur: *& ſicut ignis comburens ſiluam; & ſicut flamma comburens montes*; adeò vt tentationum & moleſtiarum vi perperuo quodam æſtu crucientur. *Et ſicut ſtipulam ante faciem venti*, vt penitus ſterileſcentes ad quæcumque bonorum operum germina, flammas tantum exigant, quibus inutiles vel pernicioſæ arbores cinereſcant; qua de causâ *perſequeris illos in tempeſtate, & in furore tuo turbabis eos*; cum in hora mortis decretoria, qua tempeſtas, & furor diuinus intonar, Deo iudici ſiſtentur, conſcientiæ latratus, Deique obiurgationes obaudient, & ad Tartari fauces proximi ſæuiſſimis angoribus ingemiſcent. Vnum hic dabo è Purpurati Baronij hiſtoriâ, qui hoc errore implicatus documentum eſſe omnibus poteſt & D
exemplum. Sanctiſſimè ad octuageſimum & primum annum vitam ſuam traduxerat Diuus Vldericus Auguſtanus Antiſtes, cum vt virum integritate prudentiaque conſpicuum Eccleſiæ ſuæ præficeret, & Cæſarem amnueret ab ineptis viris ei, vt non raro contigerat, imponendis, ſimulque reliquum vitæ ſuæ tempus curis omnibus expeditus impendere totum poſſet in precibus Deo fundendis; nepotem igitur ſuum Aldalberonem nomine, ſuis ei abrenunciatis infulis, ad Epiſcopalem ſedem euexit: licet autem tam ſanctâ cogitatione viſus hæc omnia fuerit concepiſſe, adhuc tamen memorandum in eo exemplum nobis ſtatuit Deus, quo inſpiceremus, humanis iſta rationibus, non diuinis plerumque confici, nec cælo dictanre, ſed ſæculo; nondum igitur exacto anno, diem ſuum extremum obijt Aldalbero, dignus alioquin, qui diù Epiſcopus aſſideret; non tamen acerbo hoc vulnere ſatis in pœnam patrati erroris percuſſus Vldericus fuit; cum enim ad extremam ipſe etiam horam deueniſſet, ſpolio futili vitæ exuendus, & beatiſſimæ gloriæ chlamide induendus, ſpectaculum habuit, quo nullum acerbius pius ani-

Pſ 83. 13.

D. Aug. in pſ 82.
Vgo ibid.

Bar. an. 972

A animus & oculus ſortitur: ad Dei iudicis aſpectum ſiſti ſe vidit, & ab eâ pietatis ſede repulſum, quæ ſuæ pietati alioquin concedenda, impertita illi non fuit, quoadusque de nimio & immoderato erga nepotem amore ſatis Deo Iudici fecerit: ſibi redditus, hoc ille adſtantibus enarrans, in illa mœſtiſſimus erumpebat. *Heu, heu, heu, quod illum nepotem meum Aldalberonem vidi, quia pro eo quod ſecundum ſuum deſiderium conſentiebam, nolunt me impunitum in ſuum recipere conſortium*; his pronunciatis obticuit, & peracutâ ſuarum noxarum pœnitentiâ tactus, ſuumque errorem, quem fortè ex aliquâ in ſuâ mente examinandâ negligentia contraxerat, vberrimo fletu delens, ſpiritum exhalauit. *Si* ergò *in viridi ſic agitur, quid in arido fiet*? Luc.23.21. qua certitudine in his electionibus & ſucceſſionibus ſtatuendis ſe gerere illi poſſunt, qui nullo cælitus impertito lumine caligant? quanam mercede ornandus à Deo erit, qui nepotem, vel germanum in ſui ſucceſſorem quærit à rebus cæleſtibus alienum, & prophanis tantum cogitationibus inuolutum? ſi vir integerrimus, eò quòd bonis artibus nepotem cæteroquin digniſſimum, & ad ſa-
B cra munera vocatum ad Hyerarchicam ſedem extulerit, cruciatus à Deo fuit, eiuſque actio reprobata, quæ ſolam eam nequitiam contraxerat, quam vel ambitio, vel commodum nepotis inferebat; quantò aſperius, & rigidiùs in eos diuinum examen exarabitur, qui ſola nepotum amplitudine, ſuæque domus opulentia excitati, Coadiutores & Succeſſores propinquos ſuos eligunt, electoſque conſtituunt?

Per quàm familiaris mihi Antiſtes quidam fuit, qui poſtquam in ſui Coadiutorem & futurum Succeſſorem Nepotem ſuum habuiſſet, ingenti animi religione vexabatur, eò quòd ineptum ſuæ ſponſæ adminiſtrum dediſſe videretur, eique traditam fidem nefariè prodidiſſet: Alius etiam, qui non longè hinc abeſt, plures quibus ſuperſtes fuit annos, non ſine maximis moleſtijs tranſegit cum nepote, quem Coadiutorem in ſucceſſorem elegerat, nec abſque periculo, quòd in odium immutatus amor, æternæ beatitatis aulam ei præcluſerit.

Nec me latet, quod ſi moribus integerrimis & eruditione cōſpicuus nepos eſſet, & ab Epiſcopalis ſedis faſtigio alienus, illâ potius ſe cenſeret indignum, & Patrui
C mens ad tanti Sacerdotii vtilitatem & decus collimaret, poſſet vtique eius electio commendatiſſima omnibus eſſe. Lugdunenſi Protohyerarchæ ſic accidit, qui cum breui moriturus à Rege Childeberto Pariſiis inuiſeretur, impensè ab eo poſtulauit, vt in eorum mercedem, quæ regio nomini contulerat, in ſui ſucceſſo- Sur. in vit. S. Niceſii
rem Niceſium nepotem eligere regio arbitrio dignaretur, eò quòd præſtantiſ- 2 April.
ſimum eum agnoſceret, tùm in caſtitatis & charitatis amore, tùm in ijs omnibus quæ ad populorum regimen, Deique obſequium referrentur: annuit eius precibus populus ſimul & Rex, & ingentia fuere beneficia, quibus è Niceſii ſanctitate populus totus abundauit. Perraro tamen fit, vt tot ſimul virtutes in vno colligantur.

§. II.

D QVINTVM iàm incommodum explicandum noſtram operam poſcit: potiſſimum in Antiſtite debet eſſe, vt ſi nepotes & propinquos ſecum habuerit, eorum mores ita moderetur & temperet, vt Epiſcopi domum & Patrui nomen non denigrent: Epheſinum Antiſtitem hac de re Paulus inſtruxit ad aliorum Antiſtitum documentum, quòd ſcilicet virum ſibi eligat *Domui ſuæ bene præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate*: quin, ſi ex eiuſdem Apoſtoli lege, parentes coguntur ad filiorum mores ad libellam componendos, & ad diuinam legem moderandos; quantò arctiùs ad hoc idem cogi Epiſcopos dicemus, quorum miniſterium in hoc verſatur, vt ad pietatem populos informent, & qui ſacro patrimonio vtuntur ad nepotes domi ſuæ nutriendos?

Eò magis neceſſarium hoc eſſe videtur, quò magis experientia docemur, Epiſcoporum propinquos licita ſibi quæcumque illicita æſtimare, ac ſi legum vincula ab ipſis Patrui poteſtas excutiat, & quocumque ſupplicio immunes ipſos præſtet,

Oleæ

Oſeæ Vatis enigma his mihi explicatur, quo iratum, minacemque Deum exhi-
Oſe 12.15. bens ſic fatur: *Dabo ei vinitores*, legit Diuus Hyeronimus, *Principes eius ex eodem* A
loco: & vallem Achor ad aperiendam ſpem: Principem ergo Vrbi conſtituam, qui
ex eadem Vrbe ſit, ex quo fiet, vt tam effrenes & licentes ad quæcumque ſcelera
propinqui euaot, vt atrox Achaoo ſupplicium illatum (iuxtà Ioſuè hiſtoriam) in
Ioſue 7.24. valle Achor non tantùm eis nullum terrorem incutiat, & ab eis illos amoueat, ſed
potiùs incitentur; ex hac exaggeratâ loquendi formâ clarè innoteſcit, quàm fa-
cilè Patrui patrocinio & beneuolentiâ, nepores & propinqui abutantur, & quàm
ad eorum crimina agnoſcenda Præſulum amor cœcutiat: hoc ſanè quid aliud eſt,
quàm tam ſacrâ Præfecturâ indignum ſe exhibere? vitioſos enim nepotes ſuæ do-
mi habere, frœnum quoddam & vinculum eſt, quo patrui manus prohibentur,
ne ad aliorum crimina arguenda & vindicanda ferantur, cum ſuorum inſoleſcen-
D Hier. in ep. ad Tit. c. 1. tes & deformes mores valeant illi exprobrare. Quin Diuus Hyeronimus in eâ
ſententiâ eſt, vt licet filiorum errata in parentis perniciem refluere nequaquam
poſſint, dummodò ad eorum nequitiam retuodendam, ſtudium omne piâ motum
inſtitutione collocauerit; adhuc tamen ab Epiſcopalibus infulis induendis eum B
amoueant, cum arduum omninò ſit, vt alios coerceant, qui filios ſuos refrænare
non valuerunt. Præter quàm quòd eâ ſanctitate Epiſcopalis gradus excellit, vt
in eoſdem ipſos, qui ſecum commorantur, redundatura videatur; ex quo fit, vt
DHier. vbi ſup. eorum crimina eius deſidiæ & torpori tribuantur. *Tam ſanctum eſt nomen Sacer-
dotis, vt nobis etiam quæ extra nos ſunt poſita, reputentur.* Quorſum autem An-
tiſtitis mores inculpati ſint, dum propinqui eiuſque familiares culpâ non
vacant?

Quamobrem cum Fœlix . . . . . . Epiſcopi nepos Virgunculam vitiaſ-
D. Gregor. l. 2. ep. 40. ſet, Diuus Gregorius id temporis Supremus Eccleſiæ moderator, Curatorem il-
lùc quàm citiſſimè miſit, vt cauſam de eo flagitio ageret, & ſi probaretur, acerbè
mulctaretur, dummodò ad eam turpitudinis notam delendam, corruptæ puellæ
connubium ille nòn amplecteretur: ad Epiſcopum verò ſcribens eum ſeuerè cor-
ripuit, illud pronuncians, quod cùm eius operâ è fœdis vitiorum ſemitis ad ſan- C
ctiſſimâ honeſtatis viam traducendi populi eſſent, egerrimè patiebatur, vitia potius
ab eo foueri, è nimia licentia, qua ſuus nepos prauis cupiditatibus captus ad quę-
cumque crimina ferebatur. *In nepotis tui Felicis prauitate, tua euidenter, quia ta-
D Gregor. l. 2. ep. 2. lem nutriſti, culpa monſtrata eſt.* Peccat nepos, at in eius labe Patrui Epiſcopi la-
bem Pontifex Supremus agnoſcit; ſi namque Dei legem ſæculi & ſanguinis vo-
luptati præhabuiſſet, vel in eius inſtitutione cautior & vigilantior fuiſſet, vel mo-
ribus eius effrænatis inſpectis, eum à ſe, ſuaque domo eieciſſet; vt enim probatiſ-
D. Ambr. in 32. exod. ſimè fatur Diuus Ambroſius, qui ſoli Deo ſeruire affectat, neſcit filii & ſuis vel
parcere vel blandiri.

Remiſſo nimis & effœminato animo Antiſtes ille langueſcit, qui ne propin-
quos exaſperet, ad eorum errata cœcutit, diuinam legem negligens, ſuamque
conſcientiam calcans; quod eò magis obſeruandum eſt, quò iuxtà mentem Aga-
piti Pontificis ad Iuſtinianum Cæſarem ſcribentis, idem prorſus eſſe videtur, cri- D
Agap. PP. mina committere, & permittere, ſi prohibere ea facilè poſſis. *Peccare & non cohibe-
re peccantes, iuxtà æſtima.*

Næ è miſerando maximi Sacerdotis Heli exitu documentum quiſque hac in-
re deberet excipere: Integerrimis, inculpatiſque moribus ipſe quidem erat, adcò
D. Chriſoſ. l. 3. de vi. tup. vitæ monaſt. vt de eo loquens Diuus Chryſoſtomus, Sanctum appellarit *Heli*: Diuus verò Hye-
roonimus aſſerit, admirandum eum fuiſſe, multaque cum laude viginti annorum
ſpatio Hebræis populis præfuiſſe. *Erat enim admirandus, & ſine querela Iſrael
D Hier in ep ad eph. c. 6. rexerat viginti annis*: ſui tamen probi regiminis mercedem amittens, ſuamque
integritatem propter filiorum crimina deturpans, miſerrimus æternum interijt.
D. Chriſoſ. ho. 9. in ep. 1 ad Tim. *Heli Sacerdos pro filiorum iniquitate damnatur.* ſic Chryſoſtomus. *Heli propter fi-
lios perijt.* Sic Hildebertus. Fulgentiſſimæ lampadis inſtar omnibus prælucebat,
Hildeb. ep. 74. antequam filiorum diſſimulatis criminibus, validiſſimo tanquam Boreæ flamine
extingueretur: adhortatus quidem eos ipſe eſt, vt vitioſas animi partes exſecan-
tes, Dei legem ſeruarent, eique renouatâ probitate ſeruirent: corripuit quidem
cos

Digitized by Google

eos, *ſed lenitate & manſuetudine Patris, non ſeueritate, & auctoritate Pontificis*:
ſic Diuus Eucherius, Hildebertus, & Petrus Damianus concordes enunciant. 1.Reg.1.

Si ergò probatiſſimæ pietatis vir, tantæque fidei Antiſtes è nimiâ indulgentia, D.P.Dam.
A quæ paterno amore irretitus immorigeratos filiorum mores patiebatur, eodem ep.12. l.1.
ſimul articulo temporis, filios, infulas, annos, beatitatem amiſit, eiuſque do-
mus ſuis euulſa ſedibus perijt; quis vnquam ex Epiſcopis erit, qui in propinquo-
rum diſſimulandis erroribus ſuæ ſaluti proſpicere ſibi videatur? Hoc ſanè exem-
plo Diuus Gregorius nos excitauit: eius do verba. *Qui enim falſa pietate ſupera-* D. Petr. 2.
tus, ferire Heli delinquentes filios noluit, apud diſtrictum Iudicem ſemetipſum cum p. paſt. c.6.
filijs crudeli damnatione percuſſit. Quid tamen? quàm multi fuere illi, præſertim
ex ijs, qui ex humili loco ſanguineque obſcuro, tantæ iubar dignitatis ſuſcepe-
runt, quorum nepotes, vt ſe patrijs ſordibus, & laceris veſtibus exutos inſpexe-
re, gentiumque obſequijs decoratos, mirùm quantùm inſolenti arrogantiâ tu-
muere, & plerumque ſe luxui corrumpendos dedere: quin etiam eum ſe faculta-
tibus deſtitutos inuenerint, peſſimis quoque artibus ad augendas opes animum
intendunt, famam, quietem, & ipſorum patruorum animas opibus poſtponentes,
quorum nomen cælo ſimul & terris odioſum non ſine dedecore reſonans, obiur-
gationibus, & populorum ſcommatis frequentiſſimè vapulat.

Salisberienſem Hyerarcham validè ſimul & ſanctè Petrus Bleſſenſis ſugillauit, Petr. Bleſſ.
eò quòd nepotum amori immoderatè indulgens, eorum errata diſſimulanter ne- ep.51.
B gligeret, eoſque blanditijs emolliret & delicijs ſaginaret, cùm potiùs verbera
educationis aſperæ mererentur.

Hoc profectò quid aliud eſt, è tanti Magiſtri ſententia, quàm *exinanitio virtu-*
tis, & ſubuerſio honeſtatis; eique miſerrimos Heli euentus in memoriam reuo-
cans, ſubdit: *Enormiter peccat, ſeque vita aliena reum conſtituit, qui pueros in æta-* Iud. 1.7.
te tenerâ, nimia facilitate, & ſuauitate verbis emollit: demum docet, quòd ſicuti
Regi Adoniſebech digitos Hebræi abſciderunt, ne in poſterum in eos arma ca-
peſſerent; ſic ad puerorum educationem optimam inſtruendam, errorum primi-
tiæ ſunt reſecandæ, ne maioribus poſteà criminibus inuoluantur.

C

Exemplis ſuperiùs ſcripta roborantur.
Cap. L.

SAnguinis effrænem amorem coercere, & vim affinitatis ſuperare congruum
adeò, imò neceſſarium ijs eſt, qui populorum regimini præficiuntur, vt non
in Euangelicâ tantùm lege exemplis, nos ad hoc præſtandum inſtruere Deus vo-
luerit, ſed in ipsà etiam, quæ Scripta dicitur, & naturalis. Vt ab hac exordiar,
quis ignorat Ioſephum & Beniamin præ filijs cæteris fuiſſe à Iacob dilectos, eò
quòd ex amaræ Rachelis ſinu ſenex annoſus eos exceperit; & nihilominus non
ſanguinis amori ſeruiens, at Numinis voluntati, non eorum alicui, ſed Iudæ tan-
tùm populi ſceptrum, & regiam benedictionem in hæreditatem impertiuit: cau- Rup. l.4 de
ſam ſi quæſieris, Rupertus Abbas afferet. *Quia dandis benedictionibus non ſuam,* op. Spirit.
D *ſed Dei voluntatem facere debuit; non carnis affectum, ſed ſpiritus inſtinctum ſequi* San. c.10.
dignum fuit: eàdem igitur ratione, vbi vel de temporaneis, vel ſpiritalibus bo-
nis impertiendis agitur, *de rore cæli & de pinguedine terræ*, dedecet nòs ſangui- Gen. 2. 72.
nis æſtu abripi, ſed Dei legibus nos accommodantes, Diuino tantum ſpiritui per
Canones & Concilia loquenti, obtemperare debemus.

Suis vtique nepotibus poterat in veteri lege ſuum principatum Moyſes im-
pertiri; Ioſue tamen è diuerſá Tribu ſelegit, vt documento nobis eſſet, ait Diuus D.Hier. in
Hyeronimus, nullatenus affines & conſanguineos noſtros hac in re conſideran- ep.ad Tit.
dos eſſe, de quo vir idem ſanctiſſimus conqueritur, Chriſtianos Antiſtites quàm c. 1. 15.
longè diſtare.

Vt autem ad recentem Euangelij legem progrediamur, incommoda nobis ſi-
gnificans Chriſtus Seruator, quæ in Orthodoxam Religionem ex immodico amo-

Digitized by Google

Mat. 10. 37. re, quo ſanguineos ſacri viri proſequerentur, erant emanatura, non tantùm nos
edocuit, Apoſtolico hoc Sacerdotio indignum prorſus fore, quicunque ſui ſan- A
guinis amorem cum rerum cæleſtium amore commiſcet, ſed innumeris & vali-
diſſimis exemplis hoc idem ipſe comprobauit; cùm enim ſuæ magnæ genitricis
Luc. 14. obſeruantiſſimus ſimul & amantiſſimus eſſet filius, acerbiuſculè tamen quàm par
eſſet, cum ea egit, quandò diuini Patris opera populorumque ſalutem erat per-
tractaturus; tunc id potiſſimùm indicauit, cum mœſtiſſimè conquerenti, quod tri-
Luc. 2. 91. duò ab eâ abfuiſſet, reſpondit, *quid eſt quod me quærebatis, neſciebatis quia in his*
quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? qua opportunitate elapſa, obſequentiſſimum
vbique ſe illi ſe præſtans, *erat ſubditus illis.*

Sic pariter in Canæ conuiuio, cum è ſuæ matris petitione exemplum ſacris vi-
ris præberi videretur, Eccleſiaſticis opibus suæ neceſſitati ſubueniendi, non
Ioan. 2. 4. placidè reſpondit: *Quid mihi & tibi mulier*; & licet eius votis indulgeret, ſigni-
caſſe tamen apertè viſus eſt, exterorum loco conſanguineos omnes, ipſamque
matrem à Hyerarchis habendam; ſed audi Gregorium. *Vt quid ſic reſpondit* B
Mat. 12. 18. *Chriſtus? vtique ad nos, vt conuerſos ad Deum iam non ſollicitet carnalium cura pa-*
rentum, & neceſſitates illa non impediant exercitium ſpirituale.

Rurſùs, cum inſequentem populum inſtruenti indicaretur, parentem ſuam
Marc. 3. 33. ſimul cum alijs affinibus ibi adeſſe, vt eum cum alijs audiret, ſubacerbè reſpon-
dit. *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei*: non alia de causâ, ait Diuus Am-
Amb in d. loc. Matth. broſius, niſi quia, *vt paternis miniſterÿs, amplius quàm maternis affectibus ſe de-*
bere oſtenderet. Demùm cum ad ſacri Principatus Coronam ex Apoſtolis aliquem
eſſet elaturus, Ioannem affinem ſuum ſibique perdilectum Petro poſthabuit, nec
enim, vt Rupertus Abbas docet, tam excelſa & ſacra voluit humano amore
Iob. 6. 38. metiri: *Quippe In omnibus diuinam voluntatem attendens, quodam loco dicit: Deſ-*
cendi de Cœlo, vt non faciam voluntatem meam; ſed eius qui miſit me. Quàm benè
his Deo dicati viri edocentur, vt conſaguineorum amore excuſſo, Dei tantùm
voluntatem expendant, eique ſolùm opera ſua conforment.

Verùm, vt ad ipſos Eccleſiæ Præſules accedamus, quàmplurimis omiſſis, quę C
ad hanc rem centuriare facilè ſatis eſſet, ex aliquibus electis primam ſedem Au-
Poſſidor. in vit. S. Aug. guſtino tribuamus; hic enim, teſte Poſſidonio, licet egenos & pauperes conſan-
guineos numeraret, eadem tamen lege, qua cæteris ſubueniebat, eorum egeſtati
conſulebat, non delicias, non commoda præſtabat, ſed neceſſitatem repellebat;
quin cùm, vt ipſemet refert, vel verborum illecebris, vel interdum commina-
tionibus & probris eius conſtantiam effringere conarentur, reſpondit impaui-
dus, ſe pauperum patrimonium in ſacris prouentibus adminiſtrantem, pauperes
ſemper alijs præhabiturum. *Ne ego qui Epiſcopus ſum, habere debeo, niſi tantùm*
D. Aug. ſer. 21. & ſeq. ad fratr. de erem. *ad diſpenſandum, quia bona Eccleſiarum ſunt patrimonia pauperum, &c. Conſan-*
guinei nobiles veniunt ad me Epiſcopum, aliquando cum minis, aliquando cum blan-
dimentis, dicentes: Da nobis aliquid, pater; caro enim tua ſumus: & tamen Dei
gratia conſanguineorum aliquem me dediſſe non recolo.

Sur. in vita S. Hugo. 1. April. Tàm religioſus hac in re Diuus Hugo Gratianopolitanus Antiſtes erat, vt ſe D
ipſum tanquam è pauperibus aliquem agnoſcens, ſe ipſum argueret, eo quòd
in eius vita, l. 2. c. 6. immodico ſumptu videretur tùm ſe, tùm famulos excolere, eaque pauperibus
eripere, quibus ſe aſſociare cupiebat.

Eò illuſtrior hac in re Diuus Thomas Villanouanus fuit, quò natalibus fuit ob-
ſcurior; campeſtri labore ſui conſanguinei ſordeſcebant, et licet opulentis ipſe
prouentibus afflueret, egentiſſimæ matri centum aureos adſcripſit; eodem ſubſi-
dio fratrem vnum donauit, & duplo maiori alium, eò quòd copiosâ ſobole la-
boraret; reliquis autem conſanguineis, qui alicuius lucri gratia eum inuiſebant,
vix illud impertiebat, quod ad iter habendum ſatis eſſet; nec enim aiebat ad ex-
teros ſuæ Eccleſiæ opes ſpectare, ſed ad ſuæ Diœceſeos pauperes: nunquam ta-
men adduci potuit, vt ſui nepotis filiæ Doctori cuidam connubio vinctæ, aliquid
pro dote præſcriberet, nec enim ad conſanguineorum commoda & pompam fo-
uendam, ſed ad pauperum repellendam egeſtatem ſacri prouentus ſunt effun-
dendi.

A con-

A A conſanguineorum amore tàm longè diſceſſerat Beatus Nicolaus Albergatus Archiepiſcopus Bononienſis & Cardinalis, vt ne quidem ex ijs Sacerdotijs, quæ Epiſcopi arbitrio ſunt diſtribuenda, ſuum vllum affinem eo donaret, ſed pios tantùm & pauperes Clericos eis exornaret.

Manz. in vit. l.6.

Laurentius Iuſtinianus Venetiarum Patriarcha, licet tùm à fratre, tùm à nepote ingentem pecuniæ vim dono habuerit, ad ſumptus pro ſuo obtinendo Sacerdotio faciendos, longè tamen minori dono donantem affecit, & vt omnem ſuſpicionem aboleret, nullâ cum eis ſocietate vtebatur; ad fraterni tantùm amoris ſpecimen, ſingulis annis Dominicæ Natiuitatis die & ſolemni Principum Apoſtolorum feſtiuitate duos electiſſimos panes ad eum mittebat: ſemel verò Leonardo ſuo fratri ei pauperem commendanti, reſpondit, vt ipſemet, pro facultate ipſi à Deo præſtitâ, illi ſubueniret: rurſus à ſuo conſanguineo de ſubſidio aliquo rogatus, quo filiam tenui cum dote deſponſaret, reſpondit, ſi modicum quid darem, nec egeſtati, nec cupiditati veſtræ conſulerem, ſi verò largè beneficus eſſem, B vt vni tibi proſpicerem, quàmplures pauperes defraudarem; præterquàmquod, quale ſcelus eſſet, ſi ad muliebres illecebras ea impenderem, quæ Chriſti pauperibus adſcribuntur.

Sur. in vit. B. Laur. 8. Ianuar.

§. I.

GVidius Groſſius, qui extinctâ coniuge ſe Deo dicauit, ſuarumque virtutum ſuffragio, poſt alia ritè peracta munera, Vaticani faſtigium Principatus aſſequutus Clementis Quarti nomen induit, omnium opinionem fruſtratus fuit; cum enim arbitrarentur, geminas ſuas filias Principibus viris nuptui ab eo tradendas; vt Deo ſibique indulgeret, ex eis vnam Deo deſponſauit, decem tantùm annuis aureis impertitis, aliam verò triginta tantum aureorum dote ornatam coniugio dicauit.

In vit. Clemen. IV.

Quin cùm ad eius beneuolentiam promerendam, Galliarum Epiſcopi tria C Sacerdotia nepoti ſuo contuliſſent, vt vnum tantùm ſeruaret, cæteris duobus depoſitis, eum coegit: digna certè, quæ aureis characteribus exarata, poſteritati toti exhibeatur eius epiſtola eſt, quam ad ſuum nepotem diplomatis Pontificij ſtylo deſcripſit, & Pater Hyeronimus Plattus in opere, quod de dignitate & munere Cardinalium effinxit, recitat; hic enim poſt multa ſapientiſſimè pronunciata, tandem ſtatuit, non alia viâ ad veræ ſolidæque immortalitatis poſſeſſionem Pontificem velificare, quàm ſi opes non conſanguineis eroget, ſed pauperibus, & veterum Pontificum ſanctitati attingendæ innitatur.

Plat. de Card. c.18.

De Cæleſtino Quinto Aluarus refert, quòd cum Supremi Pontificis dignitate decoraretur, præcepit, vt Româ pelleretur ſuus nepos, qui recenti Patrui dignitate acceptâ, Romanam aulam acceſſerat; quia verò non pauci è Purpuratis ſacri Senatus Patribus, pro eo Summi Pontificis beneuolentiam poſtularunt, vix impetrarunt, vt tenui quodam Sacerdotio donatus, patriam ſuam domum illicò remigraret.

Alu. l.2. de planct. Eccl. c 15.

D Hadrianus Sextus, ad quem inuiſendum à Germaniâ Romam ſui Conſanguinei acceſſere, infulas & Purpuras ſibi ſpe deuorantes, ab aſpectu ſuo eos reiecit, idque tantùm ſubſidij contulit, quod ad itineris agendi ſumptus ſatis eſſet.

in vit. Adria. 6.

Marcellus item Secundus, qui ex Eugubinæ huius ſedis infulis ad Vaticani Imperij diadema fuit euectus, ſui fratris filios ne quidem aſpectu ſuo donauit, iiſque qui eum horrabantur, vt penes ſe eos in Palatio haberet, ſubiratus reſpondit, Quidnam ipſi eum Palatio? Pontificiæ opes quànam ratione in nepotes meos deuoluendæ?

Victorel. in Marcel. 2.

Pius item Quintus, vix à ſe ipſo impetrauit, vt ſui fratris filiæ trecentos aureos florenos impertiret.

in vita Pii.

Quid de Diuo Carolo? totas hic ingenij vociſque ſuæ vires intendebat, vt deuotos Deo viros à conſanguineorum amore dimoueret, vtpotè qui mentis oculos obfuſcat, voluntatis pios ardores extinguit, noſtrumque animum à ſtudio virtu-

Guiſſan. in vit. l.8. c.11.

tnm abducit. Quàpropter qnò magis ad eorum componendos mores elaborabat, eò minus vel de ſuæ Eccleſiæ regimine, vel de prouentnum opibus cum eis A
agebat. Cum autem plnrimis & opulentis Sacerdotijs ſe abdicaret, nulli cogitationem ſuam patefecit; & quamquam Comitem Federicum Borromęum, quem poſtea ſacra Purpnra & Mediolanenſis Eccleſia virum vndequaque ſpectatiſſimum commendanit, penes ſe haberet, ſpeſque ingentes de eo concepiſſet; nullo tamen ex ijs eum decorauit;, qnin ne ſuis è conſanguineis quidam ſacris infulis donaretur effecit, eo quòd pares in eo vires ad tantum fulciendum honorem non agnoſceret.

Adeò autem à ſacris opibus ad eorumdem commodum impertiendis abſtinuit, vt ſingulis potiùs annis ſuam paternarum opnm portionem ſibi ſeruaret, ad pauperum inopiam ſubleuandam. Quid plura? tam illuſtris familiæ cognomentum, & inſignia ipſa exuit, vt ſimul cum Regio Pſalte pronunciaret: *Extraneus factus ſum* B
Pſ.68.9. *fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.*

Diui Auguſtini veſtigiis adhæſit Cardinalis Bellarminus; cum enim pro ſuæ nobilitatis gradu panperes ſatis affines ſuos haberet, ingentique filiorum copia ſuus frater premeretur, ſubſidium aliquod identidem illis largiebatur, non ad parandas illis diuitias, ſed ad paupertatem minuendam, adeò vt viris ipſis pijſſimis nimis hac in re religioſus videretur: patriam hac de cauſa adire nunquam voluit, ne ſcilicet ſuorum egeſtatem oculatus aſpiciens ad eorum amorem allicer
etur. Petro vero ſuæ domus Præfecto, qui Capuanum cælum tanquam eius valetudini infeſtum pernicioſumque damnans eum hortabatur, vt patriam Montis-Politiani ſedem oblatam reciperet, ait, *O Petre, caro, & ſanguis reuelauit tibi*, Mei hoc affines exoptant; mihi tamen nunquam erit in votis; nec enim mercaturæ inſtar ſunt Eccleſiæ immutandæ.

Fuligat in vir. Bellar. c.37.

Quò tamen ergà ſuos parcior, eò largior in pauperes fuit, in qnorum commodum quinquaginta aureorum millia erogauit. Hinc adeò certa illi ſpes affulſit, Deum à morte videndi, vt cum extremo iam morbo conflictatus percontaretur, quantumnam adhuc vitæ ſupereſſet, & ad aliquas adhuc horas obitum differri accepiſſet, perdulces queſtus cohibere non potuerit, quibus tam moroſam mortis C
tarditatem increparet.

Noſtrâ quoqne hac ætate in Vaticano Sol effulſit, qui breui noſtrorum in pœnam criminum fulguris inſtar euanuit; Leo Vndecimus iſte fuit, qui Cardinalibus vetuit, ne vllo apud eum ſtudio vterentur, vt Purpurâ ſacrâ Pronepotem ſunm cæteroqnì digniſſimum decoraret; quia verò ex inopinatâ morbi vi ad extremum vitæ redactus fuit articulum, inſtantibus aliquibus, vt purpureo galero tandem eum coronaret, impauidè ſanctèque reſpondit: Apagè ab hoc temporis articulo ſæculares cogitationes, & inania nomina purpurarum! ſi Purpuræ honore dignus Pronepos noſter eſt, futuri Pontificis beneuolentiâ, Deo fauente, eâ donabitur, magiſque eius diademate coruſcabit, ſi nulla ſuſpicio fuerit, ſolius ſanguinis merito, non virtutum ſuffragio eo fuiſſe redimitum: ſi verò indignum eodem ſe præſtat, an fas eſt, in hoc rerum articulo, maiori me, culparum D
numero implicare, Deoque exigendas rationes augere? Quàm benè Sanctus hic Pontifex Eleazarum Machabæum repræſentat! quàm etiam benè eius reſponſum nobis accommodandum videtur, cum de aliquo conſanguineo vel nepote in noſtrum Succeſſorem vel Coadiutorem eligendo nobiſcum agitur. Habet Epiſcopus hac in re Pontificem, quem imitetur.

2. Mac. 6. 23.

Qua

Qua ratione componere ſe Epiſcopus debeat A in temporaneis Eccleſiæ ſuæ, ſuique populi negotijs peragendis; Cap LI.

PRVDENTIAE virtus, cuius eſt, res omnes ſuo vtique tempori, & loco, &
modo accommodare, ſuum etiam locum haber in rebus temporaneis pera-
gendis: ab Epiſcopo quidem illa opera reijcit, quibus ſuorum affinium ſuæque
domus amplitudo reſpicitur, ſed ea ardenter efflagitar, quæ ad Eccleſiæ ſibi com-
miſſæ vtilitatem, ſuique gregis commodum deſeruiunt. Multa quidem habet
Epiſcopus, in quibus non laudabiliter tantùm, ſed ſanctè, & piè exercere ſe de-
bet, dummodo ramen ad Deum ea dirigat, & honeſtâ ratione ea perficiat.

Quicumque è titulo, quem præfert Eccleſiæ ſponſi, adeòque illud Iſaiæ ſibi Iai. 60.1.
accommodare poſſet, *Tanquam ſponſum decoratum corona*, vel vt Aquila legit,
Sacerdotÿ corona inſignem, vel vt Diuus Cyrillus, *Tanquam ſponſum circumdedit* Ciril. ibid.
me mytra, ſacras tantum exercitationes obtendens, ſuæ ſponſæ res non debet omit-
tere, aliorumque rapacitati dotem eius relinquere. Cum pater ſubditorum ipſe
ſit, non eorum tantum animabus, ſed corporibus etiam conſulere debet, illudque
ſibi monitum vſurpet, quo Claudianus Honorium erudiuit.

Tu Ciuem Patremque geras, tu conſule cunctis,
Non tibi: nec tua te moueant, ſed publica damna.

B Haud quidem me latet, quòd Apoſtoli, ne ſacris à rebus & muneribus abſtra- Act. 6 3.
herentur, miniſterium, quo exercebantur, victum pauperibus ſubminiſtrandi &
viduas alendi, Diaconis ad hanc rem electis commiſerint, quorum exemplo Mel-
chiades Pontifex adhærens præcepit, vt non Epiſcopi, ſed Presbyteri ab eo deſi-
gnati, tum Orphanorum, tum Viduarum egeſtati erigendæ ſuam operam impen-
derent.

Nec me fugit, quod Diuus Paulus Epiſcopos omnes in Timotheo erudiens,
eos à ſæcularibus rebus agendis auertit; compertum tamen mihi etiam eſt, manua-
libus operibus ſibi victum comparaſſe, ſuamque operam paratiſſimè obtuliſſe, p. Cor. 16.4
quâ, ex Achaia Hyeroſolimam pergens, collectas opes ad pauperum auxilium
illuc afferret, nec raró ad populorum animos ſibi coëmeudos, eis ſe accommo-
C dantem, eorũ egeſtati ſubueniſſe, adeò vt illud diceret, *Omnibus omnia factus ſum,* 1. Cor. 9.22
vt omnes facerem ſaluos; & quòd Romanis præceperit, inter quos Presbyteri excel-
lebant, vt Diaconiſſæ cuiuſdam negotijs, quæ Romam Corintho venerat, præeſ-
ſent. Illud etiam non ignoro, quòd in Quartâ Carthaginenſi Synodo ſtatutum Rom. 16.1.
fuerit, ne ſæcularibus rebus agendis ſe immiſcerent Epiſcopi. *Epiſcopus nullam rei* Conc. 4.
familiaris curam ad ſe reuocet; ſed orationi, & lectioni, & verbi Dei prædicationi Cart. c 20. c. Epiſcop.
tantummodò vacet. Sed eam loquendi formam benè calleo, *ad ſe reuocet*, quæ idem 6 88. diſt.
ſonat ac Apoſtoli ſermo, *nemo militans Deo implicet ſe negocÿs ſæcularibus*, vbi 4. Tim. 2.4.
Magiſter Aquinas ſapienter expendit, non quidem ſpontè huiuſmodi operibus ſe D. Th. ibid.
irretiturum Epiſcopum, ſed id rantum tunc ab eo præſtandum, cùm ſubditorum
neceſſitas eius auxilium poſtularit. Accipe iam eius verba: *non dicit ſimpliciter,*
implicatur, ſed dicit, implicat: quia quandoquidem implicatur, & non ſe implicat: im-
plicat enim ſe, quando ſine pietate, & neceſſitate aſſumit negotia: ſed quando neceſſitas
D *officÿ pietatis, & authoritatis exercetur, ſanè non implicat ſe, ſed implicatur huiuſ-*
modi neceſſitate.

Ad preces tantùm & ſcientias comparandas, vel conciones habendas incum-
bere, Aſcetarum eſt; Epiſcopi autem munus ſingularem hanc operam neſcit, &
ſicuti ſibi ſoli viuere ignorar, ſic pro alijs etiam laborare pretioſum arbitratur;
Hinc Diuus Auguſtinus Aſceticam vitam, *Otium ſanctum*, Epiſcopalem verò, *ne-* S. Aug. l. 19 de ciu. c. 19
gotium iuſtum.

Quin eò quòd, Diuo Magno Gregorio imperante, Epiſcopus quidam, qui è
religioſis clauſtris Epiſcopale ſolium aſcenderat, precibus & eruditioni vacans, ſibi

tan-

Digitized by Google

D. Greg. l. 5 [illegible] c. fra [illegible] c. 86. diſt. D. Chriſoſt. hom. 88. in c. 26. Matt.

tantùm viuere videretur, Secundinum admonuit Magnus Pontifex, vt eum de pernicioſo hoc otio argueret, eique indicaret, Epiſcopalem vitam longè ab Aſce- A ticâ diuerſam, inter gentes & populos faciendam, ad egenorum ſolamen, & viduarum fulcimentum; quod idem ſatis conformatur ijs, quæ Diuus Chryſoſtomus habet, qui prophanos viros de inhumanitate in pauperes obiurgans ait, hoc fuiſſe in cauſa, vt ad pauperum ſubſidium noſtri ataui prædia & cenſus Eccleſiæ deſcripſerint, & obſtrinxerint Epiſcopos ad eorum negotia conficienda.

Tertull. in vita l. 6. c. 16. Auil. ep p.

Sicut igitur prudentiſſimè, Concionatores Diuus Franciſcus Xauerius Indiarum Apoſtolus, & Confeſſarios Ioannes Auila admonebat, ne aliorum pijs licet negotiis ſe immiſcerent; ſic etiam è contrà prudentiſſimè admonendi Antiſtites ſunt, ne Patris & Domini miniſterium omittentes ab illis ſe auertant operibus, quæ in ſubditorum vtilitatem & lucrum interdum animarum poſſunt emergere.

D. Au. [illegible]

Cyrenenſis Antiſtes Theodoretus illud fortè Diui Auguſtini reuoluens, quòd populorum Cuſtos Epiſcopus ſit, adeò ſollicitus, adeò vigil, & laborioſus vbique fuit, vt commendatiſſimus omnibus euaſerit. Populos igitur ſuos ingenti B tributorum mole laborantes agnoſcens, ad Pulcheriam Cæſariſſam & ad Conſtantinopolitanum Antiſtitem & ad Proclum validiſſimè ad eorum patrocinium ſcripſit; artes aliquas illis addiſcendas curauit, medicos ad vrbem Cyrenem accerſiuit, aliiſque non paucis beneficiis eius opulentiam & commoditatem ſtuduit augere, vt ad Nomium Conſulem ſcribens ſignificat his verbis: *Publicas porticus in ingreſſu Eccleſiarum ædificaui: pontes duos magnos extruxi: balneorum publicorum geſſi curam; cum Ciuitatem reperiſſem, quæ minimè à defluente flumine aquabatur, aquaductus parui, & Ciuitatem aquis carentem, aquis repleui.*

apud Baro. 444 to. 6. Theod. ep. 81.

§. I.

AD certam itaque facilemque methodum ſuperiùs dicta referens, tunc commodam Epiſcopi operam aſſero in ſæcularibus rebus agendis, cùm pieta- C tatis & charitatis ſtudio ductus ſe illis immiſcuerit, iuxtà ea, quibus Magnus Gregorius nos informauit: *Secularia itaque negotia aliquando ex compaſſione toleranda ſunt, nunquam verè ex amore requirenda; ne cum mentem diligentis aggrauant, hanc ſuo victam pondere, ad ima de cæleſtibus immergant*, ſi namque diuinâ charitate excitati hæc præſtiterimus, Deo ipſi magis & arctiùs adhæremus; ſibi enim Deus ea facta adſcribit, quæ populorum vtilitati facimus iuxtà ea, *Quandiù feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis*. Si verò non pietatis ſtudio, ſed vt noſtro genio indulgeamus, adhæc moueamur, vtique arguet nos Diuus Ambroſius, & negociatores ſatis induſtrios appellabit: *Nos autem otioſos non putamus, ſi verbo tantummodò ſtudere videamur; & pluris æſtimamus eos, qui operantur, quàm eos, qui ſtudium agnoſcendæ veritatis exercent.*

D. Greg. p. p. paſt. c. 7.

Matt. 25. 40.

D. Amb. in pſal. 118. Octob. 2.

Cauendum inſuper eſt, vt debita in iſtis agendis moderatio ſeruetur, adeò vt ſæcularium rerum ardor à ſacris operibus animum non amoueat, & quod maxi- D mum & primarium eſt, longè minoribus poſtponatur. Rachelem Lia non obruat, nec terrenis cæleſtia & Magdalenæ preces Marthæ manibus abſorbeantur; vitam ita ſuam dixtinguat Epiſcopus, vt formam illam ſuis Aſcetis à Diuo Baſilio adſcriptam vbique ſeruet. *Caueat Martha, ne turbetur erga plurima: memor ſororis meliorem partem eſſe: ſic illa iuuari ab hac velit, vt ei non noceat.*

D Baſi reg. 10. ex fuſis.

Ad hanc ſententiam ea Diuus Gregorius refert, quæ veteris legis Sacerdotibus præcepit Deus, ne ſcilicet vel caput raderent, vel comam enutrirent, ſed tonderent, temporanea enim negocia, nec penitùs à nobis reijcienda ſunt, nec in ijs nos penitus immergendi. *Quia igitur cuncti, qui præſunt, habere quidem ſolicitudines exteriores debent, nec tamen vehementer eis incumbere: Sacerdotes rectè & caput prohibentur radere, & comam nutrire, vt cogitationes carnis de vitâ ſubditorum nec à ſe funditus amputent, nec rurſum ad creſcendum nimis relaxent: vbi & benè dicitur: Tondentes tondeant capita ſua: vt ſcilicet cura temporalis ſolicitudinis, & quantum neceſſe eſt prouideant, & tamen reſecentur citiùs, ne immoderatiùs creſcant.*

D Greg. 2. paſt. c. 7.

Potiſ-

Digitized by Google

Potiſſimùm igitur Epiſcopi opus in ſactis rebus verſetur, in animarum compa-
randa ſalute, in diuinæ gloriæ incremento, in Templorum nitore, Deique cultu
augendo; his tamen etiam addatur labor & ſollicitudo, quâ ſuæ Eccleſiæ bona,
A populorum commoda ſeruentur & augeantur. Eugenium quàm optimè de hoc D.Bern. de
Diuus Bernardus admonuit, iuxtà Lyrani mentem. *Regimen autem Eccleſiarum* conſid. l. 1.
primò eſt circa Deum, qui eſt altiſſima & prima cauſa, ſecundariò vero & conſequen- c.3.4.&6
ter eſt circa temporalia. Cùm enim ſponſus & Procurator Eccleſiæ ſuæ Antiſtes ſit, Liran in c.
ad ſuæ ſponſæ negocia peragenda arcto quodam nexu tenetur; non ita tamen vel 48.
numero vel pondere eſſe debent, vt à ſpiritalibus operibus nos abſtrahant, & lu- Geneſ.
cro animarum auertant, vt Diuus Gregorius docet. *Exteriora quidem Eccleſiæ ne-* D.Greg.
gocia quidam cibi animæ ſunt, qui ab electis deuotè adminiſtrantur: ſed ſi negocio-
rum multitudine anima ſaturetur, ad ſuſcipienda ſpiritualia intrare perfectè non
ſinitur.

Litigantium controuerſiis vexatum maximè Diuum Ambroſium fuiſſe non me D.Aug.
fugit, & in querelas ingentes de hoc eodem Diuus Auguſtinus erumpit: equidem ep 135.
credo, non Iudicis, ſed Parentis partes in huiuſmodi ſedandis contentionibus ſan-
ctos viros egiſſe, vt omnem rixarum anſam & modica quæque iracundiæ ſemina
à populis ſuis auerterent: Verùm ſi totus inter cauſas ferue͂tes adiudicandas Epiſ-
B copus eſſet, vtique pretioſiſſimum tempus inter leuiſſima abſumeret, eoque maxi-
mè obiurgari poſſet, quo Moyſem Iethro percuſſit, & Deus ipſe approbauit: Exod 18.18
Stulto labore conſumeris, & tu, & populus iſte, qui tecum eſt: vltra vires tuas eſt
negotium; ſolus illud non poteris ſuſtinere: Vicario hæc igitur diſcutienda concedat
Antiſtes, ſibique tantùm grauiora tribuat agnoſcenda, vt infra dicetur; ad ſacra
potiſſimùm eius cura referatur. *Eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent.* Iſa.32.8.
Hinc Iſaias in Ezechiâ Rege Principis optimi prototypon deſignans ait, *Princeps*
vero ea, quæ ſunt digna Principe, cogitabit, & ipſe ſuper Duces ſtabit. Dei imitator
Antiſtes non in temporaneis tantùm nobis impertiendis, ſed multò magis in ſpi-
ritalibus & ſacris, ſuas animi vires impendat; nec deſunt, qui allata Iſaiæ verba
ſactis tantùm Moderatoribus accommodent, & Apoſtolorum Succeſſoribus, qui
ſpiritali ſemper noſtro commodo intenti, temporanea etiam bona non deſpiciant,
quibus populos ſuos ſibi deuinciant.

C Perquàm egregia ea ſunt, quæ ad hanc rem Diuus Bernardus affert, Eugenium D. Bern.l.1
Pontificem inſtruens; veterem enim Iethro imitatus in eos iraſcitur, qui de tem- de conſid.
poraneis tantùm ſolliciti, potiora negligunt. *Sed cum ſis Paſtor, & Epiſcopus ani-* c.3 4. & 6.
marum, ne ſuſtineas coram te ſemper garrire leges Iuſtiniani, lites, contentiones, &
cauillationes populorum, quæ ſunt afflictio ſpiritus; ſed memineris tuum eſſe munus
ædificare Eccleſiam, incumbere Religioni, orare, & docere populos ea, quæ ad Deum
pertinent. Ne vero ex his à temporaneis etiam rebus neceſſariò agendis ſe penitùs
auertat & deſtuat charitatem, pariter addit. *Non dico tibi, vt te ſubtrahas, ſed*
quod non tradas te totum; non ſuadeo rumpere ſecularia, at incumbere pietati.

Vigilem Epiſcopum fore in ſuà familià
D
gubernandà: Cap. LII.

NON conſanguineis tantùm ſuis & nepotibus, at toti domeſticæ familiæ 1.Tim. 3.4.
euigilare tenetur Antiſtes, iuxtà ea, quæ in eo Apoſtolus exigit, *Domui* D.Hier ad
ſuæ benè præpoſitum: quos in alijs exteris temperare vult mores, priùs in ſuis com- ocean.
ponat oportet. E ſuâ domo probitas in alias emanet, *vt quod populo præcepturus* D. Ber.l.4.
eſt, (Epiſcopus) priùs à domeſticis exigat, ait Gregorius: huiuſmodi aulicos apud de conſid.
te habeas, ad Eugenium Pontificem Diuus Bernardus ait, qui ſpeculi chriſtalli-
ni inſtar ad maculas ſuas abſtergendas alijs inſeruiant: plerique vulgi ſermones
& cen-

& cenſoriæ omnium notæ in Epiſcopi poriſſimum familiam collimant, è cuius regimine eius capacitatem ad diœceſis regimen populi omnes expendunt: certum A enim illud ex Apoſtolo eſt, *Si quis autem domus ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſia Dei diligentiam habebit?* Qui regere domum ſuam ignorat, quinam populos innumeros regat? Qui ſuæ domus integritatem non ſeruat, an alios reddat innocentes? qui ſeruorum licentiam coercere non poteſt, an eos compeſcat, quorum vitia vel potentia fouet, vel libertas ſuffragatur: quis ſanè inficietur, quod vt ait Theodoretus, *Qui parua neſcit adminiſtrare, quomodo poterit ei credi cura præſtantiorum ac diuinorum?*

1.Tim. 3.5.

Theod. in 1. Tim. 3.5.

Gymnaſii inſtar Epiſcopi domus ſit, è qua pietatem probamque viuendi normam populi addiſcant oportet; ſi namque emergerent ex ijs domibus vitia, quæ virtuti tantum deſtinantur, quis ea repellat? Quàm doctè & piè Hyeronimus: *Domus Epiſcopi, quaſi in ſpeculo poſita, magiſtra eſt publica diſciplina; quicquid fecerint, id ſibi omnes faciendum putant.* Hinc ſapientiſſimè Pio Quinto in votis erat, vt eos apud ſe famulos haberet, qui rectiſſimè viuendi præberent alijs exemplar; B nec enim de ſuis tantùm criminibus redarguetur à Iudice Diuino Præſul, ſed de iis etiam, quibus ſerui implicantur; ad quod ea Regij Cytharedi vota referenda ſunt, *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo.* Sanè de Purpuratis Vaticani Senatoribus Diuus Antoninus teſtatur, ingenti reatu obſtringi, ni contendant, vt piè viuant, & à vitiorum via deflectant.

D. Hie. ep. ad Eliod.

pſ. 81. 17. Euthim. ibi. D. Antoni. p. 3. tit. 22 c. 2.

Quin Pauli Iuriſconſulti lege in Pandectis Legati obſtringuntur, vt de ſuorum Seruorum ſceleribus rationem ipſi dicant, pœnaſque luant: *Legati ex delictis in legatione commiſſis coguntur iudicium Romæ pati, ſiue ipſi admiſerint, ſiue ſerui eorum.* Huiuſmodi autem ſocordia ſi fuerit, non tantùm æterna Præſulum ſalus periclitatur, ſed ingentem ſuo nomini notam inurit, ſeque eorum criminum conſortem quodammodo præſtat; magna enim è ſeruorum licentiâ ſuſpicio infertur, quod & iiſdem domini polluantur: ex eorum imagine dominorum exemplar iudicatur, & ex eorum operibus; quò Domini voluntas flectat ſuffragio inconcuſſo cognoſcitur: vererem de hoc habes à Clemente Alexandrino paræmiam; C *Qualis Domina, talis & catella*: è quibus fortè Diuus Ambroſius ſuam explicauit ſententiam. *Qualis forma fuerit Domini, talis totius domus eſt ſtatus*: hinc Martialis Domitiano adblanditurus ait.

l. non alius. ff. de iudic.

Clem. Ale. l. 3. Pædag. c. 12.

Martial. l. 9 epig. 82.

Nemo ſuos (hæc eſt aula natura potentis)
Sed Domini mores Cæſareanus habet.

De Tiberio Tacitus refert, quod cum in ſuo regimine adminiſtrando oculatiſſimus eſſet, exoptabat, vt aulici, quorum famulatu vteretur, nec integræ famæ eſſent, ne ſibi populi amorem & ſtudia compararent, nec vitioſi aut perditi, ne eorum criminibus ſuummet nomen denigraretur. *Ab optimis periculum ſibi, à peſſimis publicum decus metuebat.* Rixas inter Abrahæ & Lothi Paſtores, ex his Domini genium imitantibus etiuatas, Philo Hebræus teſtatur, cum illi mitiſſimi eſſent, vt ſe Abrahæ lenitati accommodarent. *Propter ſui heri manſuetudinem.*

Philo l. de Abraham.

E vitiorum receptaculo paleſtra virtutum euaſit Syracuſani Dyoniſij aula, cum D Philoſophiæ addiſcendæ cupidus Platonem audiret; adeò verùm eſt ad Domini ingenium ſe facilè ſeruos flectere, quo argumento vſus Iſocrates eſt, vt Principem ſuum ad optimi nominis famulos ſibi eligendos excitaret. *Principatum adeptus nullus improbi miniſterio vtitur: nam quicquid ille deliquerit, ſibi velut auctori imputabitur.*

Iſocr.

Sapientiſſimè etiam Auguſtum Mœcenas admonuit, vt quàm maximè in ſeruorum moribus euigilaret, eorumque facultatem in officio contineret; ex eorum enim operibus Principis genium populi metiuntur. *Talem te cuncti cenſebunt, qualia eos facto exercere permiſeris.*

Dion. ſer. 52.

Hinc in Præſules incommodum aliud effluit; e ſeruorum enim prauitate odium populorum offendunt, & vulgi circumforaneis confabulationibus feriuntur, licet alioqui ſpectatiſſimi in ſuis moribus ſint, & integerrimâ regiminis formâ ſuas res adminiſtrent. Grauiſſimè igitur ad Senatores Romanoſque Principes Caſſiodorus ſcripſit. *Interſit igitur ſplendorem veſtrum, moreſque mediocres; refugit tales familiares*

Caſſ. l. 1. ep. 30.

res, qui ſint iniuriarum miniſtri, qui honori veſtra nitantur adſcribere quod delinquunt; & dum lenitates ſuas aſſerere cupiunt, veſtram reuerentiam implicare contendunt.

Prudentiam, quam vbique maximam Cæſar oſtentauit, hac in re quis credat, exuit: vt enim Procerum aliquorum genio indulgeret, Senatus & populi odium in ſe obarmauit; Tragœdiam illi ſuam egerunt, Brutum & Caſſium illi in Cæſa-
A reum ſanguinem excitarunt, quod ad poſterorum documentum Plutarchus ſic refert. *Fuit præterea eius ſugillatio Dolabellæ furor, Amintij auaritia, ebrietas Antonij, & Cornificius ſector Pompeij domum eius mutans quaſi non ſatis amplam; hæc enim populum Romanum mordebant.* Plut in Cæſ.

Prærerquamquod quiſnam de vitioſi famuli amore ſecurus vnquam fuerit? an homini fidem præſtet, qui Deo fidem ſeruare neſcierit; non domini fœlicitas illi cordi erit, ſed ſua, & verſipelli ſemper animo & linguà domini bonis ſua præhabebit. Quàm venuſtè Bernardus, *Familiares tui, ſi non ſunt ſpiritales, non diligunt te, ſed tua; immo nec te, nec tua, ſed quæ ſua ſuntquærunt.* D.Bern.de conſid.

§. I.

VIDEN igitur, quàm oculati futuri Præſules ſint in famulis eligendis? maximi momenti res hæc eſt, nec leuiter & perfunctoriè facienda; Principum & Magnatum commendationes tunc habeant locum, cum probitos nobis viros
B nullaque notâ obſcuros nobis ſubminiſt[r]ant; cæterùm ſi hæc abfuerint, reijciantur. Quàm eximius hac in re Diuus Carolus fuit, qui poſt maturam & ſolertem de ſeruis eligendis exquiſitionem habitam, antequam eos domi ſuæ exciperet, ad faciendum quaſi tyrocinium per aliquot hebdomadas in aliena domo eos detinebat. Giuſſan. in vit.S.Car. l.2.c.3.

Haud ignoro difficillimum opus hoc eſſe, eòque noſtræ ætatis euaſiſſe corruptelam, vt probari vix probique famuli reperiantur; ſi probatiſſimæ integritatis viros ſortiri non liceat, ſaltem vitioſi non ſint, iiſque ſimiles, de quibus Seneca: *Nec hoc præceperim tibi, vt neminem niſi ſapientes attrahas: Vbi enim iſtum inuenies, quem tot ſæculis quærimus? pro optimo ſit minimè malus.* Inanis enim ſpes e[ſt], vtè noſtro conſortio ad meliorem illi frugem aſſurgerent; nec enim, vt lepidè a[i]t
C Diuus Bernardus, hæc miracula in aulis videntur; cum potiùs in ipſis virtutes ipſ[æ] in vitia, turpiſſimâ conuerſione immutentur. Senec de tranq. ani. c.7.

Quod igitur in ſuæ domus tympano Græcorum ſapientiſſimi, teſte Clemente Alexandrino, inſculpebant, hoc in animo Præſul inſcribat. *Nihil ingrediatur mali.* Cle. Alex. 7.ſtrom.

Vt verò iam famulorum numero ſunt adſcripti, Antiſtitis eſt eorum mores, verba, familiaritates ſolerti cuſtodiâ ſeruare, ne in aliquod fœdum impingant, quod eorum domus impuret. Parentum familias, deſidiam, & inertiam validè confodit & iugulat Dinus Hyeronimus, vt poiè qui propriæ domus errata vltimi ignorent, *Solemus mala domus noſtræ ſcire nouiſſimi: ac liberorum, & coniugum vitia, vicinis canentibus ignorare.* Quantò magis hoc in Epiſcopo damnandum; & quam palmare in eis flagitium eſſet, ſi ſuæ familiæ crimina, poſtquam per triuia & fora circumuagata liberè fuerint, eorum aures attingant. DHieron. cont.Salin.

D Sicut igitur prudentiæ eſt ad aliqua cœcutire, nec leuiſſima quæque ſubtili inueſtigatione perquirere; ſic etiam maximæ pietatis eſt, vigilem in ijs potiſſimùm eſſe, quæ ſi maiorem in molem excreuerint, perniocioſiſſima erunt, populumque totum vitiabunt. Moderata igitur & ſimul ſollicita cuſtodia noſtra ſit, adeo vt compertum famulis noſtris ſit, auritos, & oculatos nos eſſe, ad eorum mores indagandos & agnoſcendos. Eugenium Pontificem de hoc à Diuo Bernardo admonitum audi. *Multa neſcias, plurima diſſimules, nonnulla obliuiſcaris; ſunt tamen quæ ignorare te nolim, mores quorumcumque & ſtudia. Non oportet, vt vitia domus tua vltimus ſcias, quod quamplurimis nouimus contigiſſe; quapropter vt dixi, alius*

lebat, *vt Eccleſiæ formam quandam repræſentaret*. Ea Regij Cythariedi verba, *magnificate Dominum mecum*, Diuus Auguſtinus explicans, docet ex eo ſatis noſtrum erga Deum amorem innoteſcere, ſi nempè conſanguineos, amicos noſtroſque domeſticos ad eiuſdem amorem trahere contenderimus. *Si amatis Deum, rapite omnes ad amorem Dei, qui vobis iunguntur, & omnes, qui ſunt in domo veſtrà.* Euſeb. de vita conſt. l.4 c 13. Pſ 33 4. & ibi Aug.

A

Iam verò vt ad ea progrediar, quæ ad modeſtiam referuntur, eò magis neceſſaria hæc in aulicis viris eſt, quò faciliùs hi ſui domini potentia & dignitate abutuntur, & vitiorum licentiam magis fouent, quo magis eis patrocinantis auctoritas fauere videtur; ad hoc euitandum, quod pernicioſiſſimum tùm populi tranquillitati, tùm domini famæ eſt, ſe ſimul & aſperum, & oculatum Antiſtes oſtendat; ſapientiſſimè enim Aſiæ Proconſulem Quintum ſuum fratrem inſtruens Romanus Orator, ait, duobus hiſce fulcimentis tantæ dignitatis molem inniti, hoc eſt ſuâ integritate, ſeruorumque modeſtiâ. *Sint hæc fundamenta dignitatis tuæ: tua primum integritas & continentia; deinde omnium, qui tecum ſunt, pudor.* De Traiano Plinius etiam memorat, tàm ſollicitè virtutem hanc in ſuis famulis excoluiſſe, vt magnificentiſſima eius aula priuatam aliquam domum referret: Præ cæteris tamen Syonius Rex in hac enituir, ea obteſtatus: *Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam*: ſi modeſtiæ fines egreſſus, nimiaque licentia inſoleſcens quis è meâ familiâ vitijs ſe polluerit, procul à me, meaque aulâ ſit; procul à Regiâ meâ diſcedat, ne à Dei regia ipſe repellar. Sanè Diua Brigida, Chriſto ipſo mandante cuidam Epiſcopo, pro quo preces illa ſuas ardenter obtulerat, præcepit, vt ſi quis è ſuis famulis ab aliquo crimine, de quo fuerat correptus, animum ſuum non auerterit, procul à domo ſua eum reijceret. *Quem ſi retinueris propter commodum & conſolationem temporalem, non erit immunis à peccato eius.* Cic. ep. 1. ad Quint. fr. Plin. in paneg. pſ. 100. 6. Brig l.3. reuel. c. 1.

B

Duo autem ſunt, quibus ad modeſtiæ legem facilè componere ſeruos liceat. hoc abundè primò præſtabimus, ſi debitam cuique menſtruam mercedem tribuerimus; qui enim nulla mercede accepta famulatum nobis exhibent, faciliùs illicitis adhærent, & confidentius cum domino verſari præſumunt, vt potè qui, ne ingratus videatur, ad eorum noxas caligare & obmuteſcere propemodum teneri videatur. Alterum eſt, ne ex eis aliquem ſingulari aliqua beneuolentiâ præ alijs proſequatur, vel ei ſui regiminis arcana aperiat; hine enim fit, vt metuens, ne ex aliquo moleſto euentu fidem violet, plura diſſimulare cogatur Deo ipſi iniurioſa: perraró enim contigit, vt qui ſui domini gratiam aſſequuntur, non ſe audacius efferant, & ampullato quodam tumore nimis inſoleſcant: frequentiſſima hæc in aulis ſunt, mihiq; de magni nominis & prænobili Præſule meoque familiari compertum eſt, quod cùm ſeruuli cuiuſdam arbitrio ſui regimen dederit, non tantùm ad maiorum adeptionem honorum ſibi viam præripuit, ſed poſt multa incommoda ſublata, illaudatus & inglorius interijt. Illud de Diuo Hannone Colonienſi Præſule quis ſine horrore peruoluerit? eius enim famuli, cum ad iter à ſuo domino faciendum auim quandam à mercatore locatam violenter flagitaſſent, in eos & in Præſulem tanto furore tota plebs & mercatores omnes & nobiles exarſerunt, vt non eius tantùm fama obſcurata fuerit, ſed eius pariter vita ad extremum fuerit adacta diſcrimen. Sur. 4. Decemb. l. 7. c. 20.

C

Ex his autem peractis dominorum ſtudijs, quem fugit totam domum perturbari, rixis, oblocutionibus, inuidiâ, moleſtijs impleri, & quod deterius eſt, ex vnius beneuolentiâ omnium odium in dominum deriuari? cum enim, vt Diuus Hyeronimus ait, *querulum ſeruorum genus ſit*, ipſorum obtrectationibus carpuntur & lacerantur. D Hier. de vit. côturb.

D

Pari igitur menſurâ ſerui omnes habeantur, & quemadmodum leniter & benignè cum eis agendum eſt, ſic etiam ſua ſemper grauitas maieſtaſque ſeruanda, adeò vt amori timor, amor timori miſceatur. *Vt non de ſeruitute ſis oneri, neque de familiaritate contemptui.* ſic Bernardus. Bernar. de conſid.

Quoad ea, quæ ad caſtitatem ſpectant tàm religioſa & integra Epiſcopi domus eſſe debet, vt non ab vllâ tantùm macula abſit oportet, ſed ab ipſamet vel leui ſuſpicione diſcedat. Cardinalem Batthotium è regio Poloniæ ſanguine DiuusCarolus

rolus Borromæus de hoc inſtruens pronunciauit, ne quidem eum domi habendum, qui caſtitatem ſolis vocibus obſcuraret, duoſque deſignandos pios viros, qui aulicorum honeſtos mores expenderent, ſuumque dominum de illis admonerent.

Lubrica res hæc eſt, & maximè vitrea; adeoque vulgi confabulationibus & iocis ſe ſuumque Præſulem ſeruus ille obiectat, qui cum fœmina aliquâ ſuſpicioſa verſatur. Quotieſcumque igitur aliquem ſeruis ſuis adſcribit, clarè ipſi men- A tem ſuam patefaciat, & de honeſtate religioſiſſimè ſeruandâ eum informet. Potiſſimùm autem à domo ſua comptulos & elegantulos quoſdam arceat; facillimè enim hi in quæcumque vitia prolabuntur, fœdaſque de ſe ſuſpiciones inſinuant. Sed aptiſſimè ad hæc proloquentem Diuum Bernardum accipe Pontificem Eugenium inſtruentem; *Diſcant à te Coepiſcopi tui matulos pueros & comptos adoleſcentes ſecum non habere; certè inter mitratos diſcernere ſubmitatos non decet.*

D. Bern. l. 4 de conſid. l. 4 ad fin.

Singulariter autem in ijs hoc aduertendum eſt, qui cubiculo noſtro præficiuntur, vt noſtræ ſimul famæ & honeſtati conſulatur: quin decet, vt Presbyterorum operâ ad hoc vtatur ſuarumque rerum ſpectatores eos ſimul habeat & teſtes: legem de hoc Diuus Gregorius in Generali Concilio ſcripſit, refertque inter ſacros Canones Gratianus. *Cum Paſtoris vita eſſe diſcipulis ſemper debeat in exem-* B *plo, plerumque Clerici, qualis in ſecreto ſit vita ſui Pontificis neſciunt, quam (vt dictum eſt) ſæculares pueri ſciunt: de qua re præſenti decreto conſtituo, vt quidem ex Clericis, vel etiam ex Monachis electi, miniſterio cubiculi Pontificalis obſequantur, vt is, qui in loco regiminis eſt, tales habeat teſtes, qui vitam eius in ſecreta conuerſatione videant, qui ex viſione ſedula exemplum profectus ſumant.*

c. cum Paſtoris 5. 8. 2. q. 7.

Sur. in eius vita 2. Maij.

Hinc factum, vt nunquam adoleſcentulos ſuis famulis Diuus Antoninus Antiſtes adſcripſerit, & Diuus Bernardus Ardutionem Epiſcopum inſtruens, præ alijs eum de hoc admonuerit, vt ſcilicet *Bonos in concilio, bonos in obſequio, bonos habeas contubernales, qui vitæ, & honeſtatis tuæ, & cuſtodes ſint, & teſtes.*

De Vicario alijſque Adminiſtris eligendis, ſuoque Tribunali cuſtodiendo.

Cap. LIII.

SI ſuis in famulis eligendis oculatiſſimus eſſe debet Antiſtes, quantò magis in C ſuo generali Vicario, ſuiſque adminiſtris eligendis ſolertiam omnem debet exercere, quorum manibus ſuam famam, quietem, conſcientiam, populorumque tranquillitatem committere debet: ſanè ex Oleaſtri ſententiâ tam graue magnumque opus hoc eſt, vt in hoc vno vires omnes ingenij debeat Antiſtes impendere.

Oleaſt. q. 18 Exod.

Commendatiſſimus hac in re (licet è Chriſtiani nominis odio abhominandus) Valerianus Cæſar fuit; ij enim omnes, quos ipſe exercitibus ducendis præfecit, Trebellio narrante, Cæſares omnes euaſere.

Trebell. in vita trigin. c. 9.

Verum quidem eſt, perexiguos inueniri adminiſtros probati nominis, & numeris omnibus abſolutos. Haud tamen his terreantur Antiſtites, ſuoque operi D deficiant, & Chriſtum imitati, qui ad nos inſtruendos, Apoſtolos electurus *erat pernoctans in oratione* ſolertiam omnem in eo adhibeant; tùm quia è prauæ electionis exordio, innumeri ſcatent errores, vt enim Baldus docet, penes Vicarium non tam temporanea Epiſcopalis poteſtas, ſed etiam ſpiritalis eſt; tùm ne poſteà de peractâ electione pœniteat: hæc omnia ferè euitaueris, ſi peritum aliquem & expertum virum elegeris, quique cum magnæ virtutis famâ hanc Spartam alibi coluerit. Illud id eſt, quo Eugenium Pontificem Diuus Bernardus inſtruxit. *Cura tibi maximè ſit introducere tales, quos poſtmodum introduxiſſe non pœniteat. Turpe eſt tibi ſæpius retractare quod feceris, & indicium tuum frequenter*

Luc. 6. 12.

D. Ber. de conſid. l. 4. c. 4.

ter

ter periclitari non decet; & ideo, ſi fieri poteſt, viros probatos oportere deligi, non probandos.

Quàm autem egregiè dotes eas, quibus exornandi huiuſmodi viri ſunt, Moyſi ſuo genero, dictante Deo, Iethro ſocero expreſſit. *Prouide autem de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam.* Primò itaque requiritur, vt potentes viri ſint *viros potentes*, conſtantes, imperterriti, & in iuſtitia tuendâ fortiſſimi, quique diuinæ tantum voluntati ſtudentes alienam potentiam deſpiciant, & pro ea implenda ad quæcumque perferenda ſint paratiſſimi, iuxtà ea, quæ in Iudicibus Deus requirit: *Noli quærere fieri iudex, niſi* A *valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua.* Exod. 18. 25. Exod. 7. 6

Tam religioſè legem hanc Traianus Cæſar è Plinii ſententia ſeruauit, ſi quando ab æquitate deflexerit, adeòque gladium Præfecto Prætorij porrigens ait: *Illo pro me, quandiu æqua mandauero; ſin iniqua, contra me vtere.* Traian.

Virtuti huic ſapientia ſimul adiungatur, ne in temeritatem deſeiſcat; hinc pro *potentes viros, ſapientes* habet Piatiniana lectio; ijs enim apprimè debent eſſe eruditi, quæ vel Iuriſprudentia, vel Canones, vel Theologia moralis docet: nec enim bona voluntas ſufficit, ſi illa defecerint, quibus ad res populorum agendas intellectus neceſſario illuſtrandus eſt. Vgul. de off. epiſc. c. 4. §. 8. nu. 3.

Quam in ſententiam eadem verba Moyſes ipſe vſurpauit, eum populum alloquens ait. *Date ex vobis viros ſapientes & guaros, & quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, & ponam eos vobis principes.* Deut. 1. 13.

Potiſſimi autem eſt, quæ ſecundò apponitur, omniaque ferè complectitur, id B eſt Dei timor. *Timentes Deum:* ineluctabile enim illud eſt, *Timor Domini ſuper omnia ſe ſuperpoſuit.* Quis crederet è metu fieri nos audaces? ſi namque Dei legem timuerimus, ſeruili mundi timore conculcato in eos omnes facilè aſſurgemus, qui diuinæ voluntati reluctari contendunt; huiuſmodi ij erant, de quibus Regius Vates ait, *Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.* Eccl. 25. 14 Pſ. 110. 6.

De Moyſe Ioſeph Hebræus refert, quòd ſtaturâ lege Iudæis præceperit, vt in iuſtitiâ facienda, nullâ perſonarum habitâ ratione, cæteris illam omnibus præhaberent; nec enim cum Dei vices agant, timere vim hominum debent; ad quam C pariter rē ſatis aptè Federicus Tertius Cæſar reſpondit ijs, qui ſciſcitati ab eo fuerunt, quinam è ſuis adminiſtris eius magis voluntati placeret, *Eos qui non magis me, quàm Deum timent.* Deum igitur timeat Iudex, & protinus abſolutiſſimè ſatis Iuſtitiæ faciet, non familiaritatem, non ſanguinem, non vtilitatem reputans; agendas cauſas expediet, facilè omnibus ſui præſtabit alloquium, eaque ratione cuncta librabit, quâ in Sanctuarij lance expendenda à Deo ſint, eum coram vniuerſi oculis erunt exhibenda. Ioſ. l. 4. de Antiq.

In quibus ſit veritas: aliam hìc habes dotem, qua ad verſipellem animum exuendum, fraudes & dolos abijciendos ſoli veritati mancipatus excitatur; egregium illud eſt, quod Diodorus Siculus refert, quòd cum ſimul in ſpatioſa aulâ iudices conuenirent, eorum Præfectus Veritatis nomen collo appenſum gerebat, ingen-D ti fulgentiſſimoque Zaphiro inſculptum; ad quæ Elianus hæc narrans ſubdit. *Ego vero iudicem non tam ex lapide ſculptam, aut expreſſam veritatem circumferre, quàm in animo menteque infixam habere velim.* Diod. Sic. l. 2. ver. ant. c. 2. Elian. de var. Hiſt. l. 14.

Huiuſmodi veritatis voce etiam inſtruitur, ad fideliter & candidè eum ſuo Præſule agendum, eique omnia ingenue referenda: eaque arcana ſeruanda, quæ ei committuntur; huius generis adminiſtros, & omni longè fallacia alienos, Regius Vates apud ſe optans aiebat, *Oculi mei ad fideles terræ*, hoc eſt vt è Chaldeo habetur *ad veraces*: ſanè in tantâ rerum affluentia, quâ Principes viri exundant, hoc vno, Senecâ teſtante, indigent, eo nempè qui veritatem ei patefaciat. Magno huic Philoſopho Magnus Rex Ludouicus Vndecimus Galliarum adhæſit, qui vnam tantum ſibi regales inter opes rem deficere affirmans, interroganti reſpondit, hanc eſſe *Veritatem*: Accommodatiſſima hîc Epiſtola eſt, quam ad Amanum Rex Aſſuerus ſcripſit; ille enim veritatem ei obuelans, ad ingens & diriſſimum facinus eum adduxiſſet, ni Reginæ Eſtheris opera ab occulto flagitio ſe remouiſſet, Pſ. 110. 6. Eſter. 16. 2.

ſet. Non Ethnicum hæc ſcripta referunt Principem, ſed Chriſtianum, adeoque in ſacris paginis exarandum Diuinus Spiritus dictauit.

Extrema iam dos perpendatur à Iethro indicata, *Et qui oderunt auaritiam*: reliquarum omnium corona hæc eſt; ſi namque auaritiæ Iudex laboret, & immodico opum æſtu ſuccendatur, quamuis moribus integerrimis excellat, nequiſſimus tamen erit, nullamque prorſus fidem vel Deo vel ipſi bonitatem ſeruabit. Nil magis Iudicis nomen obſcurat, nullaque turpiùs macula eius fama ſordeſcit, quàm A auaritiæ: *Auaro nihil eſt ſceleſtius*: quî enim coram iſto contendere pauper cum opulento poſſet, ſi muneribus eius ratio excœcatur, iuxtà illud Dei effatum, *Xenia & dona excæcant oculos Iudicum*. Quamobrem cum nimis religioſus à quibuſdam argueretur Alcamenes Spartanus apud Plutarchum, eo quòd Meſſeniorum dona repuliſſet, illud reſpondit, *quia ſi accepiſſem, cum legibus pacem habere non potuiſſem*: ac ſi muneribus, militari veluti machina, iudicis animus non quatiatur tantum, ſed euertatur & penitùs profligetur. Quin, ſi Nazianzeno Magiſtro fides fuerit, occultam quandam & ferè ineluctabilem tyrannidem ad humanos animos ſibi ſubigendos munera exercent; hinc ſapientiſſimè docuit Seneca, quòd ad libertatem ſibi ſeruandam, munera repellere quiſque à ſe debet, cum ijs quaſi vinculis quibuſdam mancipetur. B

Plutar. in Lacon.

D. Nazian.

Iſai. 33. 15. Eadem ferè loquendi formulâ vti Iſaiam ego expendi, qua virum quocumque culmine honoris dignum exprimat ac eum, qui Iudicis munus ſortiatur. *Qui habitat in iuſtitijs, & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas, vt audiat ſanguinem, nec claudit oculos ſuos ne videat malum: iſte in excelſis habitabit*. Maximè compoſitos ſenſus habere ad hoc ipſe debet, pedes, ne in iuſtitiâ adminiſtrandâ claudicet, nec à rectâ viâ deflectat, manus, ne eas acceptis donis impuret, aures, vt ab eis importunas vel affinium, vel amicorum preces amoueat, oculos ne pulchritudine capiantur.

§. I.

DECET præterea, inquit Iethro, vt vulgaria leuiaque negotia ſuâ operâ adminiſtri expediant, ſed grauia & maiora ad Moyſem, tanquam ad arbitrium referrent. *Quidquid autem maius fuerit referant ad te, & ipſi minora tantummodò iudicent*.

Exod. 18. 22.

Deut. I. 17. Magni momenti in ſacro regimine hoc eſt, & ex ipſo Moyſe nobis exemplum habetur: *Quod ſi difficile vobis aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam*. Palmari errore decipitur Vicarius ille, qui difficiliora ad ſuum Epiſcopum non affert, vt conſilium ab eo capiat, & ſimul aliorum querelas à ſe auertat. Longè tamen grauiùs Epiſcopus errat, qui alienæ diligentiæ totus incumbens, curam omnem enitat, vt dormitet & torpeat, ac ſi de ſuorum adminiſtrorum operibus nulla ſit ab ipſo Deo iudici ratio reddenda. C

Studeat igitur impensè Antiſtes, vt ſuo muneri, eà qua par eſt ſolertiâ, Vicarius vacet, & cauillationibus abſciſſis vaniſque contentionibus extinctis, cauſas ſibi propoſitas expediat; nequiſſimi enim ſunt illi, qui lites in longiſſimum tempus abducentes, immortales eas videntur efficere: in hos validiſſimè Diuus Bernardus & Hugo Cardinalis ſuum ſtylum exacuunt. *Corrige prauum morem, & præcide linguas vaniloquas & labia doloſa claude: Ergo illas, quas ad te neceſſe eſt intrare cauſas (neque enim omnes neceſſe erit) diligenter velim, ſed breuitèr decidere aſſueſcas, fruſtratoriaſque, & vexatorias præcidere dilationes*: ſic ipſe: quod maximè agendum videtur, vbi viduarum, pupillorum, & pauperum res agitur. Si autem Carolus Magnus, & & Galliarum Rex Ludouicus Duadecimus ſingulari lege prophanos Iudices obſtrinxerunt, vt huiuſmodi cauſæ quibuſcumque alijs præponerentur; quid Epiſcopo faciendum reor, qui miſerorum Pater & Patronus eſt? hi ſanè præ alijs à Deo ſacris Præſulibus commendantur iuxtà ea, quibus Hyeremias comminatus olim fuit: *Cauſam Viduæ non iudicauerunt, cauſam* D

D. Bern. de conſid. l. 1. c. 10.

Hier. 5. 28.

pupilli

pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non indicauerunt; nunquid ſuper his non viſitabo, & ſuper huiuſmodi non vlciſcetur anima mea?

Quin aliquandò expediet, vt ad huiuſmodi celeriùs expedienda, ſuammet ope-
A ram Præſul impendat, cum ad ipſummet Supremum Pontificem hæc ſpectare Diuus Bernardus affirmet. *Cauſa viduæ intret ad te, cauſa pauperis, & eius qui non* D.Ber. l p. *habet quod det*: quid hic Bernardum proferam, cum Deum ipſum hæc dictantem cap. 10. de habeam? *In indicando eſto pupillis, vt pater, & eris filius altiſſimi obediens.* Dei conſid. Eccl. 4. filiorum numero adſcriberis, ſi pauperes omnes filiorum loco habueris & ſeruaueris.

Hoc autem tùm ſingulariter præſtandum à nobis eſt, cum pauperum querelas audimus. Vt Paleſtinæ regimen Saul excepit, ad populi protinùs clamores expergefactus accurrit. *Quid habet populus quod plorat?* Suo Principatui optimum 1. Reg 45. dari exordium cenſuit, ſi populorum gemitus & querelas audiret.

Quàm verò neceſſarium ſit, vt in Vicarii operibus inquirendis peruigil & oculiſſimus Epiſcopus ſit, Petrus Bleſſenſis ſatis oſtendit; ſuâ enim ætate, quampluſrimos fuiſſe ait, qui non tantùm aliqua è recenſitis hactenùs ex Apoſtolo dotibus non præſtarent, ſed quod deterius eſt, ſimul cum ſuis Epiſcopis in populorum perniciem auaritiæ ſtimulis acti conſpirarent; & quamuis, Deo fauente, tam deformia monſtra longè ab hac noſtra ætate diſcedant, adhuc tamen ad poſterorum documentum tanti ſcriptoris verba grauiſſima placet afferre. *Credo huiuſmodi officia-* D Bleſſen ep 25. *les* (ſic non rarò Epiſcoporum Vicarij appellantur (*non ab officis nomine, ſed ab officio verbo mutuaſſe vocabulum; nam genus hoc hominum, quod dicunt officiperdi. Tota officialis intentio eſt, vt ad opus Epiſcopi ſua iuriſdictioni commiſſas miſerrimas*
B *oues, quaſi vice illius tondat, emungat, excoriet: iſti enim ſunt Epiſcoporum ſanguiſugæ, euomentes alienum ſanguinem, quem biberunt; quia teſtimonio ſcripturæ diuitias, quas congregauit impius, euomet, & de faucibus illius extrahet eas Deus: iſti ſunt quaſi ſpongia in manu prementis, quaſi quadam colatoria diuitias ſuis dominis influentes, & execrandis acquiſitionibus nihil ſibi, præter peccati ſordem, etiam fęculentiam retinentes, &c. Officium officialium, quarum te numero aggregaſti, hodie eſt iura confundere, ſuſcitare lites, tranſactiones reſcindere, innectere dilationes, ſupprimere veritatem, fouere mendacium, quæſtum ſequi, æquitatem vendere . . . . . . exactionibus, verſutias concinnare: & vt multa ſub verborum paucitate concludam, dum omnia venaliter agunt, filij auaritiæ, ſerui mammonæ, ſe diabolo venales exponunt.*

C Quàm fœda corruptela eſſet, ſi leges & Canones, quarum defenſioni deſudare debent Epiſcopi, in ſuo Tribunali peſſundarentur, & abiecto ſquallore ſordeſcerent, adeò vt illud Diui Cypriani locum haberet, *Inter leges ipſas delinquitur, in-* D.Cipr. ad *ter iura peccatur*, & cum furta puniuntur, impunita vagantur & laſciuiunt ſacrile- Donat. gia: idque affirmari poſſet, quod Romanorum ſapientiſſimus peracutè ait, *Fures* Cato. *priuati in compedibus, publici in auro vitam agunt.*

Miſer equidem Antiſtes ille eſſet, qui non tantùm integros, omnigenaque probitate conſpicuos adminiſtros non haberet, ſed ea potiùs prauitate pollutos haberet, vt facilè illo tabo corrumperentur & ipſi; ſyderibus ijs adſimiles, quæ ſuapte indole benefica & mitia, è proximarum maligno ſtellarum aſpectu vitiantur & in ferocem naturam immutantur.

Miſerrimus omnium dicendus ille eſſet, qui, vt Bleſſenſis indicat, Vicarij ſui opera vteretur ad ſuarum cupidinum irritamentum, ad inſoleſcentium fomitem vi-
D tiorum: hinc enim libertate deperditâ, qua eius crimina poſſet animaduertere, in ſcelerum omnium palæſtram ipſum Sanctuarium immigraret, *Quod Deus auertat.*

De

De obſeruantiâ, & obedientiâ, quæ Maximo Pontifici ab Epiſcopis exhibendâ eſt. Cap. LIV. A

E Plurimis, quibus obſtringuntur Antiſtites, maximum illud eſt, quo ad ſingularem quandam obſeruantiam Supremo Chriſtianæ Religionis moderatori exhibendam adiguntur, non tantùm ratione ſupremæ dignitatis, qua diuinitatis ſuffragio decoratur, ſed è ſingulari quodam nexu, quo ab illo, velut è fonte, riuuli pendemus: hinc ſolemni Sacramento nos ei obſtringimus, noſtramque fidem ei iurati ſpondemus, & demùm, eo quòd ad Pontificem tanquam ad noſtrum non Patrem tantùm, ſed Patronum noſtrumque refugium referamur.

Vt autem compoſitè procedamus, iure merito Summus Pontifex obſeruandus nobis eſt, tanquam Caput Eccleſiæ viſibile; hoc enim titulo (tingant licet Hæretici) tùm Græci, tùm Latini Magiſtri ſanctiſſimi, omniumque Catholicorum ſuf- B
C Bellarm. Contr. c. 1. de Roman. Pont. l. 2. a c. 12. vſque ad fin. Cant. fragium, vt latè Cardinalis Bellarminus oſtendit, eum compellant, adeo vt Diuus Ambroſius ad Romanum Pontificem ea referat ſpecioſa verba, quibus Eccleſia ſponſa ſuum ſponſum decorauit, *Caput eius aurum optimum*; ac ſi totus aureus Pontifex omnibus paternæ vi charitatis effulgeat. Si autem ſupremus omnium conditor poſt hanc vniuerſi molem tantâ rerum concinnitate copiâque affluentem è nihilo eductam, Adamum effinxit, quem tanquam Principem ad eius poſſeſſionem præficeret, an non congruum erat, vt ſacro hoc mundo compoſito, Caput & Monarcham ei deſignaret, cuius arbitrio temperetur? faueat huic cogitationi
D. Bern. de conſid. Bernardus. *Ex ipſo Orbe exeundum illi foret, qui fortè, quænam ad Summi Paſtoris pertinet, curam exploraret.*

Si autem de effingendo Adamo tota ſimul diuina Trias in eo ad ſuam imaginem
Geneſ. & ſimilitudinem faciendo conſpirauit, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*: ſic pariter in Pontifice Maximo totam Chriſti ſimilitudinem collocauit, eiuſque excellentiam, maieſtatem, virtutem, tanquam in ſuo ſimulachro complexus fuit. Fruamur iterum Diuo Bernardo, hunc de Pontifice ſermonem habente. *Tu Princeps Epiſcoporum, tu Hæres Apoſtolorum, tu Prima-*
D. Ber. l. 2. de conſid. *tu Abel, Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchiſedech, Dignitate Aaron, Auctoritate Moyſes, Iudicatu Samuel, Poteſtate Petrus, Vnctione Chriſtus.* C

Non alia de causâ (ſic Chryſoſtomus) ſui ſanguinis pretium Chriſtus Seruator effudit, quàm ad eas redimendas oues, *quarum curam tùm Petro, tùm Petri Succeſ-*
S. Chriſ. de Sacerd. l. 2. ad fin. S. Leo in an. ſui aſſump. *ſoribus committebat*: illud itaque Diui Leonis vſurpemus. *Manet diſpoſitio veritatis, & B. Petrus in accepta fortitudine petra perſeuerans, ſuſcepta Eccleſia gubernacula non reliquit; perſeuerat videlicet Petrus, & viuit in Succeſſoribus ſuis.*

Sæcularium Principum Regumque maieſtatem & faſtigium ſuſpicit admirabundus Orbis terrarum; quid tamen? ad ſæcularis Principatus lumen & decus Cæſar, aliique poſt ipſum Cæſares, Pontificis titulum induerunt, donec illum Gratianus Imperator reiecit, ſolique ſacro Monarchæ congruum appellauit: & D quidem merito; cum enim Idolorum fœda Sacerdotia Chriſtus aboleuerit, & in Vrbe Romanâ ad Orbis imperium enatâ, ſui Vicarii ſedem ſtatuerit; omnia Prin-
Bar. an. 743. 856. 1095. 1110. 1131. 1162. 1177. cipum prophanorum diademata ei ſubiecit. Quin eo vſque honoris eorum nomen acceſſit, vt Cæſares ipſi ſuæ maieſtati ſuoque honori duxerint, ſi famulatum Pontifici præſtantes, equitanti ei frænum pedites tractent, eique vel in equum aſcendenti, vel ex eo deſilienti ſupplices ſtapedes teneant; quod obſequium eò quòd Hadriano Quarto Germaniæ Rex Federicus præſtare detrectauerit, licet exercitu
Bar. a. 1155. validiſſimo metuendum, à ſuorum pedum oſculo Pontifex inuictus reiecit: quàpropter cum frequenter de hoc Principes Germani diſceptarent, concordes tandem ſanciuere, quod equitanti Pontifici ſtapedem & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli honorem tenere, Regum & Cæſarum è perantiquo Eccleſiæ ritu,

munus

Digitized by Google

munus ſit, ex quo factum, vt paratiſſimus ille ad eius obſequium accurrit.
A Vides, quàm præ cæteris aliis humanis dignitatibus hæc Pontificia maieſtas
excellat: cum enim poſt capitis veniam Pompeio Perno traditam, ei pedes oſcu-
landos Cæſar obtulerit, inſolens adeo & immoderatæ arrogantiæ viſum hoc om-
nibus fuit, vt eius fautores ad arrogantiæ maculam abſtergendam, eius id potius
vanitati vertiſſent, vt nempè aureum, quem induebat ſoccum, gemmis margaritiſ-
que bacchatum oſtenderet. audiatur Seneca. *Qui excuſant eum negant id inſolen-* Senc.l.p de
tia cauſa factum; aiunt enim ſocculum auratum, imò aurum margaritis diſtinctum benef.c.12.
oſtendere eum voluiſſe.

Quantò autem excellentior & Cæſare maior Pontifex, cuius ad oſculandos
pedes, Principes, Reges, Cæſares procumbentes, non vitio vllo notantur, at vt
pietatis & iuſtitiæ cultores commendantur: cum enim eius dignitas mortalium
dignitatum limites egreſſa, diuinum quid referat, Iure merito ſuos ad pedes eas
ſpectat aduolui: hinc Innocetius Tertius de poteſtate differens, quâ Pontifex ex
vnâ Eccleſiâ ad aliam Epiſcopos tranſmittit, rationem deſtruens, qua nonnullo-
rum ingenio oppugnabatur, ait, *Deus quod coniunxit homo non ſeparet: non enim* Matt. 19. 6
homo, ſed Deus ſeparat quos Romanus Pontifex, qui non puri hominis, ſed veri Dei Marc. 10. 9
B *vicem gerit in terris, Eccleſiarum neceſſitate, vel vtilitate penſatâ, non humanâ, ſed* c quanto 3.
diuinâ potius auctoritate diſſoluit. de tranſ. Prel.

Integerrimos & ſanctiſſimos Præſules quæcumque numerat & iactat Eccleſia
eorum fulgoribus illuſtrata; veræ tamen ſanctitatis primus & pleniſſimus fons
Diui Petri Sedes eſt, quæ vel Sanctos inuenit vel facit: præ aliis omnibus Roma-
na Eccleſia fœcundiſſimo niſu Sanctos viros effudit, ipſique illa meritò accom-
modanda. *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas.* Regi-
nam eam dixeris, quæ præ alijs Eccleſiis diuino Salomoni cæleſtium aromatum
munera porrigit, eique illa meritò aptanda dixeris: *Non ſunt allata vltra tam mul-* Prou. 31. 29.
ta aromata, quàm ea, quæ dedit Regina Saba Regi Salomoni.

Simul enim cum dignitate integritatis patrimonium in Succeſſores ſuos Diuus 3. Reg 10.
Petrus eriuat, & ſi aliquandò è tam excelſi Sacerdotij faſtigio ſuæ immemor clari-
tatis, aliquâ ſe quis labe obſcurauit, & quò maior titulo fuit, eò virtutibus mi-
nor; nulla tamen hinc obſcuritas in Romanæ Sedis maieſtatem refluxit; ſemper
enim ineluctabili Dei lege Pontificum nomen venerationi omnibus fuit, ſibique
C Cæſareas laureas, Regiaſque trabeas ad obſequium deuolutas aſpexit: Quam igi-
tur egregiè Diuus Symmachus Pontifex. *Non nos Beatum Petrum, ſicut dicitis, à* c 1.40 diſt.
*Domino cum Sedis priuilegijs, vel Succeſſores eius peccandi indicamus licentiam ſu-
ſcepiſſe: ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ miſit ad poſteros:
quod illi conceſſum eſt pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conuerſationis
ſplendorem illuminat. Quis enim ſanctum dubitet eſſe, quem apex tantæ dignitatis
attollit? in quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiunt quæ à loci deceſſore
præſtantur. Aut enim claros ad hæc faſtigia erigit, aut qui eriguntur illuſtrat.* Ex
Apologiâ hæc verba Pontifex hauſit, quàm, ſe mandante, Diuus Hennodius pri-
mum Diaconus, inde Ticinenſis Antiſtes, conſcripſit, & in geſtis illius Concilii
inſeruit, & Diuus poſtea Gregorius Septimus in Romanâ alia Synodo recitatam
approbauit.

Non ab hominibus, vt Cæſar, ſed à Deo ſuam poteſtatem Pontifex trahit; eius
tribunal licet humanum videatur, diuinum tamen eſt; *noſtra Poteſtas non ex homine,* c.Nou. 13.
D *ſed ex Deo*: ſic ad Anglicanæ Eccleſiæ Præſules ſcripſit Innocentius Tertius, cũ ad de iudic
pacem cum Angliæ Rege ſeruandam Philippum Galliarum Regem inuictus ob-
ſtrinxit. Quicumque igitur celſiſſimo licet culmine collocatus ab eius imperio
ſe ſubducere contendit, Chriſti ouili contempto, ſeque ab illis ouibus excipiens
de quibus dictum, *Paſce oues meas,* Diuinum Paſtorem in Pontifice repræſentatum,
fugâ turpiſſimâ deſerit; in hac enim cæleſti delegatione, vt Diuus Bernardus ex- Io. 14. 17
pendit, *Nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil, non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſ-
ſe omnes.*

De ſe accommodatiùs illud pronunciet Pontifex, quod Neronem referens ait D. Bern. de conſid.
Seneca, Deum ſcilicet in ſe ſolo ſuæ ſatis voluntati feciſſe, præque omnibus eum

elegiſſe ad ſuas ſuas vices in Mundi vniuerſitate fulciendas ; Atlantem dixeris, cui
ſuum terrarum imperium Deus tribuit ſuſtinendum ; ex eius igitur aſpectu popu- A
lorum ſeu fœlicitas, ſeu calamitas pendet ; ex eo gentium, Vrbium, Prouinciarum
fortuna deriuatur. Præſtet audire verba Philoſophi. *Ego ex omnibus mortalibus*
Sen. l. 6 de beneſ. c. 14. *placui, electuſque ſum qui in terris Deorum vice fungerer ; ego vita, neciſque gen-*
tibus arbiter qualem quiſque ſortem ſtatumque habeat, in manu meâ poſitum eſt ; quid
cuique mortalium fortuna datum velit, meo ore pronunciat ; ex noſtro reſponſo lati-
tia cauſas populi, vrbeſque concipiunt ; nulla pars vſquam niſi volente, propitioque
me floret.

§. I.

AB omnibus Chriſti fidelibus hæc obſequentiſſimi animi argumenta exhiben-
da Pontifici, ſed Epiſcopis potiſſimùm, & præcellenti quodam titulo quis
prudens inficietur? Omnium quidem Paſtor Pontifex eſt, ſed maximè Epiſcopo-
rum, vt totius Religionis Hyerarcha, Epiſcopalis ordinis caput, & Paſtorum
omnium Anteſignanus; his enim titulis Hormiſdam Pontificem Epyri Synodi Pa- B
tres exornarunt. *Domino noſtro per cuncta Sanctiſſimo & Beatiſſimo Patri Patrum,*
Commiſtro, ac Principi Epiſcoporum. Pari etiam modo tùm ſæcularis, tùm Re-
Sinod. Pro. Epir. gularis Græciæ totius Clerus in fidei profeſſione, quam Martino Pontifice impe-
rante euulgarunt, eum Sacerdotum Sacerdotem, Patrum Patrem, & ter Beatiſ-
ſimum appellarunt; ſic etiam ad Theodorum Pontificem in Epiſtola Synodali
Bar. an. 649 bar. 640. Numidianum, Bizicenum, Mauritanum Concilium ſalutauit: *Domino Beatiſſimo*
Apoſtolico culmini ſublimato, Sancto, Patri Patrum, Theodoro Papa, & Summo om-
nium Præſulum Pontifici. Pater ipſe eſt, quem Iſaias Vates prædixerat, homines
Iſai. 22. omnes filiorum loco habens & nutriens. Diuus iam Bernardus audiatur: *Sunt qui-*
D. Bern. l. 2 de conſid. *dem & alij Cœli Ianitores, & Gregum Paſtores; ſed tu tantò glorioſius, quantò & dif-*
ferentiùs vtrumque præ cæteris nomen hæreditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges,
ſingulis ſingulos, tibi vniuerſi crediti, vni vnus; nec modo ouium, ſed, & Paſtorum,
tu vnus omnium Paſtor. Ad Epiſcopos præſertim componendos, ipſiſque moribus
inſtruendos deſignatur à Deo Pontifex; quapropter vigilantiſſimus ad omnia
Diuus Gregorius, de Epiſcoporum operibus exactè & religioſè inquirebat, vt C
eos ab errorum via, ſi eam fortè preſſerint, reuocarent, & ſtimulis acutioribus
Bar. an. 592 D. Gregor. ep. 24. l. 4. actos ad virtutum ſemitam excitaret. In Antiſtite Piſaurenſi hoc patet, de quo cum
piiſſimus Pontifex quædam ſiniſtra accepiſſet, Cardinali Diacono, qui in eâ fortè
regione Apoſtolici Legati perſonam gerebat, ſignificauit, vt certiorem eum de
re illa faceret: quàm igitur benè Diuus Leo Pontifex. *De toto Mundo vnus Petrus*
D. Leo ſer. 3 de ſuo anniu. *eligitur, qui vnus vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolicis, cunctiſ-*
que Patribus prouonatur; vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes ſint, multique
Paſtores; omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Chriſtus.

Noſtię decus dignitatis, & ſceptrum poteſtatis è Pontificis manu deſumimus;
ex ipſo tanquam è capite in nos veluti membra virtus eius emanat, ramorũ inſtar
nos in Eccleſiæ arbore efflorescimus, radix ipſe, è qua vigor noſter educitur, fons
ipſe nos riuuli, Sol ipſe nos radii, ipſe demum eſt, qui cælitus habitâ facultate cuiq;
In Pontif. noſtrùm paſcua diuidit, agroſque deſignat ijs verbis. *Prouidemus Eccleſiæ tali de*
tali Paſtore, & præficimus eum in Patrem & Paſtorem, & Epiſcopum eiuſdem Eccleſiæ; D
committentes ei dominationem in temporalibus, & ſpiritualibus in nomine Patris &
Filij, & Spiritus Sancti Amen. Quis credat tam breui verborum ambitu cæleſti nos
dignitate ſplendeſcere, & in partem Pontificij muneris euocari? hinc illud Diui
Bellar. to. 1. de Summ. Pontif. l. 5. c. 25. Leonis. *Si quod commune cum eo alijs voluit (Chriſtus) eſſe Principibus, nunquam*
niſi per ipſum dedit quicquid alijs non negauit.

D. Leo ſer. 3. de ſuo anniu. Ad ipſum denique tanquam ad noſtrum Paſtorem accedimus, vt ſuæ nos poten-
tia dignitatis tueatur & ſeruet.

Ad Diui Petri Cathedram, tanquam ad Arcam refugij, nos beneuolentiſſimè
aduocat ſuâ Decretali Epiſtolâ Diuus Symmachus Pontifex, eò quòd ſuorum
Suc-

Succeſſorum Antiſtitum cauſas agere Pontifex teneatur: *Ab hac enim ſancta Sede,* Sixt.1.ep.2
A *à Sanctis Apoſtolis, tueri, defendi, & liberari Epiſcopi iuſſi ſunt.* Ad idem An- c.1 c.vnic.
thiochenæ Prouinciæ Præſules Marcellus Pontifex acceerſiuit. *Ad Romanam Ec-* 5.q.8. Marc. ep:1
cleſiam omnes Epiſcopi, qui uoluerint, uel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput ſuffu- c.ad Romã 6.2. c.6.
gere, eamque appellare debent.

Hinc Diuus Athanaſius dirisſimis Arianorum inſectationibus oppugnatus, ad
Fœlicem Pontificem refugit, ei ſignificans ad Epiſcopos defendendos Pontificio D.Ath. ep.
Solio donatum fuiſſe. *Ob id nos, prædeceſſores ueſtros, Apoſtolicos uidelicet Præſu-* ad Fœlicem PP.
les in ſummitatis arce conſtituit (Deus) omniumque Eccleſiarum curam habere præ-
cepit, ut nobis ſuccurratis: ſic ad Innocentium Primum tùm epiſtolis, tùm lega- Bar.an 404
tionibus Diuus Chryſoſtomus accurrit, cùm Eudoxiæ Cæſariſſæ potentia, & Aria- & 105
norum inſolentiâ quateretur: hinc factum, vt tum coactæ Synodi auctoritate, tùm
Honorij Cæſaris auxilio Chryſoſtomus, mandante Pontifice, in ſua dignitate glo-
rioſus permaneret. Ad hanc refugij Vrbem acceſſerunt Paulus Conſtantinopo- Bar.an.347
litanus, Aſereas Gazenſis, Marcellus Ancyranus, Lucius Andrinopolitanus An-
tiſtes, ſuis è ſedibus hoſtium verſutia, audaciaque expulſi, ſed Iulij Pontificis di-
uino quodam ſtylo ſcribentis epiſtolas, ſuis illi ſedibus ſe reddiderunt. Sic ad Bar.a.1164
B Alexandrum Tertium Thomas Cantuarienſis Epiſcopus, Anglici Regni robore cum ſeqq.
oppugnatus accurrens, Legati poteſtate ſuffultus Regem ipſum terruit, Regnum-
que totum non tenui perturbatione repleuit.

Si quando igitur Eccleſiam aliquam fortè vexauerit Pontifex, portenti & mon-
ſtri loco habendum eſt; hinc cum ab Alexandro Secundo Eugubina hæc mea Ec- D.P.Dam. l.1 ep.14
cleſia non tenui moleſtiâ afficeretur, Diuus Petrus Damianus huius Eccleſiæ eo D.Bern ep
tempore moderator; filiali quadam confidentia ſcriptis ad eum Epiſtolis ſui animi 46 & ſeq.
dolorem ei ſignificauit. Sic etiam cum Galliarum Epiſcopis mandatum à Ponti-
fice Honorio fuit, vt vibratis diris Regem Pariſinæ Eccleſiæ perturbatorem ab-
ſoluerent, non Pariſinus tantùm Antiſtes, ſed Carnotenſis etiam, & Diuus ipſe
Bernardus conqueſti de eo fuerunt, cum Pontificum opus ſit, Epiſcoporum cauſas
tueri, eorumque operâ ſuam potentiam roborare, ad diuinam gloriam, ſacrique
ordinis dignitatem promouendam. Hinc Diuus Bernardus Rhemenſis Archiepiſ-
copi cauſam Eugenio Tertio validè commendans hæc habuit. *Seruate honorem* D.Bern.ep 284.
eius, honorem Eccleſiæ eius; ſi benè noui uirum, quo magis honorabitis eum, eo plus
honorabitur Deus per illum & in illo.

C

§ II.

SICVT ergò tot nominibus à ſanctâ Sede plurimis priuilegijs decoramur,
ita quis ignoret, præ alijs etiam nos Romani Pontificis obſequentisſimos
fore, eiuſque voces, vt Cæli oracula Deique leges, nobis amplexandas. Hoc ſanè
titulo Eutichetem ad Pontifici obedientiam exhibendam excitauit Diuus Petrus
Chryſologus Rauennas Antiſtes, cuius egregiam epiſtolam inter Chalcedonenſis
Concilij acta inſertam habes. Ex ea hæc ſunt. *Hortamur te, frater honorabilis,* D.P.Chriſ ep ad Euth.
ut his, quæ à Beatiſſimo Papa Romanæ Ciuitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas: to.1. 1 cõc.
quoniam B.Petrus, qui in propria Sede & uiuit & præſidet, præſtat quærentibus fidei
ueritatem.

D Ad hius rei documentum poſteritati præſtandum, Euſebius Conſtantinopoli- Bar.an.342
tanus Antiſtes exemplo omnibus fuit; cum enim Iulio Pontifici debitam obſer-
uantiam detrectaret, audaces & acerbas ad eum Epiſtolas ſcripſit; verum ante-
quam Romam hæ peruenirent, vitæ finem ipſe attigit, & qui Petri Sedem recu-
ſabat agnoſcere, ad diuinum tribunal adductus, ſuæ veſaniæ pœnas exoluit.

Ad Damaſum Pontificem ſcribens Diuus Hyeronimus inter hæreticos, æter- D.Hier ep
numque damnatos eum recenſet, qui ab Apoſtolicæ Sedis obſequio contumax 57. ad Damaſum.
abſcedit; nec enim fieri poteſt, vt diluuij excidium euitet, qui procul à Pontificis
Arca immoratur. *Ego Beatitudini tuæ, id eſt Cathedræ Petri aſſocior: quicunque*
extra hanc domum agnum comederit, prophanus eſt: ſi quis in Arcâ Noe non fuerit,

D. Hier. in apolo. adu Ruffin.

peribis. Aliàs etiam Ruffinum de plurimis erroribus increpans, *illuſtre illud* effatum euulgauit, ſuæq; pietatis admirandum monumentum, *ſi vel paruulam ſchedulam contra me Romani Epiſcopi, aut alterius Eccleſiæ protuleris, omnia, quæ in te ſcripta ſunt, mea crimina confitebor*. A Sanè quot calamitatibus, quot ærumnis ex hoc debitæ obſeruantiæ defectu populi obruantur, Britannia, & pleraque Germania abundè teſtatur.

Quoties autem minori, qua par erat, Pontificem obſeruantiâ Principes coluerunt; an non ſacra monumenta teſtantur, Pontificum auctoritate Principatus & regna in gentem de gente fuiſſe translata? Si ergò tam obſequentes prophani Principes eſſe debent, quantò vberius poſtulandum hoc idem ab Epiſcopis eſt?

Giuſſan. in vita S. Car. 18. c. 1. Mercel. de Piſc. l. 1. Eug. f. 741.

Maior etiam ex eo ratio ad id nos obſtringit, quò magis, Deo fauente, ſpectatiſſimis & optimis Pontificibus nunc temporis Religio Chriſtiana excellit. Non ſine ingenti animi voluptate, inter Diui Caroli & Cardinalis Bellarmini geſta legitur, quàm piè, quàm humiliter, quàm ardenter Pontificium ipſi nomen ſemper honorauerint. Commendatiſſimus pariter hac in re omnibus Coenſis Antiſtes Iulianus, qui anno Chriſtianæ ſalutis quinquageſimo primo ſuprà quadringenteſimum cū Pontificij Legati munere à Pontifice Leone ad Chalcedonenſe Concilium miſſus, licet Græcus origine eſſet, ad obſeruantiæ & maximæ venerationis indicium, quo Summum Pontificem, ſacramque Sedem, quæ Latiam regionem ſuâ manſione honorauit, Latio tantum idiomate inter Græcos vti voluit, & Lydij Præſulis Florentij interpretis perſonam referre. B

Ea igitur reuerentia pontificiæ leges nobis excipiendæ ſunt, qua cælitus habita oracula amplexaremur. Diuum Carolum imitati, qui Pontificia diplomata accepturus caput obſequentiſſimus aperiebat illud animo reuoluens, quod encyclica Epiſtola ad omnes Epiſcopos Agatho Pontifex ſcripſit: *ſic omnes Apoſtolicæ Sedis ſanctiones accipiendæ ſunt, tanquam ipſius diuini Petri voce firmatæ ſint*.

10. 2. 19. 20.

Sed ea potiſſimùm verba intimè nobis adhæreant, quibus Carolus Magnus pijſſimus Cæſar mentem ſuam Chriſtiano Cæſare dignam indicauit, paratiſſimum enim ſe futurum ſemper aſſerebat, ad Pontificia mandata excipienda, licet peracerba, ſuæque Cæſareæ maieſtati imparia viderentur: do illa. *In memoriam Beati Petri Apoſtoli, honoremus Sanctam Romanam & Apoſtolicam Sedem; vt quæ nobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſtica Magiſtra rationis: quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitatis; vt licet vix ferendum ab illa Sancta Sede imponatur iugum; tamen feramus, & pia deuotione toleremus*. C O vere Cæſareum animum! O totius vniuerſi imperio dignum Principem! Quid autem mirum, ſi ad eius obſequium tot certatim affluerent populi & nationes, cum ſe tam obſequentem Vicario Chriſti præſtiterit?

c. memor. 3. 19. diſt.

§. III.

Bar. an. 849

IMpetum hic ego calami coercere non poſſum, quin aliqua ex Epiſtolâ Synodali recitem, quam ad Neomenium Britanniæ Armoricæ Proregem, qui Leonis pontificis commonitorias litteras deſpexerat, Turonenſis Synodus ſcripſit: do illa. *Omnem læſiſti Chriſtianitatem dùm Vicarium Beati Petri Apoſtolicum, cui Deus dedit primatum in omni Orbe terrarum*, & infra. *In eo igitur læſiſti Apoſtolos, quorum eſt Princeps Petrus; læſiſti Epiſcopos, qui iam cum Deo regnant in Cælis & miraculis coruſcant in terris; læſiſti & nos, qui & ſi non habemus eorum meritum, idem tamen diuina gratia poſſidemus officium*. D dum reſipiſceret, minabantur eum à fidelium cœtu ſeparaturos, & meritò, quædam enim Idololatria eſt, Sanctæ Sedis præcepta contemnere, vt Septimus Gregorius ait, *peccatum igitur paganitatis incurrit, quiſquis cum Chriſtianum ſe aſſerit, Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit*.

c. ſi qui 15. 81. diſt.

Quod ſi ad certam & ineluctabilem fidem Pithagoræ ſententijs habendam, illud eis diſcipulis ſatis erat, quòd ab eo pronunciatæ fuerint, *ipſe dixit*: quantò firmius Chriſti diſcipuli eius adhærere debent legibus, qui Dei interpres eſt, eiuſque vices gerit in terris; quis eò temeritatis & inſolentiæ veniet, vt ea librare, diſcute-

cutere, arguere velit, quæ ipſe pronunciauerit: quàm grauiter ad omnes Epiſ-
A copos ſcribens Gelaſius Pontifex hæc indicauit. *Cuncta per mundum nouit Eccle-* c. Cuncta
ſia, quod Sacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi, neq; cuiquam 17.9.q.3.
de eius liceat iudicare iudicio.

Noſtra igitur intereſt eorum audaciam retundere, qui linguas ſuas in cælum
efferre impudentiſſimè meditantur, & ſupremi Iudicis ſuffragia iudicare; quod ſi
aliquâ in re, quæ ad fidei dogmata non ſpectaret, humanæ conſcius infirmitatis
deficeret; quàm effrons eſſet, qui eum ouis ſit in paſtorem velit inſurgere, ſeruus in
Dominum: ſuum ipſe iudicem tantùm ſortitur in Cælo, nec vllius hominis licet
præſtantiſſimi eſt eius opera vel expendere, vel damnare. Hinc de Pontifice Ma-
ximo Diuus Bonifacius Martyr ſermonem habens ait: *Huius culpas iſtic redar-* C. ſi Papa 6
guere præſumit mortalium nullus; quia cunctos ipſe iudicaturus, à nemine eſt iudi- 40 diſt.
candus, niſi deprehendatur à fide deuius.

Et ſanè maximè perpendenda ea ſunt, quæ ab eodem ſanctiſſimo Heroe ſub-
B duntur: *pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuã*
ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animaduertit propenſius pendere. Pondus
Angelicis ipſis humeris formidandum Pontifex gerit, de nobis noſtriſque populis
anxius ad eorum commodum euigilat, maiora totius orbis negotia ad eius ſinum,
tanquam ad Oceanum flumina, ad centrum lineæ conuertuntur: an non igitur ani-
mo ad preces pro eius incolumitate & fœlicitate fundendas nos obſtringimur,
diuinamque ei virtutem impetrandam, vt Chriſti gregem ad paſcua beatitatis ad-
ducat? Videſne, vt Petrus inter compedes & catenas carceri addictus in Vrbe
Hyeroſolimitanâ preces totius Eccleſiæ prouocet: *Oratio fiebat ab Eccleſia ſine in-* Act 12.32.
termiſſione; quid autem eſt, vt pro Diuo Iacobo, pro eadem Chriſti fide eodem
carcere cruciato, preces eędem non effundantur? pro Petro vtique, tanquam pro
Patre, vniuerſus populus filiorum inſtar Deum precabatur: ſuum in eo Patrem
omnes agnoſcebant, *Magni amoris indicium oratio*; *Patrem omnes quærebant.* ſic Chriſ. ibid.
Chryſoſtomus.

Ratio etiam hic aperitur, qua conſtat, cur ad quamplures Eccleſias Diuus Pau-
lus ſcribens Romanæ tantùm vel iuratus ſignificat, aſſiduis ſe pro ea precibus
apud Deum laborare. *Quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio in orationibus* Rom.p.10.
meis.

C Seriò hæc expendens verba Diuus Ambroſius, ait hac in re ab Apoſtolo ma-
gni amoris indicium Romæ impertiri, eo quòd Orthodoxæ Religionis Sedes & D. Ambr.
Caput ipſa ſit: *Regni caput Sedes eſt; ad membrorum enim vtilitatem, vel requiem* ibid.
pertinet, ſi caput inquietum non fuerit. Pro vniuerſâ Eccleſiâ precatur, qui Pon-
tificem Deo commendat; ex eo enim tanquam ex capite in alios omnes, tanquam
in membra, debet ſalus & robur eriuari.

Quà ratione cum Pontificijs adminiſtris gerere ſe Epiſcopus debeat. Cap. LV.

PRAESTANS adeo Romanę Sedis maieſtas eſt, vt in vnius tantũ perſonâ Pon-
tificis non ſiſtat, ſed in eius adminiſtros tanquam repercuſſa referatur. His
D etiam pro ſuo cuiuſque modo eadem obedientia præſtanda ab Epiſcopis eſt, quam
Sanctæ ipſi Sedi debemus. Cardinales, Legati, Nuncij, Vice Cancellarius, Ca-
merarius, Datarius, Cameræ Auditor, Theſaurarius alijq; Pontifici ſinſtrumenta
ſunt, adeoq; *voce ſimili ſonant.* Centimanus licet Pontifex eſſet, Argoq; ipſo ocu- Iob.40.2
latior, non omnia tractare, non omnia inſpicere; ſolus ipſe poſſet; hinc alios ad
ſui operis conſortium vocat. *Vt ubi nos præſentes eſſe non poſſumus, noſtra per eum,*
cui præcipimus, repræſentur auctoritas. Sic olim Diuus Gregorius: Deus ipſe li- D. Gregor.
cet ſuæ immenſitate præſentiæ totam occupet vniuerſitatem, cauſas tamen adhuc l. 2 ep. p.
ſecundas ad mundi regimen ſeruandum adhibet; qui ergo ad aliquid faciendum
delegatur, licet ordinatio Domino minor ſit; maior tamen in eo tractando eſt,
cum

cum Supremi Principis vices,& perſonam repræſentet. Hinc cum Diuus Grego- A
rius Arelatenſem Antiſtitem Vigilium ſuum Apoſtolicum Oratorem enunciaſſet,
ad omnes tùm Epiſcopos, tùm Archiepiſcopos Galliarũ ſcripſit, vt ei ſuo tanquam
D.Gre l. 4 ep 51. Vicario obſequium omne præſtarent. *Hortamur, ut nullus mandatis eius inobediens eſſe præſumat*; quâ in re religioſiſſimè Iuo Carnotenſis Antiſtes ſe geſſit; eum enim, vt Senonenſis populi votis indulgeret, recentem Senonenſem Antiſtitem conſecraturus eſſet, Hugone Lugdonenſi Archiepiſcopo, & Vrbani Secundi Le-
Baron. ann. 1099. gato id prohibente, licet Apoſtolicâ auctoritate ipſum abuti cognoſceret, & tantum ſuæ poteſtatis amplificandæ ſtudio id ab eo fieri, procedere vlterius noluit, & ad Apoſtolici muneris obſequium oſtendendum, ab incepto ferè opere ſuam manum reuocauit.

Eò pariter ad hanc obſeruantiam Pontificijs adminiſtris exhibendam alactiores eſſe debemus, quò ipſi charitatis ſimul & modeſtiæ amantiſſimi, beneuolè nobiſcum ſe gerunt, & ab omni nobis inurendâ maculâ longiſſimè alieni ſunt, noſtramque potius auctoritatem tueri & augere, quàm minuere, & eradere moliuntur. Quàpropter, cùm Diuo Gregorio imperante, Siciliæ Defenſor (idem olim munus hoc erat, ac nunc Oratorum) ſe primis Presbyterorum cau- B
ſis contra Epiſcopi dignitatem immiſcuiſſet, damnatus à Maximo Pontifice fuit:
D Gre. l. 9. q 35 c. pervenit. 39. 11. q. p. *Nam ſi ſua unicuique Epiſcopo iuriſdictio non ſeruatur, quid aliud agitur, niſi ut per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo, confundatur.* ad quem Eccleſia priuata confugeret, ſi ab eo læderetur, qui vniuerſæ præeſt, & eodem gladio iugulatur, quo eſſet ſeruanda? Quàm meritò in eas querelas erumperet, *filij matris*
p. Cant. 5 Iſai. 38. 16 *meæ pugnauerunt contra me*! quàm aptè illud Ezechiæ vſurparet, *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.*

Optima & pijſſima Pontificum mens eſt, vt ſacro regimini ſui adminiſtri præſideant, adeò vt nec patiantur, vt populos Epiſcopi lædant, nec à populis lædantur Epiſcopi: ex illo enim in Antiſtites odium, ex hoc contemptus efflueret; ex illo paterna beneuolentia deſtrueretur, ex hoc Eccleſiaſtica diſciplina corrueret;
D Gre. l. 7. ep. 8. ind. p. prodeat iterùm Gregorius. *Ad hoc locorum gradus rationis ordo diſtinxit, & iudicia eſſe conſtituit, ut nec Præpoſiti in opprimendo ſe fruſtra ualeant occupare ſubiectos, nec ſubiectis iterum contra ſuos Præpoſitos effrænata ſit relaxandi licentia.* Quamobrem magnus ille Pontifex tùm ingenij perſpicacia, tùm moderandi prudentiâ ſpectatiſſimus Sardiniæ Defenſorem ſuâ Epiſtolâ increpat, eò quòd Cle- C
ricorum quorundam in Vrbe Calaritana licentiam fouens, in Epiſcopum eos contumaciores efficeret; quòd ſi tamen auxilium illis aliquod ſubminiſtrare vellet,
idem l. 7. ep. 66. ind. 2. ſic eum alloquitur. *Ad eundem Epiſcopum reuerenter accede, & ſicut cauſæ meritum agnoueris, apud eum, non defenſor culpæ, ſed potius interceſſor exiſte.* Si verò nimium aſper efferbuerit Antiſtes, & Clericos rigidiùs, quàm par ſit onerauerit, tunc ita eos tueatur, vt tamen Epiſcopi dignitas non eneruetur. *Sed tamen ità ſeruandum eſt, ut uniuſcuiuſque Epiſcopi reuerentia, & Clericorum diſciplina per defenſionis tuæ experientiam minimè ſoluatur.*

Quàm prudens, quâm pia, quám compoſita regiminis hæc forma eſt, & diuina potius quàm humana! Præſulis enim ità poteſtatem temperat, vt paſtoralis amoris memor non diſcedat in lupum, & populorum etiam cauſas protegat, non crimina. Quanta verò pietatis clades & virtutum omnium internecio eſſet, ſi quæ ab Epiſcoporum diligentiâ & labore conſtruuntur, aliorum imprudentia de- D
ſtruantur! an non Hyeruſalem Babylonem repræſentaret? Ita ſanè ait Diuus
D.Gregor. ep 35 l. 7. ind. 2. Gregorius ad Spoletanum Antiſtitem ſcribens. *Cuncta in confuſionem deueniunt, dum alter deſtruit, quicquid ea cuſtodiendo alter ædificat.*

Sacrum litum frangit, qui poteſtatem Præſulum minuit, vitia fouet, errores ſeminat, Chriſti gregem perdit, qui Paſtoris poteſtatem extinguit: quin ſchiſma quoddam enutrire videtur, qui membra in Caput, oues in Paſtorem obarmat. Quâ de cauſâ per quàm meritò Eugenium Tertium Diuus Bernardus extimulat,
D Ber. ep. 178. vt Belluacenſis Præſulis pietatem foueat, vireſque illi ſuis vocibus addat ad Epiſcopale munus eâ, quâ cœperat, fortitudine adimplendum.

Eundem

A

§. I.

EVndem Pontificem alias idem Bernardus admonuit, vt ſuæ Pontificiæ domui Præfectum eum conſtitueret, qui iuxtâ Chriſti Domini voces eſſet *fidelis ſeruus & prudens*: his tamen duabus adhuc tertiam addendam animi dotem docet. D.Bern.l.4 *Quaris quid hoc? auctoritas; quid enim prodeſt ei velle & ſcire quaq; diſponere prout neceſſe eſt, ſi quod ſcit, & vult, non poteſt? danda igitur facultas eſt pro libitu*: ſic ille. de conſid. c.6. Si igitur Epiſcopum auctoritate ſua ſpoliaueris, inermem illum, eneruem, exanimem, & inutilem ad omnia truncum efficis.

Tot procellis obſitum & tempeſtatibus tantis regimen ſacrum ebullit, vt ipſoſmet Palynutos & Typhos eosdem in extremum ferè diſcrimen adducat. Quapropter, ſi pro eo quòd eos adiutrici arte robores, ventoque illos propitio priues clauum ipſum ab eorum manu rapis; quid ab ipſis aliud expectes, quàm vt miſerrimo naufragio pereant, & ſimul cum nauiculâ funeſtè obruantur? qui ergo auctoritatem Epiſcoporum ſeruat, rem Dei facit, Eccleſiæ decus ſeruat, Pontificis diadema fulcit; hoc certè ad Eulogium Alexandrinum Patriarcham ſcribens

B Diuus Gregorius ſignificat: *nec honorem eſſe deputo: in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco; meus namq; honor eſt, honor vniuerſalis Eccleſiæ; honor meus eſt: fratrum meorum ſolidus vigor: tunc ego verè honoratus ſum, cum quibuſque honor debitus non negatur*. S Greg l.7 ep.30. Si ergò tàm pia Supremi Pontificis mens eſt, quînam fieri poterit, vt ſuo Principi, ſimulque iuſtitiæ iniuriosus velit eſſe Pontificis adminiſter?

Quæ autem vnquam vtilitas ex auctoritate Principis oblata, è ſubditorum contumacia emanat? an non hoc eſſet, vitium ipſum in triumphi pompam per innocentiam calcatam adducere? an non hoc eſſet, ſe ijſdem flagitiis implicare, & quod deterius eſt, auctoritatem, qua præſtas ad ſcelera conterenda, ad eadem fouenda & erigenda adhibere? *Qui conſentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione ſeueriſſima. Hinc etiam quidam Sanctiſſimus Pater ait: Si quis peccatum defendit, acriùs, quàm ille qui peccauit coerceatur*. c. qui conſenſit 40. 9. 3. Sic inter Canones habet Diuus Iſidorus. Si vocum harum pondus expenderetur, quàm venerabilis virtus omnibus, quàm omnibus eſſet vitium odioſum? Perge, ait Diuus Gregorius, quàm à rectâ via de-

C flectunt, qui noſtros adminiſtros prouocant, vt viris criminoſis opitulentur? *Minorem omnino diſcretionem tenentes*: D.Gre.l.7. ep 24. in dict.2. cantè igitur hac in re procedendum docet, ne opinionem malè agentium, ex indiſcretæ defenſionis auſu in nos vllo modo transferamus. Quàm profectò benefici nobis ſunt Summi Pontifices, & ſacri Cardinalium Conuentus, qui noſtræ auctoritatis amore eam nouis legibus fulciunt, ſuaque poteſtate corroborant, vt validiori famâ præſtantes, populorum vtilitati faciliùs & vtiliùs adlaborent. Quàm, Deo fauente, longè nos ſumus ab eius ſæculi corruptelâ, cum Diuo Bernardo referente, peracerbè conquerebantur Epiſcopi de ſacri Regiminis formâ deperditâ, nullaque Iuſtitiæ habitâ ratione; frequentiſſimè enim Magnatum, & ſacerdotum Procerum patrocinio adiuti flagitioſi viri, Antiſtitum auctoritatem contemnebant; quâ re factum eſt, vt Innocentio Secundò tam perniciosum incommodum Diuus Bernardus ingenuè aperuerit.

Quæ autem hinc mala oriantur quis ſatis explicet? Epiſcopalis maieſtas ſqual-

D let, exultat impudens vitium, pietas abiecta meret, populorum ludibrio & improborum dicterijs Hyerarchica ſanctitas obiectatur, ipſamet Pontificis, hoc eſt Capitis authoritas, in membrorum, hoc eſt Præſulum languore eneruatur; ſed audi Diuum Bernardum. *Epiſcopi vbique in opprobrium veniunt, & contemptum; quorum dum recta iudicia contemnuntur, veſtra quoque plurimum derogatur auctoritati: ipſi ſunt quoque, qui honorem veſtrum zelant, qui veſtra pro pace, & exaltatione laborant, fideliter quidem, ſed vereor ne inefficaciter. Quid nobis vires minuitis? quid robor noſtrum deprimitis*. D:Bern. d. ep.193. Epiſtolam etiam ibi idem intexit, quâ D Bernar. Treuirenſis Antiſtes Alberon ad eundem Pontificem ſcribens ingentem ſui animi ep.177. moleſtiam patefacit, quâ tot inter Epiſcopalis dignitatis opprobria cruciabatur;

ad-

additque ex Epiſcoporum contemptu ipſum quoque contemptum Pontificis redundare. *Contemptus meus, & deiectio mea redundat in vos.* Verum nihilominùs A eſt, eo ipſo ſæculo aliquos fuiſſe Præſules, qui ſuâ auctoritate violenter & malignè abutentes, adminiſtrorum potentiam irritabant ad eorum licentiam refrænandam.

§. II.

CLARE' hinc agnoſcas velim, perantiquum humanæ imbecillitatis morbum eſſe, vt ſi Epiſcopus ad ſuam vineam excolendam praua germina velit euellere, & improborum flagitia eradicare, tempeſtates & turbines illicò excitentur, quibus & Clerus & populus iugum illud ſibi peracerbum excutiant, libelli & epiſtolæ mendaciſſimo ſtylo conſcribantur, & in Iudicem crimen reuoluatur, quo ſe flagitioſi, vt innocentes videantur, exonerant: fortè ea ætate adeò illi cœcutiebant, vt non agnoſcerent his artibus nequiſſimos viros, & Dœmones ipſos vti, ad Epiſcoporum famam denigrandam, eorumque ſanctitatem deprimendam, vt nullâ Epiſcopi ratione habita, legum ſacrarum vis concidat, & tota diſciplinæ B Eccleſiaſticæ moles Epiſcopali robore deſtituta deſtruatur: ad Cornelium Pontificem dilucidè hæc omnia explicat Diuus Cyprianus: *Si ita res eſt, frater, ut nequiſſimorum hominum timeatur audacia, & quod mali, iure & æquitate non poſſunt, temeritate perficiant: actum eſt de Epiſcopatus uigore ac de Eccleſiæ gubernandæ diuinæ poteſtate.* Quis ignoret nunquam vitio & vitioſis Patronos deficere? quis neſciat, quot inſidiis & fraudibus ab ipſis inuadi virtutem, vt penitùs exciſa moriatur? Quem latet, eò calamitatis vniverſi regimen acceſſiſſe, vt ad Epiſcopis moleſtiam inferendam, eorumque profligandam poteſtatem, ferè omnium conſpiret potentia, qua vel populis ſuſpicioſum eorum tribunal repræſentatur, vel improborum crimina defenduntur, vel eos qui crimen teſtari poſſunt violento ſilentio comprimunt, & ferè ſuffocant. Proh infelices! cum enim temporaneam pœnam ab aliis amouere contendunt, in æternam ſe ipſos inferunt, illaque comminatoriâ ſententiâ percutiuntur. *Veh qui dicitis malum bonum, & bonum malum.*

D. Ciprian. ep. 3. l. 1.

Iſai. 5. 20.

Si ergò adminiſter maiorem improborum ſermonibus, quàm Epiſcopi narrationi fidem præberet, ſeque vel commendationibus, vel muneribus, vel fraudolentis illecebris irretiendum daret, & Epiſcopi vires oppugnans improborum iniquitati faueret, an non Deum ſimul & Principem perditiſſimè violaret? an non in nequitiæ ſedem, iuſtitiæ tribunal inuerteret, & catenas virtuti, vitio coronas intexeret; aptari nunquam meritò ipſi poſſit, quod Antonino Pio Cæſari Diuus Iuſtinus Martyr ſignificauit. *Tantùm ualent Principes opinionem ueritati præferentes, quantùm prædones in ſolitudine.* C

Apud Bar. ann. 1097. v. 87.

Illaudatum hic Diuum Gregorium præterire nefas duco, vtpotè qui tàm ſeriò ad hæc euigilabat, vt in eos perquam ſeuerus eſſet, qui non Epiſcopos tantùm, ſed quoſcumque alios ordines ſacros calumniis, & mendaciis impetebant, quamobrem validè Epiſcopum corripuit, eo quòd debitâ caſtigatione non mulctauerit calumniatorem quendam, qui Diaconi famam ſuis accuſationibus carpſerat; qua occaſione hæc quæ addit, expendenda maximè ſunt. *Cum fortiùs punienda ſint crimina, quæ inſontibus, et maximè ſacratis ordinibus inferuntur:* Epiſcopo D dein illi mandauit, vt Subdiaconatus munere eum abdicans, publicâ verberatione eum damnaret, & in exilium abigeret, *Vt unius pœna multorum poſſet eſſe correctio.* Quid iam tantus Pontifex in eos egiſſet, qui Epiſcopi correptionem auerſatus, ad ſuæ prauæ mentis libidinem explendam, Epiſcopi famam calumnijs, mendacijs, obtrectationibus lacerarct?

QVIA

§. III.

A

QVia tamen, vt ſuperiùs indicauimus, eà Diui Bernardi ætate, fœdiſſima hac in re erat totius aulæ corruptela, vitiatàque iuſtitià, vitium non exulabat, ſed exultabat, temperare ſe piiſſimus Abbas non potuit, quin, quæ olìm Innocentio Secundo ſignificauit, Eugenio etiam Tertio aperiret, & tàm robuſtè calamitatem eam amplificauit, quâ Epiſcoporum fractâ authoritate, flagitioſi viri effræni licentià geſtiebant, vt tanto morbo remedium tandem aliquod imponendum pronunciaret. *Appellaſſe iniquè, iniquum eſt, iniquè & importunè, iniquarum appellationum fomes*, ſic ille. Neque hìc appellationum ritus à me eliminantur, dummodò ſemper ſuo tramite iuſtitia incedat, & iuxtà ea quæ poſtmodum Synodus Tridentina decreuit, ſua Ordinariò poteſtas non ſubtrahatur. *Appellandum à ſententià ante ſententiam improbum omninò; niſi ob manifeſtum grauamen præſumitur appellatio: qui igitur non grauatus appellat, liquet quia aut grauare intendit, aut tempus redimere*: ſic rurſus Bernardus: quæ autem ſalutaria fore credebantur, noxia potiùs fuiſſe conqueritur, & *anthidotum verſum in venenum*; appellationem enim plurimi prætexentes, ſcelera magis fouent, & arctiùs criminibus incœptis adhærent; quâ in re explicandâ, tàm validè, tàm ardentèr Diuus Bernardus philoſophatur, vt perdigna, quæ omnibus legantur ea ſint, quæ Magiſter Sanctiſſimus ſcribit. — D.Bernard l.3.de conſid.c.2.

B

Verùm neſcio, an iuſtè omnes ij Præſules conquerantur: non raró enim fit, vt ipſimet Præſules reprehendendi ſint, vt expertus egomet inſpexi, cum Apoſtolici Oratoris Prouinciam in Neapolitano Regno gerens, facere frequentèr non potui, quin populorum appellationes exceperim, & Præſulum quorundam imprudentem ardorem vireſque effrænes retunderem; è tot enim, qui ibi Epiſcopi abundant, non deſunt, qui vel ſcientiâ deſtituti, vel paupertate obſeſſi, vel alieno ſermone decepti, vel ſuæ nimiùm voluntati indulgentes, populorum patientià abutantur.

C

Verùm Epiſcoporum querelas, pro quibus Diuus Bernardus patrocinium ſui ſermonis exeruit, veras hìc ego præſupponens, ſi vnquam (quod Deus auertat) mala hæc iterùm pullularent, & Epiſcoporum authoritas rurſus adminiſtrorum effrænatâ potentià frangeretur, quid dixerim faciendum? ad Sanctiſſimi Pontificis pedes ſe deuoluant, aptumque ab eo tantis vulneribus medicamen efflagitent. Sic facientem benigniſſimè Diuus Gregorius quendam Siciliæ Epiſcopum excepit, qui cum ei ſignificaſſet, à Pontificio adminiſtro Siciliæ defenſore, Præsbyteros aliquos, ſe inuito & reluctante libertati reſtitutos, magnus Pontifex poſt aſperam correctionem ei habitam, præcepit, vt Præsbyteros Epiſcopo reſtituens, huiuſmodi crimine in poſterum abſtineret. Audiantur magni verba Pontificis. *Nunciatum eſt nobis, quia quoſdam Clericos, qui à Reuerendiſſimo fratre noſtro Ioanne Epiſcopo, exigente culpà, in pænitentiam miſſi ſunt, neſciente illo, tuà exinde auctoritate ieceris: quod ſi verum eſt, rem te omninò inhoneſtam, & non leuitèr increpandam feciſſe cognoſcas. Eoſdem ergò Clericos Epiſcopo ſuo, ſine mora reſtitue: & hoc de cætero caue committere: quia ſi neglexeris, noſtros te noueris non mediocritèr motus incurrere.* — D.Greg.l. 9. epiſt.32.

D

Verum quidem eſt, non deeſſe ex Epiſcopis eos, qui vel nimium ceruicoſi, vel pecuniæ immodicè ſtudentes, vel morum nigredine turpes, ſuammet ipſi dignitatem dehonorantes, populis anſam præbuere multa efficiendi, quæ nunquam cœteroquin effeciſſent. Sed de his ſatis.

N n   Pie-

Pietatem ab Epiſcopo potiſsimùm exigi, eamque ad optimum regimen habendum fore perutilem. A

Cap. LVI.

D.Bernard ſer. 25. in cant. Idem in verb. ſapien. INANIS Epiſcopi labor eſſet in virtutum acquirendarum ſtudio, ni pietatem præcipuâ quàdam animi contentione poſſideret, quæ Diui Bernardi ſuffragio, anima fidei eſt, & flos æternæ fructum beatitatis educens: tota cæleſtis ea eſt, tùm ratione obiecti, cui adhæret ſcilicet Dei, tùm quia fœliciſſimo quodam imperio voluntati dominatur. Religionis primogenita filia pietas eſt, & virtutum B omnium baſis, ex quo fit, vt virtutibus reliquis ipſa præcellat. Do Diuum Ambroſium, D Ambr. l. 1 de abb. c. 6. *Deuotio virtutis ordine prima eſt, quæ eſt fundamentum cæterarum.* Tùm prophana, tùm ſacra Principum ſolia pietati tanquam ſolidiſſimo fundamento innituntur, quo enim arctiùs illi adhærent, eò firmiùs ſtant, omniq; aliâ trepidatione ſubmota conſiſtunt: ſi verò ab ea diſceſſerint, nutant, & corruunt. Quis hoc in Synagogæ imperio non agnoſcat? quæ pietate deſtituta tàm imbecillis tàm eneruis elanguit, vt inter Sacerdotum, & Pontificum vitia, ſacerdotales Infulas, & Pontificum diadema æternâ iacturâ perdiderit, iuxtà ea Danielis verba, Dan. 9. 27. *Definet hoſtia, & ſacrificium*, quæ perpendens ait Diuus Iſidorus Pelusiota, Peluſiot. lib. 3. ep. 149. *Ac maximè quidem per ſacerdotij extinctionem, Regni quoque & aliarum rerum euerſionem ſimul demonſtrabat: nam regni quoque baſis pietas ergà Deum erat.* Pietas [illegible] ad Epiſcopos maximè ſpectat, tanquam ad Magiſtros populorum. Quàm optimè hoc Ægyptijs ſapientibus, & poſteà Græcis innotuit, qui, Stobæo referente, ait ſenio- Stobæ. in Eccl phyſ. c. 4. rum eſſe conſilium dare, adoleſcentum bellicæ rei ſtudere, ſacerdotum Deum C venerari, *Numen colere*: experientiâ primi pugnant, virtute alij, alij pietate.

Hinc Therapeutæ à Græcis Magiſtris Epiſcopi fuere compellàti; hoc eſt piæ, Diuinæque mentis cultores ſtudioſi. Leo item, & Arthemius Cæſares *Patres Pietatis* nobiliſſimo cognomento eos ſalutarunt. Ex ore, ex aſpectu, è domo, pietatem ſemper redoleat Epiſcopus, quàm ſubiecti venerentur ſimul & imitentur. Hinc Venerabilis nomen, quo Supremus idem Pontifex nos honeſtat, hinc Reuerendiſſimi, quo Cæſares ipſi nos condecorant, originem ſuam habet; è pietate enim velut è plantâ venerationis germen emanat.

L. 15 de Sacroſ. Eccleſ. Hinc etiam ſanctiſsimè ſancitum fuit, vt quancũque Vrbẽ ingrediens Epiſcopus, Templum primùm accederet, vt ſuam præ omnibus ergà Deum pietatẽ oſtenderet. Ab huius obſeruantiâ legis cũ Theophilus Alexandrinus defeciſſet, Conſtantinopolim adiens, Diuus Chryſoſtomus Innocentio Primo hoc ipſum ſignificans ait, non Paſtorem, at Prædonem eum eſſe compellandum, vtpotè qui diuinas ædes inuiſere recuſans, humanis ſe protinùs agendis rebus implicaſſet. D.Chryſoſt epiſt ad Innoc. incip. etiam antequam rom. 1. *Cum Conſtantinopolim ingreſſus eſſet, iuxtà conſuetudinem, & conſtitutionem hactenùs obſeruatam, non intrauit in Eccleſiam; ſed egreſſus à naui prætermiſſis Eccleſiæ veſtibulis, alicubi verſatus eſt.*

Otioſa forſan alicui videatur ea cœleſtium mentium vox, *adorate eum omnes* D Pſal. 96.8. Hugo ibid *Angeli eius*, cum in hac Sanctarum precum effuſione ſeipſi iugiter exerceant, ſuaque beatitate fruantur: alios igitur ipſi Angelos alloquuntur, ait Hugo Cardinalis, hoc eſt Sacerdotes, Religioſos viros, & Præſules; hi enim quemadmodum Angelico miniſterio decorantur, ſic etiam Angelicâ pietate reſonent, & ardeſcant oportet; Monſtri igitur loco Epiſcopus eſſet non pius, Deoque ſimul & hominibus odioſus; cum è contrà gratiſſimus omnibus è pietate fiat, facilique labore ardua quæque ſuperans, regimen ſuum poſſit inſtituere; ad hanc ſententiam Campan. de herendo magiſtratu ſcripſit Ioannes Interamnenſis Antiſtes in Patrum Bibliotheca. *Deum Immortalem ſi propitium habueris, firmum tibi feciſti fundamentum omnium, quæ dicturus,*

fa-

factturuſque ſis, etiam quæ cogitaturus. Omnia ſecunda ſunt colenti Deum, aduerſa
A *ſpernenti: & qui religioni ſtudens diuina tutatur, fluctuare poteſt aliquandò, mergi* tom. 15 Bibliot. Patrum.
non poteſt. Quanta verò virtutis opinio de Pio viro habetur, quæ fides, quæ au-
thoritas ipſi eſt, quantum populorum obſequium, qui ſubditorum amor? Ele-
gantiſſimè ſapiens ille Ethnicus ſcripſit. *Cæteræ virtutes admirationis tantummo-* Valer. Maxim. lib. 5. c. 4.
do multum, pietas verò etiam amoris meretur plurimum: Magnetis inſtar extero-
rum animos ad ſe pietas trahit, & dulci quadam vi alligatos, eos ſibi facilè ſu-
biicit, quos cœteroquin libertatis amantiſſimos, ceruicoſos, & præduros experi-
retur; quàm enim benignè, & amantèr ergà homines illi ſe geſſerint, qui pij cum
Deo fuerint; confirmat hæc Ariſtoteles. *Quod indigenæ minimè ſperent, aliquid*
iniuſtum ab eo Principe pati, quem religioſum, Deique verentem arbitrantur: mi- Ariſt. lib. 5. Polit. c. 2.
nuſque in eum inſurgent, qui Deum etiam habeat adiutorem.

Hinc ad rixas componendas, ad ciuium præcipites æſtus extinguendos,
ad populorum ſeditiones tranquillandas facilior illi patet via: hìnc omnes calu-
B mnias ipſe declinat, easque non tantùm mendaces eſſe patefacit, ſed ipſamet
ſua manifeſta crimina eneruat, & delet. *Vt in eo genere hominum, vel minima de-* Campan vt ſupra.
licta vix credantur, etiam manifeſta: Sic Campanus. Quod ſi hac pietatis ſpecie,
& ſanctà velut Diuinitatis imagine caruerit, quàm facilè aliorum calumnijs in-
uaduntur, oblocutionibus lacerantur? *In improbis autem, vel maxima ſcelera*
etiam occulta, pro compertis habeatur.

Pietas tamen, quam in Epiſcopo poſtulamus, non ea eſt, quæ ſatis populo fa-
cit, & mulierculis plerumque adhæret, exteriori tantùm ſpecie adornata, pijſque
tantùm precibus recitandis intenta; niſi enim fibras altè in animo piætas hęc im-
preſſerit, commentitia potiùs eſt, & pietatis vmbra vel cadauer. Deceptum ſe
diù profitetur Diuus Franciſcus Saleſius, donec veræ pietatis cultor, imò Magi-
ſter euaſerit, vt ex eius ſcriptis operibus conſtat. Exterior hæc pietas inanis om-
ninò eſt, & ab ipſo Dæmone irridetur: labia vt Deo dentur ipſe permittit, dummo-
dò cor ſibi ſeruet terrenis cogitationibus inuolutum.

Caiphas ipſe vaticinij dote fuit illuſtris; quid tamen vtilitatis, imò quantùm
detrimenti ab eâ collegit! nam Diuo Chriſoſtomo docente, *Os tantùm non autem*
ſceleſtum cor gratia illa attigit. Extima hæc pietas characteri illi perſimilis eſt, Io. 11. D. Chryſoſt. ibid.
quo cælitùs emiſſa manus capitalem ſententiam in Balthaſſarrē Medorum Regem
C exarauit; hæc vtporè ſcripta *in ſuperficie parietis,* Regis animum non attigit, nec
illi fuit vllatenùs ſalutaris. Dan. 5.

Egregiè enim verò ſe pium tunc Nicodemus oſtendit, cum ad extincti Serua-
toris corpus condiendum *mirrhæ quaſi libras centum* coëmit; quò tamen pretioſis Io. 19. 19.
vnguentis ditior fuit, eò fuit fide pauperior; vtilior eius pietas fuiſſet, ſi mortuum
Dominum breui rediuiuum fore confidens, exiguo opobalſamo corpus eius per-
unxiſſet.

Si igitur ad Theologiæ trutinam rem metiamur, cor ſibi non linguam vera pie-
tas poſcit, vel ſi linguam occupet, interpretem cordis, diſcipulam voluntatis eam
habeat. Fauet Diuus Bernardus. *Deuotionis gratia res eſt cordis; & hoc munere ip-*
ſe ſe fraudat, qui internum ei diſſimulat receptaculum exhibere. Aquinate igitur do- D. Bern. ſer. de triplic. cuſtod. init.
cente in promptâ quadam, & conſtanti voluntate verſatur, quâ quis rebus hiſce
ſæcularibus deſpectis, Deo tantùm, & Diuinis adhæret. *Deuotio nihil aliud eſſe*
videtur, quàm voluntas quadam promptè tradendi ſe ad ea, quæ pertinent ad Dei fa- D. Tho. 2. 2. q. 82. art. 1. c.
D *mulatum:* Sanè antiquitatis Stylo deuoti vocabantur illi, qui voluntario munere
ſe ipſos mendaciſſimis Idolis deuouebant.

§. I.

CVm nefariâ Iudæ proditione, Sycophantis è Iudæâ gente nequiſſimis, in
Gethſemani horto Chriſtus Dominus obſideretur, arma quibus ſe muniue-
rant ſtringentes Apoſtoli ſocium ipſum interrogant, *Domine, ſi percutimus in gla-*
dio; prudens hæc pietas eſt, ſed inanis: quàm longè diuerſa Petri amantiſſimi Luc. 22. 49.

Nn 2 pietas

pietas fuit; hic enim, vt ſatellitum impetum in Ieſum Magiſtrum animaduertit, nihil immoratus ferrum vibrat, irruit in armatos, mortem contemnit, ſibique vel moriendum ſtatuit, vel ab impiorum manibus ſuum Magiſtrum vindicandum: A
D. Paſch. lib. 11. in Matth. quàm benè Diuus Paſchaſius; *Illud quod interrogant, Domine ſi percutimus in gladio? priùs intelligendum eſt, quàm Petrus gladium eximeret: ſed inter moras verborum interrogantium, dum alloquuntur ad Dominum, Petrus, more ſuo, ex feruore fidei, & charitatis, quàm ſemper habebat in Dominum, ex auiditate defenſionis pij Magiſtri, & maiori pro Domino commotione impulſus ad vindictam, porum attendit quid cæteri dicerent, vel quid agerent, etiam vel quid Dominus reſponderet: inter has igitur moras dictorum, percuſſit ſeruum Principis Sacerdotum.* Quid ergò mirum, ſi qui tàm illuſtri pietate cœteris præcellebat, cœteris etiam in Hyerarchicâ dignitate præferatur; quò enim alijs celſiora ſacra ſubſellia ſunt, eò etiam alijs pietate erga Deum exardeſcere magis debent; In omnibus quidem, ſed in ſacris præſertim muneribus, non manum, ſed animum, non opus, at voluntatem Deus expendit, *Non quantum, ſed ex quanto.*

De illuſtri Sacrificio, quod ex Arcâ egreſſus Noe Deo liberatori litauit, ſermonem habens Moyſes, *& tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare*, ait non eius victimas, ſed eius odorem Deo placuiſſe. B
Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. Quinam odor hic eſt, ait Porretta? tùm ſibi ipſi reſpondens ait, pietas eſt, quâ ſacrum illud opus Noe peregit. *Deuotio vtique, & Dei cultus, iuxtà illud Apoſtoli. Bonus odor ſumus Chriſti.*

An, ait Diuus Chryſoſtomus, oſſibus, & carnibus animantium aduſtis delectetur incorporeus Deus? Noe ille pietatem deuotumque ſacerdotis animum libens, & lætus excepit. *Vide quomodo animus offerentis, fumum, & nidorem, & omnem quæ inde naſcitur ſuauitatem, multâ fragantiâ implebat*: ex aduerſo, cum nullo pietatis odore flagrarent pinguiora ſacrificia, reiectabantur à Deo, ipſaque thimiamata ſordium loco habebantur. *Ne offeratis vltrò ſacrificia veſtra, incenſum abominatio eſt mihi*: ſic olìm Deus Paleſtinæ Sacerdotes allocutus fuit, & ſatis hoc idem miſerrimus Cain expertus.

1. Cor. 2. 15.

D. Io. Chryſoſt.

Iſai. 1. 13.

Huius robore pietatis ſæcularibus à rebus, & a mundi pompà distractus animus noſter, ſe ſuauitèr cælo permittet, cæleſti tantùm voluptate imbuendum; quâm fortes in quæcunque vel fortunæ blandientis vel ſæuientis certamina, quàm in noſtri gregis cuſtodiâ vigiles, quâm in quocumque opere conficiendo laborioſos pietas iſta nos efficiet! nec enim vera pietas vel moras, vel ſocordiam patitur. C
Vbique impigra deuotio. Sic Ambroſius: ſęculi oblectamenta pernicioſa ſimul, & inania pietas nobis oſtendet, fraudulentas Dæmonis artes aperiet, quibus nos vel à moleſtiâ laboris abſtrahit, vel ad ſimulatæ torporem quietis adducit; ſapientèr enim Gregorius. *Si nos virtus deuotionis in intimis afficit, omnis ſtrepitus prauæ ſuggeſtionis obmuteſcit.*

D. Ambr. libr. 1. de Caim. & Abel cap. cap 8. tom. 1.

D. Greg. homil.

Vno dixerim verbo; tota virtutis vita in verâ pietate verſatur, quæ tàm eximium in Sanctis Epiſcopis locum habuit, vt erubeſcendum nobis maximè ſit, niſi ad eorum exempla noſtra etiam opera dirigamus.

§. II.

HAVD tamen exteriora hæc pietatis opera omittas penitùs velim: cum enim, vt Aquinas docet, duplici nos parte componamur, ſpiritali ſcilicet, & corporeâ, vtrâque nobis adorandus Deus eſt, animo ſcilicet, & corpore, voluntate ſimul, & opere. *Et ea, quæ exteriùs aguntur ſigna ſunt interioris reuerentiæ*: præter quàm quòd interior pietas exteriori huiuſmodi opere facilè excitatur, *vt videlicet per ſigna humilitatis, quæ corporaliter exhibemus, exercitetur noſter affectus ad ſubijciendum ſe Deo: quia connaturale eſt nobis, vt per ſenſibilia ad intelligibilia procedamus.* Sed quod maius, & ſalutarius eſt, ex hac exteriori pietate, quâ Præſul effulget, mirum in modum tùm populus, tùm Clerus validiſſimo ſilentio inſtruitur, vt Deo diuiniſque rebus eâ, quâ par eſt, pietate deuotus interſit; an enim D

D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 1. & 1. cap.

nuge-

Digitized by Google

nugetur, & conſabuletur immodeſtè populus, cum ſuum Præſulem aſpexerit, vel
A ad Auguſtæ Euchariſtiæ præſentiam ſupplicem in morem deuolutum, vel Beatiſſi-
mæ Virginis gaudia, & lachrimas recolentem?

Quàm vtile piumque hoc ſit, Diuus Ludgerus Monaſterienſis Antiſtes abundè Baron. ann.
teſtatur: hic enim, cum diuinarum precum penſum ſimul cum Canonicis in O- 809. n. 63.
dæo perſolueret, à Carolo Magno Cæſare accerſitus, reſpondit, ſe abſolutis preci-
bus acceſſurum; quia verò moræ impatiens res erat, ſecundò, & tertiò aduocatus,
Cæſarem ipſe non adijt, donec ſacros omnes hymnos recitaſſet. Conqueſtus cũ
ipſo Cæſar fuit, ac ſi mandata ſua pauci feciſſet; tunc reſpondit Præſul, ſe Cæſa-
rem quidem magni facere, ſed non tamen Cæſari Deum poſtponendum, apud
quem abſolutis precibus Cæſaris vitam, imperium, fœlicitatem commendauerat.
adeò his Cæſar acquieuit, vt ei dixerit, gratiſſimam ſibi nunc eſſe eam tarditatem,
quam praui eius adminiſtri fœdâ oblocutione damnauerant; tùm ſubdidit, nullam
in poſterum ſe quorumcunque calumnijs in eum iactis fidem habiturum, dummo-
B dò tamen pro ſe ſuoque Imperio Deo preces offerret.

Præ omnibus tamen Epiſcopi pietas eluceat in Sacroſanctâ hoſtiâ Deo litandâ, D. Dionyſ. de Eccleſ. Hyerarch. c. 6.
quo in opere exquiſitam animi munditiem Diuus Dyoniſius exigit, *Vſque ad*
extremas Imagines, adeò vt quacumque vel leui maculâ vacuetur. Diuus verò
Bonauentura docet, tunc nos ad diuinam rem peragendam acceſſuros, cùm im- D. Bonauent.
petu quodam pietatis actus in nobis animus incaleſcit, & ferè in Deum alterum
conformatur: *Cum fueris totus alteratus, & diuinus effectus; ità vt nihil videas, ni-*
ſi Deum; tunc accede.

Sanè niſi aliquo ingenti opere detineatur, nefas Epiſcopo eſſet, diem aliquam
abſque Diuinâ Hoſtiâ litatâ tranſigere, tùm, vt tàm ingenti beneficio ſingulari
numinis amore nobis impertito prouidè vtamur, tùm ad noſtras tàm frequentes Fulber. ep. 1.
labes abluendas: ad hoc præſtandum hæc nobis Dei amor ſubminiſtrauit *Sacrificij*
placabilis expiamenta, nec ſanè vllâ aliâ re tàm validè in quæcumque diſcrimina,
in quoſcumque labores nos obarmare poſſumus, quàm Epulo Euchariſtico. Quod
ſi, cum ſacrificanti Numæ ſignificaretur adeſſe hoſtem, Romanoque ſolo iam oc-
cupato, flammis, cædibus, & vaſtitate omnia obruere, intrepidus reſpondiſſe
fertur. *Ego verò ſacrifico*; ac ſi nihil formidandum ei eſſet, qui ſacram rem faciens
Diuinitatem ſibi quodammodo habet fœderatam: quantò confidentiùs, & ſecuriùs,
Diuinum nobis adſuturum patrocinium ſperamus, ſi Sanctiſſimum Diuinumque
C Sacrificium agentes, Dei beneuolentiam, & potentiam nobis conciliauerimus
noſtræ imbecillitatis adiutricem?

Epiſcopi dotes ab Apoſtolo ad Titum ſcribente recenſitas Diuus Hyeronimus
expendens, vt pudicitiam attigit, hæc habet: *ſi Laicis imperatur, vt propter ora-* D. Hier in ad Titum c. 1.
tionem abſtineant ab vxore, quid de Epiſcopo ſentiendum, qui quotidie pro ſuis popu-
liſque peccatis illibatas Deo oblaturus eſt victimas; Vbi vides, à tanto magiſtro com-
pertum haberi, quotidie ab Epiſcopo rem diuinam peragendam. Compoſtellana
Synodus hoc itidem ſtatuit, Victore Secundo Pontifice imperante anno 1056. Baron. ann. 1056.
quam ergo Epiſcopi teſſeram haberet, qui rarò Deo ſacrum facturus adeſſet.

Admirandus omnibus hac in re fuit Diuus Tharaſius Conſtantinopolitanus An- Surius in vita S. Taraſ. 25. Febr.
tiſtes: hic enim Senectutis, & morbi vi lecto affixus, quoad vſque ſpiritu viguit,
nunquam à cæleſti hoſtiâ immolandâ deſtitit: quapropter propè lectum altari ere-
cto, pectore tabulæ adhærens, quæ ſacræ menſę incumbebat, ſacrum Deo totus
D abſorptus faciebat: nec longiùs in his ego immorabor, cum ſatis hac de re in opel-
là diſſeruerim, quam de Sacrificij Diuini celebratione pro mei tenuitate ingenij
ſcriptam, quatèr iam typi cum ingenti legentium voluptate, vtinam & vtilitate,
viderunt. Illud addo Diuinum hoc Sacrificium a Tertulliano *Grauitatis, & ſan-* Tertull. de cultu fæm. c. 19
ctitatis officium, fuiſſe compellatum; & meritò, in eo enim peragendo, *Columnæ*
Cœli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius. Tob. 26. 2.

Minora alia præterire licet pietatis officia, quibus viri ſanctiſſimi excellebant: Surius 17. Nouemb.
huiuſmodi illud eſt, quo ſuam charitatem Diuus Hugo Lincolnienſis Epiſcopus
exercebat, vt licet abiectiſſimos quoſque viros, ſuâmet manu ſepulchro do- Surius 4. Decemb.

na-

naret; quàm Deo pergratum fuerit hoc opus, ſatis illud indicauit, quod ad eum A
ſepeliendum Reges duo, Archiepiſcopi tres, Epiſcopi duo, conuenirent.

Orandi ſtudio addictum Epiſcopum fore. Cap LVII.

D. Niſſen. de orat. Dom ſer. 1 IVre quidem meritò hominum ſtultitiam Diuus Gregorius Nyſſenus increpat eò quod, cùm in cœteris comparandis perquàm ſtudioſi ſint, in orandi tamen ſtudio, ne leuiſſimum quidem tempus impendant. *Obliti eius, qui manus dedit*; Artifices, cauſidici, diſcipuli totam virium, & ingenij molem ſuis ſeruandis & augendis in rebus intendunt, cum orationi nullatenùs vacent, quâ tantùm, ad optatæ beatitatis finem noſtra opera diriguntur. Quid iam ille de Epiſcopis dixiſſet, qui arduis, & difficillimis rebus ſẽper obſeſſi, totas exerere debent vires, vt B ſuam ſimul, & populorum cauſam vtiliter ſanctèque conficiant?

Si ad Philoſophiæ lancem noſtrum ſermonem metiamur, id neceſſarium dicitur, quo ad aliud poſsidendum indigemus; Si ergo noſtrum aſſequi non licet finem abſque orationis adiumento, neceſſaria nobis dicenda oratio eſt. Nimis enim verò à virtutis attingendæ faſtigio nos auocat, & repellit, noſtræ naturæ corruptela, fomes quo ad vitia trahimur, laborum, & moleſtiarum aſperitas, qua ſpiritalis vita obſidetur, & harum rerum illecebræ, quæ noſtris oculis inſidioſâ D.Chryſoſtom.de Deuot. pompâ lenocinantur. Ad has tenebras effugandas orationem amplectamur tanquam *Anima Solem*, vt eam Diuus Chryſoſtomus appellauit; cuius vi etiam fiet, vt licet corpori aſſociatus, ſpiritus in ſublime feratur, Syderaque ipſa pertingat, D. Aug.ſer 230. *Quid autem oratio, niſi aſcenſio animæ de terreſtribus ad cæleſtia, inquiſitio Superiorum, inuiſibilium deſiderium.* Sic Auguſtinus.

Ex his Pſalmi cuiuſdam occultum adhùc myſterium mihi innoteſcit, vbi enim Pſalm. 141. è noſtrâ Vulgatâ habetur. *Intellectus Dauid dum eſſet in ſpeluncà.* Habet Pagninus, *Oratio Dauid*; ac ſi orationis ſtudio noſter intellectus depuretur, & inſtruatur.

Pretium ſuum cuicumque rei præbet Oratio; Sanctuarij enim lancem geſtans, Oſe.12.1. Chanaam ſtateram iniquam, & deceptricem reijcit, de quâ Vates ait; *Chanaam, in manu eius ſtatera doloſa*. eius ſanè lancem adhibens Salomon, omniaque mun- C di oblectamenta, & ornamenta ponderans, inanitatem eorum expertus inſpexit. Eccl. 2. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, quæ eadem Epictetus indicauit illis verbis, Ephit. Enchir. c. 8. *Singulis in rebus, quæ vel delectant, vel vſui feruiunt, vel diliguntur, memento conſiderare cuiuſmodi ſint, exorſus à minutiſſimis; Si illam diligitis, te illam diligere.*

Quàm aptè orationis magiſterio edocemur, totam hanc ſæculi pompam ſcænicam, & bracteatam eſſe, ad oculos decipiendos, non ad animum explendum, aptiſsimam: A Eliogabali conuiuio perſimilem inuenies, vbi deceptorijs tantùm dapibus conuiuæ paſcuntur; maleficum dixeris Oromaſij ouum, quo diſrupto fœlicitas illa euaneſcit, quâ diteſcere omnibus videbamur. Quàm igitur ſapientèr, S. Eucherius. & ſanctè Diuus Eucherius ab harum rerum mendaci aſpectu nos amonet. *Omnia hæc conſpectui noſtro inſidioſis coloribus lenocinantur. Vis illa oculorum attributa lumini, non applicetur errori.* D

Quâpropter cum Diuus Spiridion Trimituntis in Cypro Epiſcopus Cæſaream Conſtantij aulam vocatus adiens, cum Presbiterum ſuum ſocium Triſillum nomine in aulæ contemplandâ magnificentiâ admirabundum, totoque animo adhęrentem inſpiceret; eius leuitatem cæcitatemque caſtigans, quid ait præ cæteris hominibus, quem adeò admiraris, Cæſar habet? quid in eum diuitiarum ſplendor, au- Baron.ann. 338. & Surius in eius vita. læ luxus, purpuræ indumentum refert? an non aliorum inſtar hominum breui morietur, tantuſque titulorum, & potentiæ faſtus breui cinere metietur? Si orandi ſtudio aſſueuiſſes, nulla ſanè admiratio te rapuiſſet. *Cur quæ fluunt, tanquam quæ*

ſtabi-

Digitized by Google

ſtabilia ſunt, honeras; & quæ nihil ſunt habes in admiratione?

A Idem omninò bonum Cremonenſi Antiſtiti Luitprando ad Orientis Cæſarem Leonem miſſo ex oratione effluxit; excepit eum Rex ſolio aſſidens tali arte, occultoque molimine conſtructo, vt ſtatim è terrâ elatus in ſublime fuerit, æneiſque Leonibus, qui eum ſtipabant præferoci rugitu ad ei terrorem incutiendum ſalutatus. Tanquam ad ludicra quædam ſpectacula Antiſtes riſit, vtpotè qui horrendum Diuini Leonis tribunal, & rugitus ſuos contemplari aſſuetus, cœtera omnia deſpiceret ſuamque legationem breui expediens, Principem ſimul, & aulam totam cum ſuâ inauſpicatâ pompâ celer deſeruit.

Luitprand. lib. de reb. in Europa geſtis.

Longè etiam altiùs Diuus Fulgentius orationis pennis euolauit; cum enim ad ſacra limina inuiſenda è Ruſpenſi Vrbe Romam acceſſiſſet, Regemque Theodoricum in regione, quæ Palma aurea vocabatur, Procerum Principumque acie vndequaque ſtipatum inſpexiſſet, pompamque ſplendidiſsimam, quâ per vrbem incedens excipiebatur, ad ſuos conuerſus ait. *Quàm ſpecioſa poteſt eſſe Hieruſalem cæ-*
B *leſtis, ſi ſic fulget Roma terreſtris! & ſi in hoc ſæculo datur tantis honoris dignitas diligentibus vanitatem, quantus honor, gloria, & pax præſtabitur Sanctis contemplantibus veritatem?*

Baron.ann. 500. Sur in eius vita Ian. c. 17.

Viden, quàm benè auteam catenam orationem vocauerit Diuus Dyoniſius, quâ ſublati è terris Deo ipſi coniungimur?

Profectò ſi Diuinitatis diuitias perfectâ quadam contemplatione poſſideremus, fieri nunquam poſſet, vt tàm arctè mundialibus hiſce nugis prophaniſque quiſquilijs adhæreremus. Eos meritò damnauit Ariſtoteles, qui ad ſuperna cæcutientes ad hæc infima tantùm noſtrâ mente peruolenda nos hortabantur, eò quod cum mortales ſimus, mortalia tantùm contemplaturi ſumus. Apagè, inquit Ariſtoteles, mendaciſsimi hi ſunt! quin imò naturæ mortalitatem immortalium rerum meditatione exuperare debemus. *Oportet autem, non quemadmodum monent quidam, humana nos ſapere cum ſimus homines; aut mortalia, cum ſimus mortales; ſed quoad fieri poteſt immortales nos ipſos facere, cunctaque efficere, vt eà*
C *vitâ viuamus, quæ ab eo manat, quod eſt eorum, quæ in nobis ſunt præſtantiſſimum.*

Ariſt. 10. Ethic. c.7. in fin.

Ea oratio eſt, quæ affectiones noſtras itâ componit, vt quocumque fortuito euentu maiorem animum reddens, quæcumque mortalia hæc, licet ampla & magnifica, fortiter deſpicetur; quod ſi abſque philoſophiæ præſidio hanc animi conſtantiam acquiri non poſſe Seneca æſtimauit; quid dicendum nobis de oratione erit, quæ eò validior ad noſtram imbecillitatem toborandam eſt, quò ſanctior, Deoque ipſi proximior; audi iam Philoſophum. *Quæ cupiditatum manſueſcit inſania, timorum ſanitias ompeſcitur: hac quidam putant etiam ſine philoſophiâ repreſſiſſe: ſed cum ſecuros aliquis caſus expertus eſt, exprimitur ſera confeſſio.*

Senec. op. 82.

Diuinarum opulentiam diuitiarum ex oratione tanquam è canali deriuari ius eos gaudet Deus, vt Sancti Magiſtri Damaſcenus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Gregorius, Thomas docent; ſicut igitur demens eſſet, qui non ſeminati tritici meſſem ab agro repeteret; ſic ineptiſſimus ille dicendus eſt, qui virtutis abſolutæ faſtigium non calcatâ orationis viâ contenderet aſſequi, vt Diuus Franciſcus admonebat; Nihil durius, ait Seneca, quam precum pretio rem aliquam ſibi conquirere, *Nulla res carius conſtat, quam præ precibus impetratur*: cum è contrà nihil facilius, & nihil gratius, quàm orationis ſtudio ſibi à Deo cæleſtia dona coë-
D mere. Diuina æraria nobis oratio reſerat, quibus opulentiſſimè ditemur. *Oratio iuſti clauis eſt cæli, aſcendit precatio, & deſcendit Dei miſeratio*, Sic Auguſtinus. Suauiſſimum illud eſt, quod Saluianus Maſſilienſis Antiſtes, & Vatidici Regis verba *Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum*, contemplatus enunciat. Nec enim orantis tantùm vocibus adeſſe Deum docet, ſed parere. *Id quod dicit diuinas aures in precibus ſemper eſſe iuſtorum, non audientia tantùm Dei, ſed quædam quaſi obedientia deſignatur; quomodo enim in precibus iuſtorum diuinæ aures ſunt? quomodo? niſi vt ſemper audiant? niſi vt ſemper exaudiant? niſi vt promptè audita tribuant, niſi vt illicò exaudita concedant?*

D. Io. Damaſ. lib. 3. Sider. D. Chryſoſt ho. 30. in Geneſ. D. Aug. ſer 230. de tẽp. D. Greg. lib. dialog c. 8. D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 2. c. Senec. l. 1. de benefic. c. D. Auguſt. Pſal. 31. Salui. de Gubern. Dei lib. 2.

A

§. I.

EO autem validior neceſsitas eſt, quâ ad orationis ſtudium obſtringuntur Antiſtites, quò magis vndique ſexcentis operibus inter arida ſæculi, & rerum aculeos diſtrahuntur. Sordes ſine ſorde calcare, & luto immaculatum hęrere, ſolis eſt. Quàm igitur arduum, vt nos inter ſæcularia prophanaque populorum negotia aſsiduè verſantes, mentem noſtram tot inter fluctus tranquillam, & in tantâ rerum varietate ſemper Deo conſtantem ſeruemus! quàm facile eſt, vt puluere aliquo ſordeſcat, qui ſemper terrena pertractat! Quam in rem peracerba ea ſunt, (D. Greg. l. 1. ep. 5. 6. & 7.) quibus ſuam Pontificij Sacerdotij conditionem Diuus Gregorius auerſatur; nec enim tantùm à perfectæ virtutis acquiſitione, ſed ab ipsàmet beatitate ſe alienum æſtimabat. Sapientiſsimè igitur Diuus Macharius. (D. Machar. hom. 40.) *Perſeuerare in oratione eſt caput totius boni inſtituti, ac vertex omnium honeſtarum actionum, cuius beneficio reliquas virtutes à Domino obtinemus.* B

Chriſtianorum igitur exercitum ducens Epiſcopus inermis, & imbecillis eſt, ni ſtudio orationis armetur; vt ſuæ Eccleſiæ nauiculam per incerta pelagi ſecurus ducat, orationem, quæ Diuo Paulino docente, (D. Paulin.) *Naufragorum tabula* eſt, ſemper manu pertractet; vt ad ſuperiora peruolet eius pennis terras dedignatus efferatur. (Cor. 82.) Hinc horrendum quid Tertulliano videbatur, vt quilibet è Chriſti fidelibus Deum (Tertull. l. 1. de orat. c. 10.) non precatus diem traduxiſſet. *Horrendum eſt diem ſine oratione tranſigere.* Ipſamet virtus, quis credat, ſi oratione exuatur, periculoſa eſt, & alijs non admodum ſalutaris. Ad hoc ſignificandum Sara, & Rachel, licet diù ſteriles, fœcundiſſimæ tamen poſtea fuerunt: cum è contrà *Lia* fœcunditatem ſuam in ſterilitatem (Geneſ. 29.) commutauerit; vt igitur fœcunda tuâ pietas ſit, Rachelis miniſterium, hoc eſt contemplationem rerum cæleſtium excolas; vt Liæ ſterilitatem auerſeris, negotia, quibus nimium diſtraheris, reijcias. Habes hæc à Drogone Oſtienſi. *Ergo* C (Drog. l. 2. de Sacr. Paſt.) *Sara, & Rachel nuquam parere ceſſabunt: Lia verò poſt ſex filios, aut omninò parere ceſſat, aut filiam parit, ipſa eſt carnalis voluptas, quæ ſub ſpecie diſcretionis nonnunquam ſubrepit actiuę:* fœcunditatem omnem, & fortitudinem Liæ operoſæ ſectator amittet; hæc autem fortitudo in orationis crinibus immoratur, quos nobis præcidere voluptatis *Dalila* contendit, vt nos eneruet, & Samſonis inſtar turpi (Abb. Ioach. 3. p. expoſ. in apocal.) nos cœcitate obducat; quàm benè Ioachimus Abbas *Neceſſe eſt, vt mens fortis viri, ſanctis, & Deo dignis meditationibus implicetur; alioquin vt ruat neceſſum eſt, quod abraſo interiori capite fortiter ſe poſſe agere, & in tuto ſtare præſumit.* Satis hæc (Cantipr. l. 2. apium. 6. 32.) ille teſtetur, qui Cantipratenſi narrante, pudicus, ſobrius, pius, integer, omnique virtutum genere excultus, orationis ſtudio deſtitutus facilè è ſplendore integritatis turpiſſimè præceps in vitia quæque corruit, obſcæna inter, & ſordida miſerrimè obuolutus.

Ex aduerſo, vt *D*iuus Niſſenus Gregorius docet, orationis præſidio communitis terrena quæcumque opera innocenter tractare fas erit, *Quod oratio negotium præceſſerit, peccatum aduerſus animam aditum non inueniet.* Sic ipſe. (D. Greg. Niſſ. tra. 2. de orat. Dominic.)

Hinc potiſſimum ad Epiſcopos orationis ſtudium ſpectare dicendum eſt, cum è Diuinæ ſcripturæ Stylo Sancti appellentur, *Congregate illi Sanctos eius*, ex hæbræo habes, *miſericordes eius*, & è Chaldæo, *Qui ordinant teſtamentum eius ſuper Sacrifi-* D (Pſal. 49.) *cia*: ea quidem verba Diuus Ioannes Chryſoſtomus expendens è *D*iuo Paulo ad Epheſinum Hyerophantam ſcripta *Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes*, (1. Tim. c. 2. D. Io. Chryſ.) aſſerit, quod ſicuti inter exteriora miniſteria primum ſibi vindicat in Epiſcopo locum concionari, ſic orare inter interiora. His informatus Diuus Carolus, præterquàm quòd quotidianis commentationibus in plures horas ſuum animum exercebat, bis in ſingulos annos omnibus rebus poſthabitis totum ſe ad exquirendum optimum vitæ ſtatum collocabat, vt quocunque terrenarum rerum puluere abſterſo, epiſcopali miniſterio perficiendo aptiores, & alacriores vires exereret. Ex ipſis quis credat Ethnicis Ariſtoteles hoc abundè perſpexit hanc in ſen-

ten-

 Ariſt. 10. Et hic. c.8. ad fin.

tentiam loquens. *At verò qui mente operatur, & eam colit, diſponitur optimè: is &*
A *amiciſſimus Dijs immortalibus eſt.*

§. II.

AEQVE' etiam orationis auxilio indigemus ad finem alium attingendum,
rectæ ſcilicet gubernationis, quæ tot arduis, & labyrinthæis ambagibus
implicatur: ad has euitandas & diſſoluendas Ariadna ea eſt nobis prudentiæ fi-
lum ſubminiſtrans.

Quâ de cauſa Diuus Gregorius totus eſt, vt eius ſtudium populorum moderato- Greg 2. p. paſto.c. 5.
ribus commendet, Moyſes exemplum afferens, qui ad tot diſtractum laxatum-
que operibus animum recreandum, tabernaculum identidem ſubibat diuina con-
templaturus. *Moyſes crebrò tabernaculum intrat, & exit, & qui intus in contem-*
B *plationem rapitur, foris infirmantium negotijs vrgetur: intus Dei arcana conſiderat,*
foris onera carnalium portat. Quotieſcumque verò incertis dubitationibus animus
vexaretur, ad Deum confugiens, cæleſtis auxilium luminis poſtulabat. *Qui de*
rebus quoque dubijs ſemper ad tabernaculum recurrit, coram teſtamenti arcâ Domi-
num conſulit: exemplum procul dubio Rectoribus præbent, vt cum foris ambigunt
quid diſponant, ad mentem ſemper, quaſi ad tabernaculum redeant, & velut co-
ram teſtamenti arcâ Dominum conſulant. Sic idem Gregorius.

Quicumque alius conſiliarius, vel è rationis, vel è voluntatis nequitiâ decipe-
re nos facilè poteſt; vna Oratio eſt, quæ nec decipere, nec decipi valet, Dei ſa-
pientiâ, & veritate ſubnixa; de eo quidem Seneca ipſe affirmauit, quod ille *dat* Senec. ep. 61.
conſilia erecta, & magnifica. Cyrum de hoc ipſo Cambyſes, teſte Xenophonte,
erudiuit, ne ſcilicet inconſulto Deo aliquid vel publicum, vel priuatum confice- Xenoph. lib. Cyropæd,
ret. *Deus verò, qui ſemper fuit, præterita, præſentia, & futura agnoſcit, & inuo-*
catus preces exaudit eorum, qui religionem, & pietatem colunt, & multis ſignis eis,
quid agere debeant, oſtendit: ex ore Chriſtiano hæc dixeris verba prodire.

Quàm proni ad errores ſumus, quàm facilè alienis fraudibus implicamur, quàm
enerues ſumus in obiectis difficultatibus profligandis. De Ioſue quis vnquam
crederet, ad Dei populum ducendum è tot millibus electum, tantâ mentis caligi-
ne laboraſſe, vt à Gabaonitis deceptus ſe illis fœderaret, ad quos delendos *Di-*
C *uinâ* ſapientiâ deſtinabatur: rationem ſi quæſieris è ſacro codice habes. *Suſcepe-* Ioſu, 9. 14.
runt igitur de cibarijs eorum, & os Domini non interrogauerunt: cum è contra ora-
tioni ſtudens eò potentiæ deuenit, vt ipſammet inexplicabilem Solis validitatem
vnius vocis imperio refrænaret.

Quàm profectò ignarus, & inſipiens ille eſt, qui inutilitèr illud expendi tempus
arbitratur, quo quis vrbanis à rebus amoris diuinis cogitandis hæret, & cæle- Ioſue. 10. 13.
ſtem deuocat philoſophiam. Quàm longè decipitur, qui nullo precandi munimi-
ne roboratus populorum habenas tractat; prodeat Diuus Bernardus hæc egre-
giè confirmans. *Vtilis lectio, vtilis eruditio eſt Paſtoris; ſed multò magis oratio ne-*
ceſſaria; quippe quæ ſola docet ſcire de omnibus. Vnde autem ſcire videbitur, quæ ſit D. Bern. in declam.
voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta, qui nec pulſare, nec quærere, nec
petere conſueuit.

Hinc Apoſtolus Gentium non ſuas tantùm, ſed alienas etiam preces ad ſui pro-
D ſperitatem miniſterij repoſcebat. *De cætero, fratres, orate pro nobis, vt ſermo* 2. Theſ. 3. 1
Dei currat, & clarificetur. Quâ pariter in re Diuus Auguſtinus populum allo-
quens ſuum illi animum affluentèr explicauit. D. Auguſtin. ſerm. in nouis.

Hac veluti nauigatoria chartâ ſui regiminis nauigationem Regius Vates tem-
perabat, vt ſyrtibus, & ſcopulis euitatis ſecura procederet; vbi namque in no-
ſtrâ vulgatâ habetur. *Intret in conſpectu tuo oratio mea,* è Græco legitur, *intret in* Pſal. 18, 3.
conſpectu tuo dignitas mea. Amico lumine dignitatem meam reſpicias Deus, &
ne preces meas deſpicias. Populi regimen humeris impoſuiſti, oneroſiſſimum,
& aſperrimum; Tui eſt vires mihi ſubminiſtrare, ad eius licentiam coercendam,
ad eius laſciuientes greſſus dirigendos; ad tui voluntatem tanquam ad libellam

Oo meum

Digitized by Google

meum animum componas, ne dum alijs ſeruandis interſum, me ipſum per-
dam. Mea vna voluntas, & voluptas in eo verſatur, vt alijs regnaturus tibi ſer- A
uiam. Vtinam diuinas aures hæ preces attingant, & dignæ ſint quibus propitia
Diuina Maieſtas faueat; Tu meam infirmitatem confirma, Tu dignitatem obarma,
Tu inſtrue voluntatem, *Intret in conſpectu tuo oratio mea, dignitas mea.* Quo eo-
Tob 4. 20. dem documento adoleſcentem Tobiam Senex Pater admonuit. *Pete ab eo, vt vias
tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ipſo permaneant.*

Surius in eius vita 1. Aprilis. Et ſanè orandi robore populi Gratianopolitani licentiam facillimè Diuus Hu-
go Epiſcopus temperauit & domuit, ſuamque etiam Diœceſim tàm benè, tàm
religioſè Diuus Carolus compoſuit, vt ad eius verba ad orationis conuentum
Giuſſan in vita S. Caroli lib 8. c. emodulata, & Regij adminiſtri, & Clerus, & populos, & Proceres ſtarim emol-
leſcerent, & pià quadam excantatione obſtricti eius arbitrio ſe committerent.

His etiam Diuus Saleſius Gebennenſis Antiſtes adhæſit; hic enim ante quam
Giard. in vita D. Sales l.3.c.10 opus aliquod pertractandum ſuſciperet, oratùm Deum adibat, vt ſibi propitius
eſſet, ſuoque omnium bonorum à fonte, aliquam boni particulam eriuaret. Vi- B
den, quàm benè Diui Nili conſilio hi ſe conformarint. *Omne quod agis, oratione
D. Nilus in Pareneſi. obſignato; id verò maximè, de quo vides mentem dubitantem.* Quod multò magis
ab Epiſcopo præſtandum eſt; cuius negotia Dei negotia ſunt, adeòque cum eo
conferenda. Vtinam in ſe vnuſquiſque ſanctuarium erigat, quo Deum frequen-
tiſſimè alloquatur, iuxtà ea, quæ Diuus Bernardus Eugenium Tertium docuit de
ijs Cardinalibus enunciandis, quibus orandi ſtudium peramicum fuiſſet: *Qui
D. Bernard de conſid. lib. 4. c. orandi ſtudium, & vſum habeant, ac de omni re orationi plus fidant, quàm ſuæ in-
duſtria, & labori.* Vtinam in Epiſcopis eligendis hoc idem ſuffragium habere-
tur.

In Diuino tantùm auxilio confidentem Epi-ſcopum populorum regimen ſuſce-pturum. Cap. LVIII.

HVMANI regiminis moles ni duobus fulcimentis innitatur, aduerſantium
impetu procellarum facilè laxatur, & ruit. Sibi diffidat Epiſcopus, vnique C
Deo confidat; Vt verò nobis diffidamus, quàm multa, quàm magna nobis oc-
currunt. Si namque noſtræ mentis infirmitatem contemplemur, quid illa imbe-
Sap. 9. 14. cillius, quid inanius? *Cogitationes*, vel vt ſeptuaginta legunt, *ratiocinationes mor-
talium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ*: perſpicaciſſima licet, & ad omnem ſa-
pientiam compoſita noſtræ mentis acies nobis videatur, adhùc tamen illa caligat,
& dubio gradu incerta nutat & tremit, adeò vt ipſe idem Ariſtoteles dixerit, men-
Ariſtot. tis humanæ oculos in occultis rebus contemplandis noctuarum inſtar ad Solem
cœcutire.

Et incertæ, Græcus codex habet, *& fallaces prouidentiæ noſtræ.* Quapropter, qui
Diuino lumine deſtitutus, ſuáque tantum prouidentià fretus populorum habenas
rectè agere arbitratur, Icarum refert, qui pennarum audacia in ſublime ſe efferens
præceps illicò ruet; Phætontem imitatur, qui per inuias cæli vias currum trahens
ſuæ pænas temeritatis exoluit. Quis vnquam induſtrior, perſpicacior Achitophel? D
2. Reg. 16 23. de quo ſacra hiſtoria. *Conſilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quaſi
ſi quis conſuleret Deum*: ex eius ore tanquam è Delphicà Tripode, vel ex antro Sy-
billino oraculorum inſtar eius verba prodibant. Hæc tamen, proh mirum! ei tur-
piſſimam in capiſtro mortem intulere.

Tàm obſcura mens noſtra eſt, tàm prona ad malum amplectendum voluntas
properat, vt iure merito nos Salomon admoneat, vt ab eâ tanquam à mendaci
conſiliario fugiamus; Quid Vertumni facies, quid Chamæleontis colores, quid
Euripi vices, ſcriptores amplificent, cũ his omnibus inconſtãtior humana voluntas
ſit, adeò vt frequentiſſimè ſibimet aduerſa nũc eligat, quæ reiecit, nũc reijciat, quæ
prius

A priùs elegerat? Vide hac de re, quæ dixerim in quodam è meis Paradoxis: ſed commodiùs hæc eadem breui quodam intuitu in illis Diui Pauli verbis intuere. (Par. 1. Parad. 28.) *Non quod volo bonum hoc ago; ſed quod odi malum, hoc facio*. (Rom. 8. 15.) Sanè Diuus Hyeronimus & Diuus Gregorius teſtantur, ſe non paucos vidiſſe ſubitario ferè ſaltu è ſacrario ad proſtibulum progreſſos, & pietate caſtimoniâque deſertâ, inopinatâ inuerſione ad impietatis & laſciuiæ caſtra defeciſſe; Sydera, inquit Auguſtinus, ego vidi clariſſima in teterrimos carbones extincta. (D. Auguſt.)

Quis ergo inter tot ambages & diſcrimina, quibus vndique irretimur, fidere ſibi poſſit, & in opere omnium difficillimo tractando ſuis tantum viribus incertis, & maximè imbecillis innitatur? Si qui ex his fuerint, Auguſtinum audiant admonentem *multos impedit à firmitate præſumptio firmitatis, nemo erit adeò firmus, niſi qui à ſe ipſo ſentit infirmum*. (D. Auguſt. ſerm. de verb Dom.)

Quo ſolet ingenij acumine ea verba Diuus Chryſologus expendit, quibus Mundi ſeruatorem inconſultè quidam adoleſcens interpellauit, *ſequar te quocumque ieris*. (D. Chryſol ſerm. 19.)

B Ita nè vero tàm ſibi ipſi confidebat hic iuuenis, vt ipſomet Petro ſanctior & conſtantior ſibi ipſi videretur? *Hunc Petrus per mare ſequitur & ſubmergitur, ad Paſſionem ſequitur, ſed negat? & ſi Petrus ſic deficit, ſic ſuccumbit ad pauca; iſte quis eſt, qui ad omnia ſequi Dominum ſic promittit? quaſi poſſet cum Chriſto ſubire conflictum, ignominiam Crucis adire &c.*

Vt igitur ſis fortis, tuam priùs imbecillitatem agnoſce; tunc ad populorum regimen fulciendum aptus eris, cum de te ipſo diffiſus diuinas vires experieris: Prudentia omnis erit, omnem exuiſſe prudentiam, ſolùmque potentiam à Diuinâ potentiâ haurire; nam è Ruffini Aquileienſis Præſulis mente, *Tunc incipit adeſſe Virtus diuina, quando deficere incipit præſumptio humana*. (Ruffin. in pſ. 1. 2.) Solare quoddam Horologium repreſentat homo, quod inutile ad omnia eſt, ſi ſolari radio ſpolietur: verùm ſi eodem illuſtretur, vrbes inſtruit, & dirigit facienda.

Habeat quidem validè adornatam nauim Proreuta, rudentes, anchoram, aliaque omnia nautica arma recenſeat, ſi ventus defuerit, cuius flamine impellatur, fruſtra ea omnia erunt. *Ita licet ſit ſermonis ampla ſupellex, mens profunda, & eloquentia, & intelligentia, ſi non adſit Spiritus Sanctus, qui vim ſuppeditet, otioſa ſunt omnia*, ſic Diuus Baſilius. (D. Baſilius hom. de Spiritu Sancto) Eloquentiâ, induſtriâ, integritate, labore præſtet Epiſcopus, niſi diuino auxilio roboratus ad ſuum Epiſcopale munus acceſſerit, quàm vereor, ne inutili conatu, inanique experimento ſit omnia perditurus.

C Ex ipſius Platonis Schola docetur, Reipublicæ regimen proſperè ceſſurum, ſi propitium numen dominanti adfuerit, & Paſtoris inſtar ipſummet Præfectum & Principem ſuâ voce direxerit. (Plato de Rep. dial. 1.)

Cum ſuæ Prudentiæ viribus Diuus Petrus piſcationem ſuam direxit, nil prorſus ex eâ collegit; cum ex aduerſo vix ſe Diuinæ vocis imperio ſubiecit, Deoque iubenti confidit, *in Verbo autem tuo laxabo rete*, (Luc. 5. 5.) vt illicò confluentibus è toto veluti mare ad Petri retia certatim piſcibus, vires illi defuerint, quibus onerata retia ad litus uſque pertraheret.

Quàm igitur meritò Regum ille ſapientiſſimus nos admonens ait, *Habe Fiduciam in Domino ex toto corde tuo & ne innitaris Prudentiæ tuæ*. (Prou. 3. 5.)

Epiſcoporum velut orbium minorum motus, è primo mobili, hoc eſt è Deo deriuetur. In diuinâ Domo erigendâ artifices nos etiam ſumus & adminiſtram operam adhibemus; in architecto igitur ſupremo vis noſtra, ſpes noſtra conſiſtat:

D nam *niſi Dominus ædificauerit Domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam*: (Pſal. 126. 1.) qua de cauſâ fit, vt non rarò egregij, & ſapientiâ experientiâque commendatiſſimi viri in palmares errores illabantur; ſua namque Sapientia nimis quàm par eſt confidentes diuino exuti præſidio, miſerrimè truncorũ inſtar exareſcunt. Quàm longè ab hoc ſcopulo Diuus Auguſtinus licet ſapientiſſimus exulabat, cum ea memorati Pſalmi verba interpretatus diceret. *Laboramus in cuſtodiendo; ſed vanus eſt labor noſter, niſi ille cuſtodiat, qui videt cogitationes noſtras; cuſtodimus enim vos ex officio diſpenſationis; ſed cuſtodiri volumus vobiſcum. Tanquam vobis Paſtores ſumus; ſed ſub illo Paſtore vobiſcum oues ſumus*: (D. Aug. in pſal. 126.)

Digitized by Google

§. I. A

NE verò noſtrarum imbecillitas virium languorem nobis incutiat, animumque ità nobis retũdat, vt ad tàm excelſum opus recuſet aſſurgere, ad noſtrum ſolatium duo ſtatuamus.

Compertum primò nobis ſit, ab Epiſcopo, cum conſecratur, ſimul cum chara-
D. Thom. 2. 2. q. 45. art. 5. ad 2. & p. 3. q. 27 art. 15. 2. 1 ctere ſibi impreſſo, virtutem quoque diuinam ſuſcipi ad ſuum explendum munus
idoneam. Ex Aquinate Magiſtro hoc habes: imò ex eodem Apoſtolo ad Epheſinum Præſulem ſic ſcribente: *Noli negligere gratiam, qua in te eſt, qua data eſt tibi per Prophetiam, id eſt ad Doctrinam*, vt explicat Vatablus, *cum impoſitione manuum Presbyterij, id eſt per ordinationem, qua ordinatus & conſecratus es Preſ-*
1. Tim. 4. 14 *byter, hoc eſt Epiſcopus ordinatus es*, vt Diuus Anſelmus interpretatur. Ex his patet gratiam ad tantum munus idoneam à Sacramento conferri, & iuxtà Diui A-
Amaler. lib. 2. de eccleſiaſt. offic. c. 2. lamarij mentem ſingulare quoddam Diuini Spiritus patrocinium impertiri. B

Quâ de causâ Dinus Dyoniſius aſſernit, è conſecratione diuinam virtutem in Præſulem conſecratum effundi tanquam in prædilectum Filium:
D. Dionyſ. de Eccleſ. Hyera. c. 5. p. 3. *Manuum impoſitione indicatur protectio Principis, & perfectoris Dei, qua interne illi ipſi, quibus manus imponitur, tanquam filij ab eo gubernantur, qua virtutem ac robur ipſis largitur, & aduerſarias poteſtates repellit*. Quid dulcius & ſuauius his verbis ad Epiſcopi aures poteſt illabi? Hoc ſanè Ioanni Epiſcoporum conditor ſignificare
Apoſt. 1. 16 viſus eſt, cum poſtquàm Epiſcopos è ſapientiæ Sanctimoniæque lumine ſydera Eccleſiaſtici orbis àppellaſſet, ei ſe videndum dedit *veſtitum podere*, Epiſcopali ſcilicet indumento, *Et habebat in dextrà ſuà Stellas ſeptem*; vt nempe indicaret
Exod. 33. 22 patrocinio ſuo eos fouere, ſuàque met manu geſtare, iuxtà illa Moyſi promiſſa. *Protegam dexterà meâ.*

E ſacro, quo tùm Epiſcopus, tùm Rex inungitur chriſmate *Regimen, & muni-*
D. Cypr. de card. oper. Chriſt. tit. de Chriſmat. *men, tam actiua, quàm contemplatiua vita obtinet*, ait Diuus Cyprianus. Sanè cum aliquem ad tantum Sacerdotium Deus aduocat, accommodatas ei præſtat vires quibus impertitum munus adminiſtret.

Ariadnæ inſtar Diuinitas eſt, quæ ſui patrocinij filum ijs porrigit, qui Theſeum imitati non ambitionis æſtu, ſed alieno imperio Epiſcopalis muneris labyrintheos & inextricabiles errores adiere. In Moyſe quis hoc non cognouerit, qui ad diuinum Populum è Pharaonis captiuitate vindicandum aduocatus, ſe ab imperità C
prouinciâ ſuſcipiendâ è linguæ defectu balbutientis excuſans, illud à Deo au-
Exod. 22. dijt: *Quis fecit os hominis nonne ego? perge igitur, & ego ero in ore tuo*: ac ſi diceret, cum ad tàm excelſum miniſterium ego te advocauerim, meum eſt idoneum te ad cuncta exercenda præſtare; Linguam ego tuam expediam, & vincula, quibus illigatur, exoluam. *Ego ero in ore tuo, docebo te quid loquaris*. Hinc factum, vt qui priùs duos tantùm Hebræos componere ſermone ſuo non potuerit, ſexcenta hominum millia ſuæ poſteà eloquentiæ vi potens duxerit, & per immenſa terrarum laborumque ſpatia promiſſæ telluri ferè donauerit: ſed vti innumera prorſus exempla prætercam, ſatis eſt vt prænunciet Chriſtus, *faciam vos fieri Piſcatores*
Matth. 4. 19 *hominum*, ſatis eſt, vt de aliquo dicatur, *Quem conſtituit Dominus ſuper familiam*
Matth. 24. 45. Luc. 12. 42. 2. Cor. 3. 5. & 6. *ſuam*, ſtatim enim robore illo inſtruetur; quo deſignatum ei munus poſſit exerceri. Hinc Apoſtolus, *ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt, qui & nos idoneos facit miniſtros noui Teſtamenti*: ac ſi diceret, tui Domine fuit, vt ego hanc Spartam nactus fuerim, D
tui ergò ſit ad illam validè dignéq; excolendam idoneas mihi vires ſufficere.

Lippoman. i. Geneſ. Duo Abrami Patriarchæ nomina expendens Lippomanus, *Abram* ſcilicet quod ſonat *Pater cæleſtis*, & alterum Abraham quod ſonat *Pater multarum gentium*, docet, patrocinio diuino eum protegi, quem in Patrem & Paſtorem populorum Deus inſtituit; fortè hoc ille è Diui Damiani fonte percepit, qui ad Dynaſtam
D. Petr. Damian. lib. 7. ep. 15. quendam ſcribens, ait, è populorum regimine ſibi cælitus commiſſo, perſuaſum ſibi animo eſſe, ſe à Deo amari, ejúſque patrocinio gaudere, *non ignoro præcellentiſſime Domine; quia ſi te omnipotens Deus non diligeret, nequaquam tibi tot hominum millia regenda committeret.*

Quan-

Quantò autem præ alijs validiùs à Deo diligantur Epiſcopi, ex eorum numero
A conijcias velim, ait Bozius, quos è Hyerarchico ordine ſui nominis ſtrenuiſſi- Boz. de ſig. Eccleſ. l. 5.
mos Propugnatores, & purpuratos ſuo ſanguine Duces elegit Deus. c. 7. ad fin.

Hinc Diuus Bernardus ad Ebalum Catalaunenſem Epiſcopum ſcribens eum D. Bernard
adhortatur, vt viduæ Eccleſiæ virum præficeret ſpectatiſſimæ famæ, quem procul ep. 58.
dubio Deus ſui virtute præſidij obarmaſſet: Author verò Tripartitæ Hiſto-
riæ inter Canones à Gratiano relatus ait, quod eum Mediolanenſes Inſulas c. Valent. 3. 63. dut.
præ ſuæ imbecillitate virtutis induere detrectaret Ambroſius, à Valentiniano
Cæſare diuinum illud audijt. *Noli timere, quia Deus qui te elegit, ſemper te ad-*
iuuabit. D. Ambr. ep ad Vercelen.

Non me latet, hoc de ijs tantùm intelligendum, qui non ambitionis vi, ſed
Dei arbitrio ad tantum faſtigium efferuntur; fieri enim nunquam poteſt, vt qui
Dæmonis impulſu ſuprà Templi pinnaculum euehuntur, ſint à præcipitio alieni: Luc. 4. 9.
audi Diuum Gregorium. *Qui ſic nititur ad altiora conſcendere, quid agit, niſi vt*
B *creſcendo decreſcat, & aſcendendo, deſcendat.* Adeò tamen Diuina pietas in noſtra D. Greg. l. 7. ep. 110.
beneficia exundat, vt vel non probos Epiſcopos frequentèr illuſtret, vt populo-
rum neceſſitati proſpiciat. *Hoc Doctor accipit, quod meretur auditor.* Quam ad D. Chryſ. ſerm. 86.
rem opportunè, Theodoretus eà interpretatur ſacri Codicis verba, *igitur Daniel*
ſuperabat omnes Principes, & Satrapas, quia Spiritus Dei amplior erat in illo: Dan 6. 2.
Comparatiua illa vox *amplior* ad poſitiuam aliam refertur, quâ ſignificabatur,
etiam Idolatras & ſuperſtitioſos Satrapas aliquo Dei Spiritu imbutos, licet in
Danielem pleniori hic affluentià emanaſſet: do eius verba: *Diſcimus ex hoc illis,* Theod. in
quibus ad vitam ciuium inſtituendam magiſtratus mandatur; etiamſi pietatis ex- d. c. 6 Dan.
pertes fuerint; quoddam tamen ſapientiæ munus ad ſubiectum ſibi populum guber-
nandum diuinitùs concedi. Diuus verò Chryſoſtomus, vt populo ſuo oſtenderet
ſuarum virium imbecillitatem diuini robore patrocinij ampliſſimè compenſan-
dam, in hæc humilitatis ſtudio verba erupit, quæ mihi aptiſſimè conuenirent.
Si in Aſino & Diuinatore operata eſt gratia Dei propter diſpenſationē & vtilitatem Num. 22. 22. & 2.
Iſraelitarum; manifeſtum eſt, quod neque in nobis operari detrectabit; ſed & hoc
facere ſuſtinebit propter vos. Nemo itaq; dicat tenuem eſſe me, & humilem, & nullà
ratione dignum; vel ſic me obſeruato; ſum enim talis: ſed perpetuus Dei mos eſt,
multorum gratià, etiam talibus ſe applicare: & vt hoc diſcatis, ad Cain loqui di-
C *gnatus eſt propter Abel, Diabolo propter Iob, Pharaoni propter Ioſeph, Nabucho-*
donoſor propter Danielem, Baltazar propter eumdem.

Præterquàm quòd ex impertito munere dulci quâdam neceſſitate vrgentur
Præſules, ad eos mores induendos, quos ſuſceptum munus efflagitat: ſapientèr
Diuus Ennodius. *Scimus titulos venerabilis officij, mores potius inſignire, quàm* Ennod. l. 5.
corpora. epiſt. 13.

§. II.

ALTERVM nobis ſtatuendum eſt, quòd ſcilicet, quò magis diffidere
nobis ipſis debemus, eò magis filiali quodam amore fidere Deo debea-
mus: frequentiſſimis hinc Deus precibus fatigandus nobis eſt, vt propitius no-
bis adſit, ſuoque præſidio foueat, & noſter adiutor noſtram infirmitatem con-
D firmet; inclytam Iuditham imitemur ſic orantem *In corde meo, Domine, conſi-* Iud. 7. 18.
lium corrobora, vt domus in ſanctificatione permaneat. Hac in ſpe floreſcent no-
bis vires, & qui noctuarum inſtar vix è ſolo noſtræ mentis pennis aſſurgebamus,
Aquilarũ poſteà robur induti, ad ſolem beatitatis contemplandũ, motuq; ſemper
irrequieto laborandum noſtras vires efferemus: hoc ſanè è diuinâ promiſſione
nos habemus ex Iſaià Vatæ. *Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudi-* Iſaj. 40. 31.
nem, aſſument pennas ſicut aquilæ, vel vt è Chaldeo legitur, *ſuper alas aquilarum*
current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient: Quò enim magis cæ-
teras aues aquila antecellit, eò fortiùs naturam gratia cæleſtis exuperat.

Mirum quid de Platone hic dixerim; eò enim ſuam ipſe perſpicaciam protu-
lit,

lit, vt pronuntiaret, nullum rectè inſtitui ducique regimen poſſe, abſque ſingulari quodam Dei roborantis auxilio. *Reſpublica nequaquam benè gubernari poteſt, niſi eius gubernator ſuprema animi vi, Deo iungatur, & ab eo cognitionem hauriat, qua ipſe viuat, & alios gubernet.* (Plato 2. de Repub.) A Profectò ſi tuam imbecillitatem animaduertens ſupplex à Deo poſtulaueris, vt eam roboret; & amantiſſima quadam ſpe ſuccenſus te ipſum negligens Deo ſoli innitaris, dimidium operis habes, ipſumque Diuinitatis fontem dulci quadam vi reſeras, vt in te ſui amoris auxilio affluentèr exundet.

In Iudæ Rege Ioſaphat hoc ipſum contemplare; in hunc enim cum Mohabitarum, Ammonitarumque exercitus ingens irrueret, duabus hiſce alis innixus, ſibi ſcilicet diffidens, Deoque vni confidens, Dei auxilium votis humillimis aduocans ait, (2. Paralip. 20. 12.) *In nobis quidem non eſt tanta fortitudo, vt poſſimus huic multitudini reſiſtere, que irruit ſuper nos; ſed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.* Vides vt Deo tantùm innitatur? quid hinc factum? Ex Iahaſiele diuinitùs vaticinante, de ferociente hoſte B (Ibid. c. 20. 15.) victor euadit, illud & diuini Vatis ore audiens, *Nolite timere nec paueatis hanc multitudinem: non enim eſt veſtra pugna, ſed Dei.* Noſtras inter moleſtias, noſtra inter diſcrimina frequentiaque certamina, vel ad euellenda vitia, vel ad licentiam morum retundendam, vel ad potentiam Dynaſtarum effringendam, hoc nobis ſolatio ſit, hoc ad Deum conuerſi pronunciemus, Tuam Domine cauſam ago, tuus adminiſter & ſeruus ego ſum, Tu meæ ſis infirmitatis adiutor, Tu meæ debilitatis fulcimentum: Deo quippe fidem ſeruantes, propitium (Ibid. c. 20. 17.) procul dubio numen habebimus, illudque audietur: *Non eritis vos, qui dimicabitis; ſed tantummodo confidenter ſtate, & videbitis auxilium Domini ſuper vos.* (Philo in legat ad Caium.) Hoc enim Dei potiſſimum eſt, vt ijs velocior & potentior adſit, qui validiori neceſſitate laborant. *Cùm omni humano auxilio deſtitueris, vicinum eſt diuinum.* Sic Hæbræus Plato.

Si Dei cauſa fidelitèr nobis agatur, ſi diuinæ gloriæ ſtudentes, populorumq; ſaluti, rationes humanas & ſæcularià vota deſpexerimus, ſi in ſcelera, morumque corruptelas noſtras vires dirigentes, illud Machabei Ducis vſurpauerimus. (2. Machab. 8. 18.) *Nos autem in omnipotente Domino, qui poteſt, & venientes aduerſum nos, & vniuerſum mundum vno nutu delere, confidimus*, quàm proſperè, quàm felicitèr Spartam noſtram excolemus?

(D. Auguſt. in nouis.) Suum populum alloquens Diuus Auguſtinus cum ardentèr precabatur, vt C ad eius Eccleſiæ impoſitum onus perferendum idoneas à Deo vires ſibi impetraret. *Adiuuet igitur orationibus veſtris, vt ſuam ſarcinam mecum ferre dignetur*, mox ſui diffidentiam, Dei confidentiam totus induens ſubdit; *qui nobiſcum ſi non portat, ſuccumbimus; ſi nos non portat, accumbimus*: hinc vt oſtendat quinam è nobis ſimus, quinam à Deo, addit, *mali namque Paſtores (quod à nobis abſit) noſtrâ malitiâ ſumus; Boni verò (quod ab ipſo nobis adſit) niſi eius gratiâ eſſe non poſſumus.*

Allatis exemplis idem agitur.
Cap. LIX.

D

TANTA Dei delectatio eſt, ſi quis ſuæ infirmitatis conſcius, diuino auxilio fretus ad magna conficienda conſurgat, vt frequentisſima quocumque ſæculo de hoc experimenta præſtiterit. Age jam, & ex illis aliqua excipe. Primus in campum prodeat adoleſcentulus, qui vix aureâ lanugine genis aſperſis, inermis & ſolers cum immani Gigante pugnam inire non dubitauit; tàm periculoſo grauiq; certamini ineptum eum Saul exiſtimans, vt in Gigantem cuius aſpectu exercitus ipſi terrore concusſi ad fugam vrgebantur, armatus incederet, loricam ipſe ſuam, ſuaque arma concedens, illud ab ipſo audijt, ſe non armis Regijs, vel viribus vnquam ſuis inniti, ſed potentiæ Diuinæ, cuius nomen & gloriam

gloriam defenſurus in tàm cruentam arenam ſe vacuus, Deoque plenus de-
A ſcenderat. *Dominus qui eripuit me de manu Leonis, & de manu Vrſi, ipſe me* 1. Reg. 17. 37.
liberabit de manu Philiſtai huius: quin Regi cum ſic reſpondentem Baſilius Seleu-
cienſis affert. *Qua ratione à propoſito certamine conatus es auertere, acriùs ad pu-* D. Baſil. Seleuc. orat. 15.
gnam exacuiſti; quo mea debilior imbecillitas eſt, eò mea validior ſpes quâ
Deo totus incumbo. Diuinâ virtute obarmatus quid timeam? iam laureas, iam
triumphos expecto. Hinc Giganti obuius ea reſpondit impauidus. *Tu venis* 1. Reg. 17 45
ad me cum gladio, & haſtâ & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini
exercituum, Dei agminum Iſrael, quibus exprobraſti hodie: & dabit te Dominus
in manu mea; Quàm proſperè omnia ceſſerint, quis ignoret? Deo namque
bellatricem eius dexteram ducente, ad lapidis ictum cruentus & exanimis ille
corruit, quem armata legio, totaque regio formidabat.

Aequè etiam admirandus ſuccedat Dauidi Salomon filius: hic enim adole-
ſcens adhùc & paruulus ad Imperij præpotentis culmen elatus, optionem à Deo
B habens ea ſibi poſtulandi, quæ gratiora fuiſſent (quocumque hoc modo euenerit, D. Thom.
vide Aquinatem, nec enim in his immorari fas eſt) ſuam primò diffidentiam 1.2.113 art
aperuit, quâ ſuſcipiendũ populorum regimen, tanquam onus ſuis humeris impar, 3: ad 2.
ferè detrectauit. *Ego autem ſum puer paruulus, & ignorans egreſſum & introitum* 3. Reg. 37.
meum; & ſeruus tuus in medio eſt populi quem elegiſti populi infiniti, qui numerari,
& ſupputari non poteſt præ multitudine. Sui ergo diffiſus, in Dei virtute ſuam fidu-
ciam collocauit, eiusque lumine illuſtrandus facilè irrepentes & ſubiectos erro-
res ſibi euitandos æſtimauit. *Dabis ergò ſeruo ſuo cor docile, vt populum tuum* Sap. 11.9.
iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum; Sapientiæ hic munus à Deo
poſtulans ſubdit. *Mitte illam de Cælis Sanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ,* Sap. 9. 11.
vt mecum ſit, & mecum laboret; vt ſciam quid acceptum ſit apud te.

Ex his factum, vt Diuino ab ore magnum illud reſponſum acciperet. *Ecce* Iſai. 49. 41.
tibi feci ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantum, 3. Reg. 3 12
vt nullus ante te ſimilis fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit, & Aquilæ inſtar regali
ſolio omnibus admirandus inſideret; quis ergo nobis in ſacro regimine validior
& ſapientior, ſi Dei tantũ robore amoreq; ſubnixi humana omnia deſpicemur.

Vtrumque Aſa Iudæ Rex nobis repræſentat. Totâ Aethiopum vi in eum
conſpirante & obarmatâ, ad eam retundendam ſuæ priùs potentiæ arma depo-
nens, in vno Deo ſui regni ſuæque Domus ſalutem conſtituit, illudque iaculi
C inſtar potiſſimum vibrauit in Deum. *In te enim & in tuo nomine habentes fidu-*
ciam, venimus contra hanc multitudinem. Quis credat? pro Aſa militauit Deus, 2. Pamp. 14. 11.
pro Deo vicit Aſa, cunctique Aethiopum greges, *Domino cædente contriti ſunt.* 2. Paral. 16.
Ex aduerſo cum ſuæ prudentiæ ſubnixus ad repellendam Iſraelis Regis poten-
tiam Soriæ Regem ab eius amicitiâ auulſum ſibi fœderatum adiunxit, non lau-
reas ſibi adornauit, at cupreſſos, non trophea ſibi erexit, at tumulos, Deique
potentiâ ſuam vidit prudentiam inanem veluti bullam in nihilum adduci.

Quibuſnam armis de tantâ potentiſſimorum Principum Cæſarumque ferociâ
triumphum retulere Athanaſij, Baſilii, Auguſtini, Hilarij, Chryſoſtomi, Am-
broſij? crede mihi; ſui diffidentiâ, Deique fiduciâ.

Suæ fluctuantis Eccleſiæ ſalutem in Diuinâ tantum, ſpe validiſſimâ veluti in
Anchorâ Diuus Gregorius Nazianzenus ſtatuit cum ſacro eius ſolio primùm D. Greg.
donaretur. *Ipſe dexteram noſtram manum teneat, & in voluntate ſua deducat,* Naz. orat
D *& cum gloriâ ſuſcipiat; paſtores paſcens, & ductores ducens: vt ipſius gregem ſcitè* in fin.
paſcamus &c.

Sic paritèr Cyrenenſibus inſulis ſe inuito Syneſius inſignitus, hæc ad Clerum
ſcribens, ſuæ in Deo fiduciæ vim explicauit: *ſed quoniam mihi Deus non quod cu-* Sines ep. 2
perem, ſed quod ipſe vellet impoſuit, eundem illum precor, qui vitæ gubernator
extitit, eius eſſe, quod in gubernando dedit moderatorem.

Eodem ferè ſtylo Magnus Gregorius ſuæ imagini, quam coloribus iuſſit effin-
gi hanc epigraphem addidit.

Chriſte potens Domine, noſtri largitor honoris, Io. Diac in
Indultum officium ſolita pietate guberna. vit. D. Gre. l.4.c.43.

Vt

Ʋt ad recentiores accedam, vnus inſtar omnium ſit Diuus Carolus; qui ea
Giuſ. in vita l. 8. 7. omnia, quæ ad Diuinam gloriam amplificandam conducerent, fortitèr & gene- A
roſè aggrediens, licet ab exteris improſperè ceſſura crederentur, proſpero ſem-
per euentu obtinebat, eò quod non ſuâ prudentiâ, non ſuo robore, ſed diuino
patrocinio ea omnia metiretur, illud frequentiſſimè dictum vſurpans, ad Di-
uinas res humanam aſſurgere non poſſe prudentiam, vtpotè quæ longè nimis à
Cælo terrâ diſcedat.

Et ſanè quàm merito: quâ de causâ fidem ſuam Epiſcopis Deus dedit, iuxta
Iſa. 32. 8. ea Iſaiæ verba, *Princeps verò ea, quæ digna ſunt Principe cogitabit*: Symmachus
habet *Princeps, qui principatus conſtituet, & hic ſuper Principatus ſtabit*. Prin-
ceps iſte è Diui Hieronymi, Procopii, aliorumque ſuffragio Chriſtus eſt, Eccleſia-
D. Hier. & Proc. ibi ſtici Principatus Caput & conditor, qui Principes ſuâ ſapientiâ gubernabit,
ſuâque ferè manu conducet, ſi præſertim vigiles eos in ſui cuſtodiâ gregis
aſpexerit.

Quam ad rem eam eorum Paſtorum fœlicitatem contemplatur Diuus Grego- B
Luc. 2. 9. gorius, qui eò quod *eſſent vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem
ſuum*, cæleſtium ſpirituum magiſterio Deum natum primi ſpectare meruerunt.
D. Greg. *Quia illi præ cæteris videre ſublimia merentur, qui fidelibus gregibus præeſſe ſolli-
citè ſciunt: dumque ipſi piè ſuper gregem vigilant, diuina ſuper eos gratia largiùs
coruſcat*.

Quin non ſacri tantùm, ſed prophani ipſi Principes Diuino tantùm præſidio
freti ſua opera aggrediuntur. Hinc Iuſtinianus Cæſar magnum colligendum Co-
L. 1. c. d. Vet. Iur. Enucl. dicum opus meditatus, Deo illud primùm commendauit: *Animos noſtros ad Dei
omnipotentis adiutorium erigimus*, quem alias vti ſui conſilij & operis autho-
Caſſiod. ep. rem appellat. *Deum auctorem, & totius operis præſulem fieri*.

Ethnici ipſi commentitijs & inanibus Idolis ſuperſtitioſam operam dantes,
eorum tantùm auxilio patrocinioque ſe ſuumque imperium committebant, ne
ſiniſtro rerum impetu quateretur. Marcus Antoninus Pius id confirmet, qui cùm
à ſuo perquàm familiari periculum excepiſſet, quod ſubibat è molli eneruique
Bruton. l. 5. c. 26. clementiâ, quâ conſpirantium ſcelus condonabat, egregiè reſpondit, *non nos
ſic Deos colimus, nec ſic viuimus, vt illi nos vincant*.

Quantò autem firmiùs patrocinanti Numini adhærere poſſint Epiſcopi, qui
vero Deo famulantur, eiuſque gloriæ amplificandæ deſudant? quantò confiden-
tiùs nos ipſos noſtrumque regimen committemus? C

Si noſtras in Dei obſequio partes expleamus, ſuas & Deus explebit, ſpem-
que noſtram illi vni adhærentem certis vtique operibus implebit. In ſanctiſſi-
mo Nicolao Myrenſi Præſule hoc ipſum contemplare: hic enim licet Epiſcopa-
li muneri totus intentus, de ſe ipſo, ſuâque imbecillitate diffidens; è Cælo vo-
cem audijt, quæ obſcuram diffidentiæ nubem profligauit; accipe hæc narrantem
Patrit. in vit. S. Nic. Iuſtinianum Patritium. *Cum tàm præclarè ſe gereret Nicolaus, ſibi tamen ſemper
videbatur, quod non ſatis accuratè officium ſuum præſtaret: Vnde audiuit vocem
de Cælo dicentem ſibi: Ne timeas Nicolae, ut tu negotia mea fidelitèr gerens ingratè
deſtituaris*.

Amandum ab Epiſcopo Deum eſſe.
Cap. LX. D

AD centrum lineæ omnes referuntur, ad ſuum orbem radij ſpectant, & ad
Deum virtutes omnes quæcumque illæ fuerint, diriguntur. Lyncei qui-
dem veteres à Lario Græciàque Philoſophi viſi fuerunt; at re verâ noctuis ſimi-
les caligarunt; vix enim virtutis lucem agnoſcentes, eam tantùm nobis aman-
dam docuerunt. quantò excelſiùs Diuina fides & Chriſtiana ſapientia peruolat!
nec enim virtutis amor ſiſtere in ipsâ virtute debet, ſed ad Deum omnium fon-
tem referendus; ad hunc tanquam ad ſcopum omnia noſtrum vota colliment;
ſi namque ab ipſo diſceſſerint, bracteatâ tantùm & ſcænicâ bonitate fulgebunt.
Hinc

Digitized by Google

Hìnc in amore Diuino velut in ſolidiſſimâ baſi Epiſcopales ſedes Deus inſti-
tuit, Petrumq; aduocans ad primarium Pontificij muneris ſolium,non de ſapien-
tià,non de eloquentiâ eum interrogauit, ſed eius tantùm expendit amorem,in quo
Sanctorũ ſcientia definitur. *Hæc eſt ſciẽtia Sanctorũ*,ſic Bernardus. Triplici reſpõſio- D. Bernar. ſerm.in illũ Iuſt.deduc.
ne amorem ſuum à Petro Chriſtus expreſſit, vt triplici confirmatus promiſſione
amores quoſcunque alios excelleret, ſemperque Deo totis viſceribus inhæreret.
A *Simon Ioannis diligis me plus his? etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Paſce agnos* Ioan. 21. 15
meos, paſce oues meas: vulgarem amorem dedignatus, amorem maximum exi-
git; vt enim Auguſtinus docet, *Charitas, vt proficiat naſcitur; cum fuerit* D. Au. in l. 2. Cant. Io. Philip. 1.
nutrita roboratur; cum fuerit roborata perficitur; cum ad perfectum venerit, quid
dicit? Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. E Petri amore agnoſcat Anti-
ſtes,quàm præcellens & magnus amor à ſe requiratur.

Piè hìc inueſtigandum nobis eſt, quànam de causâ triplici interrogatione Pe-
tri amorem ſapientiſſimus Chriſtus expenderit; an non Petri cor intimâ cogni-
tione Chriſtus Dominus poſſidebat? Præterquam quod, cùm tot alia in Epiſco-
pis virtutum ornamenta repoſcantur, quid eſt, quod in vno ipſe amore conſi-
ſtat? Multiplex afferri poteſt hic ratio Epiſcopis accommodata.

Ex his tamen exerenda nobis reſponſio eſt,quam perdoctè Gregorius affert, ex
amore ſcilicet tanquam è radice virtutes omnes feraciſſimâ ſobole pullulare.
B *Vt multi arboris rami ex vnà radice prodeunt, ſic multæ virtutes ex vnà Charitate* D. Greg. hom. 22 in Euang.
generantur: neque habet aliquid viriditatis ramus boni operis,ſi non manet in radice
Charitatis: Cæterarum virtutum ſuffragio non eget charitas, quæ mater & nu-
trix earum eſt; quapropter ſicuti Demoſthenes percontanti cuidam, quænam
prima, ſecunda, tertia in oratore pars eſſet, ſemper *actionem* reſpondit, ac ſi ma-
xima omnium hæc ſit, & hac deſtitutæ cæteræ negligantur; ſic propè triplici in-
terrogatione ſemper amorem à Petro Chriſtus extorquet, vt innoteſcat,virtutum
omnium apicem & Principatum amore ſolo haberi, & potiſſimùm in Epiſcopo
requirendum. Hinc *eminentiſſimum charismatum* Diuus Iræneus, & *ſanctuarij*
Portam Diuus Maximus eam compellauit.

Sed ea præſertim delibanda nobis hìc ſunt, quæ mellifluo ab ore in chari-
tatis laudem Diuus Bernardus ebiuat. *Charitas non tantùm virtus potens, quàm* D. Bernar. opuſc. de Char. c. 2.
virtutum potentia dicenda eſt; eò quod ab illa omnes aliæ accipiant, & veræ virtutes
C *ſint. Hæc eſt vita fidei, ſpei robur, & omnium intima vis, & medulla virtutum.*
Hæc eſt quæ vitam ordinat, affectus inflammat, informat actus, exceſſus corrigit,
mores componit, valens ad omnia, & omnibus prævalens, quæ ipſam quoque omni-
potentiam quodammodo reddit omnipotentem.

Cætera quæcumque opera Charitas perficit; Philoſophorum lapis ipſe eſt,
& è Diui Iuſtiniani ſententià, chymica quædam compoſitio, cuius vi quidquid
eâ contingitur, auri inſtar,eluceſcit; ſuos quæcumque virtus limites patitur,quos
tranſgredi nefas eſt, vni charitati vndique porrigere ſe licet, omneſque virtutes
ſuo munere conſecrare: Manſuetudinem, fidem, ſpem, humilitatem, patientiam,
Reginæ inſtar, inuadit & poſſidet. *Charitas patiens eſt, benigna eſt: Charitas* 1. Co. 13.
non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa,non quærit quæ
ſua ſunt &c. Omnia ſperat, omnia ſuſtinet &c. Exanimes omnes virtutes eſſent,ni
Charitatis optimæ tanquam nutricis alimentis fouerentur; adeò vt, licet ad ſuæ
vocis imperium montes quis euulſos aliò transferret, & mari immitteret, ſi cha-
D ritate careret, inanis inſtar vmbra euaneſceret. *Si linguis hominum loquar, & An-* 1. Co. 13. 1
gelorum, Charitatem autem non habeam &c. nihil ſum. Cæteras ipſa virtutes no-
ſtro pectori inſerit, & ne à nobis effugiant, aureis eas nodis innectit. *Virtutes* D. Greg l. 4 ep. 50.
cateræ perfectionem, ſed tamen eas Charitas ligat, vt ab amantis mente diſolui iàm
nequeant. Gregorium Magnum dedi.

Digitized by Google

§. I.

Sup.p.2.c. 29. Col.3.14.

EX his rationem alteram habes. Cùm enim, vt in primâ parte docuimus, ad abſolutam virtutum omnium perfectionem Epiſcopalis dignitas referatur, vnius diuini amoris eſt, vt hanc perfectionem impertiat. Eximiis quidem A
titulis Charitas omnium ſuffragio decoratur, maximum omnium bonum à Diuo Maximo appellatur, lacteus omnium gratiarum imber à Caſſiodoro, omnium diadema virtutum ab Alcuino. Sed omnibus alijs præſtare videtur Apoſtolus, qui perfectionis eam vinculum nominauit; vt enim explicat Diuus Chryſoſtomus, *Vinculum eſt Charitatis, quia eſt comprehenſio eorum, quæ perfectionem efficiunt.*

Caſſiod. in Pſ. 13. al. in de animæ rection. ep.

Hinc ad vnius tantùm amoris poſſeſſionem virtutes omnes reuocauit Diuus Auguſtinus his verbis; *Nihil aliud virtus eſt, quàm ordo amoris*, & alibi, *Nihil aliud eſt virtus, niſi ſummus amor Dei.* Sanè de virtutum perfectione ab Epiſcopo poſſidenda agens Magiſter Aquinas, in vna eam charitate conſtituit: cùm eam tantùm à Diuo Petro Epiſcoporum maximo cæleſtis Magiſter exegerit. Quàpropter hæc Diuus Chryſoſtomus contemplatus, audi, inquit, vt à Petro non virtutes alias exquiſierit Chriſtus *Ieiunia exerce, ſuper nudam humum dormi, vigila continenter, ſed prætermiſſis omnibus, ait illi, paſce oues meas:* B
nam pijſſima cæteroquè in ea ſupplicia omnibus conuenire facilitèr poſſent, & ijs vel mollisſima fæmina exerceri valet; cum ad animarum habendum regimen, charitate ardentisſimus animus poſtuletur. *Nam ea complures præſtare poſſunt, non viri ſolùm, ſed etiam fœminæ: at cum de Eccleſia præfectura agitur, vniuerſa quidem muliebris naturæ functioni iſtiuſmodi, ac magnitudini cedat, itemque & bona virorum pars.* Pijsſimum quidem eſt, magnis ſe laboribus, verberibus, cruciamentis, & corporis afflictionibus exercere; ſed re verâ breuius & facilius iter ad Deum ex Charitate reſeratur; præterquàm quòd valdè in cæteris virtutibus periculoſum eſt, ne ſi limites ſuos exceſſerit virtus, in vitium conuertatur, cum in vnâ Charitate periculum hoc euaneſcat; nec enim, ſi in amando Deo modum exceſſeris, vitioſum eſt, imò quod aliarum vitium eſt, perfectio eſt charitatis, iuxtà illud Diui Bernardi; *modus diligendi Deum eſt diligere ſine modo: quod ipſum Ethnicus ille Vates non ignorauit, verus amor nullum nouit habere modum.*

D. Aug. de Ciuit. l. 15. c. 22. & de morib. Ecc.

D. Th. 2. 2. q. 188. art. 3. c.

D. Chryſo. l. 2. de Sacę. c. 2.

D. Bern. de dilig. Deû.

Proſp. eleg.

Quod ſi non ſemper in huiuſmodi opere ſe exercere valet Antiſtes, ex innumeris, quibus obruitur & diſtrahitur negotijs, charitatis ipſius eſt, ſui ipſius defectum compenſare; quin labes propè innumeras, quibus fieri non poteſt, quin tantum munus exercentes ſordeamus, abſcondit & delet. Quam benè Diuus Marcus Eremita, *defectuum eſt ſupplementum charitas, quæ omnia credit, omnia ſuſtinet*: eiuſdem pariter amoris vi fiet, vt Antiſtes ad ardua maximaque opera peragenda animum erigat, vireſque ſollicitet iuxtà Romani Oratoris illud, *ſine ſtudio & ardore quodam amoris, nil quicquam in vitâ fit egregium.* C

D. Marc. Hieron. in Bibl. pat. tom 3.

Cicer. 1. de orat.

Quis credat? nullum infenſiorem nobis magiſque nobis intimum & moleſtû ſortiti fuimus hoſtem, noſtrâ metipſa voluntate, quæ vt plurimùm Diuinæ voluntati rebellat: hanc tamen etiam ſicut alia omnia, charitas dominatur: hæc enim inter ea ipſa, quæ vitioſa alioquin ſunt & perniciosâ, ſalutaria reddit & laude dignisſima; hinc illud Diui Auguſtini, quod frequentisſimè Dominus Comitolus Peruſinus Antiſtes vſurpabat. *Habe Charitatem, & fac quicquid vis*: ſi namque Diuinâ Charitate animus noſter exarſerit, quæcumque fiant, Diuinæ gloriæ ſeruient, animarum ſaluti militabunt: ieiunia, voluntariaque ſupplicia, ſi charitate deſtituantur, nullius pretij erunt; ſi verò charitate animentur, pretioſisſima. Quibuſcumque igitur alijs omiſſis, vna Charitas in Epiſcopo exigatur, *Simon Ioannis diligis me plus his?* D

D. Aug. de diſcip. Ecc. apud Hild. ep. 83.

Apoc. 3. 15.

Ingenti diſcrimine Laodicenſis Antiſtes tenebatur; ex eo enim quòd Charitate tepeſceret, Cælo diſplicebat, *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus*; hinc fulmine illo percuſſus, *ſed quia tepidus es & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo*: diuitem ſe ipſe mendaci ore iactabat, nam re verâ pau-

pauperrimus erat. *Quia dicis, quòd diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus*: ad tanti morbi medicinam vnam ei charitatis operam amantiſſimus medicus deſignauit. *Suadeo tibi, emere à me aurum ignitum probatum*; ea enim vis amoris eſt, vt humanum totum animum fæliciter occupans, iniquitatem omnem deuoret, diuinoque nos igne ad omnia paratos accendat.

A

§. II.

E Sancto Auguſtino, noſtrique muneris conditione, eruenda tertia ratio eſt; Part 1.c. &. ſeq. 1
cùm enim ponderoſiſſimum & maximè laborioſum, vt oſtēdimus, Epiſcopale miniſterium ſit, vnius amoris virtute emolliri aliquatenùs poteſt, & facili imò dulci animo ſuſtineri. *Interrogatur amor, & imperatur labor, quia vbi eſt amor, non eſt labor, vbi maior eſt amor, ibi minor eſt labor.* Sic de Petro ait Auguſtinus. Quis D.Auguſt.
profectò tot laboribus, tot incommodis, tot aculeis alacrem ſe hilaremque ſubijceret, niſi tot aſpera & ardua Dei amor lænigaret & deleret? rurſus accipe Auguſtinum. *Qui amat non laborat. Omnibus enim labor non amantibus graue eſt:* D.Auguſt. l.13. confeſ.
ſolus amor eſt, qui nomen difficultatis erubeſcit.

B Quis vnquam tantam Epiſcopalis calicis amaritiem auido ore ſorberet, niſi D.Auguſt. l.13 cõfeſſ.
charitatis potentia amarities illa dulceſceret? *Verus amor non ſentit amaritudinem, ſed dulcedinem; quia ſoror amoris dulcedo: ſicut ſoror odij amaritudo*, ſic Sen.ep.85. poſt med.
idem Auguſtinus: Quòd ſi prodigia huiuſmodi fieri nequaquam à virtute poſſe affirmat Seneca. *Senſum enim hominis nulla excutit virtus*, Philoſopho parcas velim, nec enim Ethnicorum ingenium ad charitatis agnoſcendam potentiam vnquam euolauit. Quænam alia virtus Epiſcopi animum adeo erigeret, vt ad ſacram poteſtatem defendendam, populorum, Procerum, affinium, Regum potentiam deſpiceret & prouocaret? Quænam alia virtus eius pectus ad Catholica dogmata propugnanda, ad impiorum væſaniam retundendam, ad vitam ipſam, ſi neceſſitas poſtulet, pro gregis ſalute deuouendam obarmaret? vna charitas eſt, quæ aculeos omnes expungit, quæ moleſtias omnes, pericula, certamina, mortemque ipſam præſtat amabilem. *Amans quid cupiat ſcit, quid ſapiat* Publ. Min apud Sene.
non videt, ſic olim Publius Mimus. Hinc Samſonis fortitudinem Paulus induit,

C inuulnerabili nàmque loricâ præcinctus, non è ridendâ Vulcani officinâ, ſed è Diuinæ Charitatis manu demiſsâ, iacula omnia, quibus Apoſtolicum munus impetitur, reijcit & eludit. *Quis ergo nos ſeparabit à Charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? ſed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos.* Rom. 8.35

Quis ſanè oratione aſſequi poſſet, quæ & quanta admirandæ fortitudinis experimenta hac in re Præſules dederint, manu, lingua, calamo, ſanguine, & ipsâ demum ſui corporis cæde? quæ vnquam alia ordinis conditio tot Deo pepererit Heroas fortiſſimos ſuomet ſanguine laureatos? Charitatis hæc omnia ſunt, humanæ fortitudinis argumenta, cæloquæ erecta trophæa; vt enim ea ſeruatoris verba explicans Rauennas aureus Antiſtes ait: *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro* Ioan 10. 2.
ouibus ſuis: Nil durum, nil amarum, nil graue, nil lethale computat amor verus. D. Petr. Chryſ. Ser. 40.
Quod ferrum, quæ vulnera, quæ pœnæ, quæ mortes amorem præualent ſuperare perfectum? Amor eſt impenetrabilis lorica, reſpuit iacula, gladium excutit, periculis inſultat, mortem irridet: Si amor eſt, vincit omnia; nec ſolum vincit, ſed quod mirabilius eſt, certando non ſuccumbit, pugnando non laborat, nec laborando fatigatur.

D

Quòd ſi ex amore, quo Rachelem Iacob proſequebatur quæcumque illi moleſtia adeò aſperitatem omnem exuit, vt è Diui Hyeronimi mente ſeptem anni totidem illi dies viderentur quæ vnquam moleſtia, quæ moles laborum Dei amantem cruciabit; *Amemus & nos Chriſtum, & facile videbitur omne difficile.* D. Hieron. ep.20 ad e. En de cuſt. Virg.
adeò vi amoris quæcumque curatum acerbitas excantatur, vt ea omnia amentur, quæ alij auerſantur. Querelas neſcit amor, nam Ambroſio teſte, *vbi querela*

D. Ambr. de offic. *eſt, amor non eſt; ubi eſt amor, ibi non eſt querela.* Piſcatorum Venatorumque labores è ſolo prædæ amore non ſufferuntur tantùm, ſed optantur. Quàm bellè

D. Aug. de bono vid. c. 12. Auguſtinus, *nullo modo ſunt oneroſi labores amantium; ſed & ipſi delectant, ſicut venantium, aucupantium, piſcantium.* Quid felle ipſo amarius? amoris tamen vi non amarum eſt, ſed amatur. *Amori ſancto omnia dulcia ſunt*, ſic Riccardus.

Eutim. in catena ſup. exod. Egregium illud hic cum Euthimio contemplare. Regales inter delicias enutritus Moyſes, obſecundante vndique Regum Reginarumque beneuolentiâ, A
breuique Aegyptio Principatu donandus vix Diuini amoris igne correptus fuit, vt Regium ſponte nomen abijciens, in paſtoritiam virgam ſceptrum, in paupertatem delicias, populorum regimen in pecorum cuſtodiam immutans, vno Deo, quem diligebat, gauderet. *In regiâ Moyſes educatus, in deſerto manet: paſcit oues, neque icircò indoluit perſaſus vicem ſuam: quiſquis enim amat Deum contentus in vrbe degit & in agris, pauper & diues, liber & ſeruus.* Sic Euthimius. Quòcumque pergat Deum amans, ſuam in ſuo Deo beatitatem præfert; abundè tamen Moyſis amorem rependit Deus, & è regno, quod Dei amore abdicauerat, ad Principatū longè maiorem eum euexit, & è Regio titulo, quem in Pharaonis aulâ deſpexerat, ad excelſiſſimum nomen Dei Pharaonis eum aduocauit.

Exod. 7. 1. *Conſtitui te Deum Pharaonis.*

Lyran. 21. Ioan. 18. Quartam nobis rationem Lyranus ſubminiſtrat, ex illo Petri examine petitam, eo enim Chriſtus indicàuit, quod *qui eligitur ad officium prælationis*, B
debet Deum diligere præ terrenis, & quæcumque alia ex eiuſdem dilectione calcare: Quâ de causâ ad Dominicum Carthaginis Præſulem ſcribens magnus Gregorius, ad ſublunaria iſta bona ſuo ex animo prorſus auellenda excitat, totâque mente numini adhærendum; *Mens noſtra in ſæculari vanitate non diffluat;*

D. Greg. l. 9. ep. 62. *ſed tota in vnum currat, atque confluat finem. Hoc amore liqueſiant boni corda Recteris; in his ſe mens tota ſuſpendat.*

Vt igitur paratiſſimus eſſet ad terrena hæc omnia rerum ſplendidarum lenocinia conculcanda Petrus Pontifex, eorumque commentitiam & mendacem imaginem auerſaretur, Petrum de Amore Chriſtus Dominus examinauit; cum enim non, vt de fabuloſo Amore Græcia ſcribit, cæcutiat, ſed oculiſſimus ſit Amor Diuinus, quàm facillimè hanc ſæculi pompam & bracteatam rerum ſæcularium fœlicitatem, Dei amans compræhendet. Ad Sanctuarij lancem Petri fidem & pietatem Chriſtus ponderauit; Salomone enim docente, *Omnis via viri recta* C

Prou. 21. 2. *ſibi videtur, appendit autem corda Dominus*, hominis autem pondus in vno amo-

D. Auguſt. re verſatur, iuxtà illud Auguſtini *Amor meus pondus meum: illo feror, quocumque feror*: humilia & ima terrenus amor exquirit, excelſa & ſublimia Diuinus; in Deo enim enatus Deo tantùmmodo ſtudet, Deum tantùmmodo quærit; quemcumque alium amorem magnetis inſtar Diuinus amor rapit ad ſe. Quàm San-

D. Bernard Ser. 83. in cant. ctè ſapienterque Bernardus his optimè eruditus. *Diuinus amor vbi venerit, cæteros in ſe traducit, & captiuat affectus.* Hinc venuſtè dulcem quendam Tyrannum eum Ricchardus appellat, cuncta dominantem & trahentem. *Quis tyran-*

Riccard. de grad. char. D. Petr. Dam. Ser. de Sancta Columba. *nidem huius affectus deſcribat, qui omnia ad ſe rapit.* Quin Tyrannis ipſis potentior & violentior eſt ait Diuus Damianus, ejusque iacula Scythicis iaculis acutiora. *Acriora ſunt aurea tela amoris, quàm ferrea Tyranni.*

His optimè inſtructus Diuus Hugo Gratianopolitanus Antiſtes, cum ſe Gaufridi Carnutenſis Præſulis precibus commendaret, hoc vnum tantùm à Deo ſibi obtinendum ſupplex poſtulabat, *Vt Deus in me mundanum extinguat, & ſuum* D

Surius in eius vita l. April. *accendat amorem.*

Quod idem à memorato Petri examine colligit Auguſtinus nobis indicari, vt nempè ſæcularia quæcumq; cæleſtibus poſtferamus, vnique Deo adhærentes cætera omnia vel deſpicemur, vel ad Deum omnium authorem referamus. Hinc Petro verba facientem Chriſtum Dominum ſic elegantèr exprimit, *Si me diligis, non te paſcere cogita, ſed oues meas, ſicut meas paſce, non ſicut tuas; gloriam meam in eis quære, non tuam, Dominium meum, non tuum.*

§. III.

AD hoc idem præſtandum, quinta ratio è Diuo Iuſtiniano habetur: hæc au- D.Lauren:
tem in eo eſt, quòd licet ad Dei amorem nullo alio titulo teneretur homo, Iuſtin.c.7.
A hic vnus validiſſimus foret, quod ſcilicet ad eius amorem extorquendum, totius de Char.
vniuerſitatis Dominum condiderit Deus; do eius verba; *Gratis à Deo prælatus eſt
homo cæteris creaturis, vt hac cognita ipſius ergà eum dilectione, accendatur in amo-
re illius.* Proh Deus! ad hæc quis vnquam obdurato adeò corde præſtabit, vt
in peringentes amoris ignes non erumpat illud expendens, quòd è tantâ homi-
num frequentiâ nos non tantùm ſupra res inanimes, & ratione carentes, ſed ho-
mines ipſos cæteroquin perdignos extulerit Deus, & ad tantum Principatum eue-
xerit; quale quantumque beneficium, vt ad noſtrum obſequium tot populos, tot
gentes adduxerit? ad tantum Dei beneficium quis tepeſcet, quis ad tanti molem
amoris parcus amoris erit, vt Deo ſit gratus? Cum è cæli oraculo Samuelis ore 1. Reg.9.
prolato Saul agnouit, ſe ad Paleſtinæ imperium accerſitum, itàne, inquit, tanti 21.
Deus me fecit, omnium è Paleſtinæ tribubus minimum; *quaſi dicas, cur mihi tàm* D.Gre.ibi
magna adſcribis, cum nihil ſim? ſic Diuus Gregorius.

B Tanto igitur amori, quo ab ipſius immenſo æternitatis interuallo nos prædi-
lexit, an non rependendus amor eſt? ſanè vt Diuus Chryſoſtomus expendit, ad D. Chryſ.
Iudæi populi regimen tunc ſolùm Moyſem Deus vexit, cùm ſtrenuiſſimis operi- hom.10.
bus ſuum ergà Deum amorem comprobauit, nec Paleſtinæ diademate Dauidis ad Roma
frontem redimiuit, priusquàm ſui fortitudinem animi exhiberet in pugna, quàm
immanem aduerſus Gigantem imperterritus inſtituit.

Potiſſimùm autem hoc idem è duobus ſacrarum litterarum ſymbolis mihi in-
noteſcit. Alterum eſt præceptum illud, quo in Leuitico mandauit Deus, vt ſem- Leuit.12.
per ad eius aſpectum ignis arderet vnius Sacerdotis miniſterio enutritus. *Ignis
autem in altari ſemper ardebit: quem nutriet & Sacerdos ſubjiciens ligna mane per ſin-
gulos dies.*

Vt ſacer iſte ignis ardeat, noſtrum eſt, ò Præſules, ait Diuus Thomas Villa- D.Thom. è
nouanus, ne vnquam in noſtri cordis arâ extinctus deficiat; Eius nos flammam Villan.ſer.
C diù noctuque nunc precibus & votis, nunc piorum librorum lectione, vel ſancto-
rum operum exercitationibus foueamus, ne inopinatò ad nos ſponſus cæleſtis ac-
cedens lampadem ſuam inueniat extinctam. audiatur Diuus Gregorius: *Altare Dei* D.Greg. l.
cor noſtrum eſt, in quo iubetur ignis ſemper ardere: quia neceſſe eſt ex illo ad Domi- 21.moral.
num charitatis flammâ indeſinenter aſcendere; cui per ſingulos dies Sacerdos ligna c. 7.
ſubjiciat ne extinguatur: Procul à nobis palea & fœnum ſit leuiſſimæ pietatis, ne
breui flamma hæc euaneſcat: ſolida & feruida pietas noſtra ſit, quâ conſtanti fo-
mite ſacrum hunc ignem nutriamus. Et ſanè quanta ad hoc præſtandum ligno-
rum ſtrues in nobis congeritur, quot nempè beneficia munificentia Diuina no-
bis ſubminiſtrat, quibus gelidiſſima Scytharum, & hyberborea, nobis pectora Ve-
ſeui Aethnæq; inſtar ſacro quodam incendio exundabunt.

Ad alterum jam progredior, quo in Leuitico eodem Diuinus legislator præce- Leuit.2.13
pit, vt nulla ei hoſtia offerretur, quæ ſale condita non eſſet. *Quidquid obtuleris
Sacrificij ſale condies.* Ritum hunc Iudaico more ad litteram Dæmon accepit,
D adeòque Deum de ſuo more æmulatus voluit, vt ſale oblata ſibi ſacrificia aſper-
gerentur. Hinc Ouidius.

Ante Deis homines quod conciliare valeret, Ouid.
Far erat, & puri lucida mica Salis.

Salis loco hîc aliqui prudentiam accipiunt, quo opera omnia condiuntur; Do-
ctrinâ alij Euangelicam eiusq; Magiſtros Apoſtolos iuſtè illud, *Vos eſtis ſal terræ.*
Probè quidem, ſed longè omnium probatiſſimè Procopius, docens ſalis nomi-
ne amorem hîc Diuinum ſignificari, quo vt Deo ſapiant, ſunt noſtra opera tem-
peranda. *Quidquid obtuleris Sacrificij, ſale condies*, legit ipſe, *amore condies*: la- Proſp.in c.
bores, curas, obſequia in Epiſcopali munere impenſa Deo non probantur, niſi 4.Geneſ.
eius

eius amore dulciſſima veluti conditurâ aſpergantur. Suffragatur Petrus Cluniacenſis. *Nam qui in lege nullum Sacrificium ſine ſale ſuſcipit, ſic nullum munus ſine*
Pet. Clun. l.5.ep.16. *fœdere charitatis ſibi placere oſtendit*: hoc fuit in cauſa, cur Abelis excepto ſacrificio, Caini hoſtia reprobaretur; nam Ruperto Abbate docente, *Cain cum Deo*
Ruper.l.4. in Gen.c.4. *offerret ſua, ſe ipſum ſibi retinuerat: huiuſmodi portionem Deus non accipit, ſed prabe, inquit, fili cor tuum mihi, & ipſe cor ſuum retinuit ſibi, & fructus terræ Deo obtulit*: Sacro igitur amore ſingulari veluti condimento, vt noſtris Deus operibus A
delectetur, ferueamus. Sal quippe è Chryſoſtomi ſententiâ diuinus amor eſt. Conditura eſt generis humani amor.

Aelyotropium igitur Præſul imitetur, qui ſuo Deo ſemper adhæreat, quin gemmæ illi perſimilis ſit, quæ huiuſmodi etiam è ſolis amore nomen vſurpans, ad ſolares radios adeò ſplendeſcit & fulgurat, vt nulla detur oculorum acies adeò valida, quæ eius lumine non perſtringatur. Quot profectò Diuinæ Beneficentiæ radijs præcingimur & inuadimur? quanto nos Diuini amoris lumine obſidemur? an non igitur amorē in nobis ipſis grati animi ſtudio accendamus? illud nobis ac-
Apoc.3.15 comodemus, quo Laodiceæ Antiſtes Deo mādāte fuit admonitus, *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum*. Richardo enim, Ausberto, Beda, & Hugone, docente, in hoc auro Diuinus Amor exprimitur?

§. IV. B

D. Bernar. ſer.76. in cant. EXTREMA iam nos Diui Bernardi vocat ratio è Petri examine petita; ter enim, tantus Magiſter ait, Chriſto interrogante Petri amor probatus fuit, vt oſtenderet, maximum excelſumque Præſulis amorem fore, vt Epiſcopalis Sacerdotij munus impleat, eiuſque apicem perfectè aſſequatur; ne igitur tantum opus ambiat, qui huiuſmodi ardore non feruet: at prodeat Bernardus. *Non otiosè quidem in commiſſione ouium toties repetitum eſt, Petre amas me? Ego quidem ſignificatum perinde puto, ac ſi illi dixiſſet Ieſus: niſi teſtimonium tibi perhibente conſcientiâ, quod me ames & valdè perfectèque me ames, hoc eſt, pluſquam tua, pluſquam tuos, pluſquam te, vt huius trinæ repetitionis mea numerus impleatur; nequaquam ſuſcipias curam hanc, ne te intromittas de ouibus meis, pro quibus ſanguis vtique meus effuſus eſt*. Non vulgaris, non lentus & moroſus amoris ignis cor tuum inuadat, potentiſſimus ille ſit, & ſuprà quàm dici poſſit maximus, adeò vt mentem totam, C
totum animum occupet, cogitationes, vota, opera, omnia dominetur: ſi ſecus acciderit, lituum redde, ne te morientem fulminis loco percutiat; *Ne te intromittas, ne te intromittas*.

Hîc ſanè formidabili quodam horrore concuſſus, vix calamum rego, quo hæc valeam exarare, illudque è tanto Magiſtro vſurpare mihi licet *Terribilis ſermo, & qui poſſit etiam impauida quorumuis tyrannorum corda concutere*. Illud etiam expertus agnoſco, me nullo diuini amoris munere præſtantem tantum ſacerdotiū induiſſe: tām ingenti tonitru percuſſus vix erigor, vt aliud ex Iſidoro Clario non
Iſid. Car. leuius intonet: idemnamq; Diui Petri teſtimonium interpretatus ait, *ac ſi Apertius dixiſſet: Nemo debet Paſtoris officium accipere, niſi charitate cæteris antecellat: quod & tibi faciendum eſt*. Me ſanè miſerrimum, quem vndique tot Diuini Amoris incendia obſident, & Salamandræ inſtar adhùc frigeſco, adhùc medio gelu conſtringor! Vndique me diuus amor obuallat, & amoris neſcius ſordibus ter- D
D. Bern in ſimul amoris. renis adhæreo. *Vndique me circumdat amor, & neſcio quid ſit amor*.

Ariſt.1. Ethic.c.10 Humanam fœlicitatem ex ipſius Ariſtotelis ſententiâ, in perfectæ abſolutæque virtutis actione verſari quis neſciat? Hæc autem actio in Diuino amore conſiſtēs, beare tantùm nos poteſt, & è breui hac beatitate æternam nobis quoquemoliri felicitatem. Innata nobis hæc actio eſt, noſtræque adeò naturæ conformis, vt Beatus Thomas Villanouanus affirmet, noſtrometipſo amore Diuinū magis amo-
D.Thom.à Villan. ſer. apud moſ. c.152. rem nobis naturæ inſtinctu inſinuari. *Naturaliùs autem & propenſius diligit homo Deum, quàm ſe ipſum*.

Arctioti

Arctiori tamen vinculo ad hoc idem nos ipſa noſtri Sacerdotij dignitas obſtringit; cum enim ſupremus eius conditor Chriſtus ſeruator fuerit, noſque ad illud exercendum ſuos velut adminiſtros elegerit, in eâ re noſtram fœlicitatem tenemur exquirere, quæ arctiùs nos ipſi connectit; hinc vnitiua virtus Diuinus amor à Diuo Dyoniſio appellatur, meritòque Chamæleonti amans à Diuo Alexandrino Cyrillo confertur, eò quod in rem amatam conuertatur. *Sicut amamus, ita, & ſumus; habet enim amor conniſum Chamaleontis; vnde tranſimus cum amatis, aut ſiſtimus, & cum eiſdem vileſcimus, aut chari ſumus;* quod idem illa
A
Diui Auguſtini confirmant. *Terram diligis? terra es: Cælum diligis: Cælum es; Deum diligis? audeo dicere, Deus es.*

D.Cyrill. Alex. l. 2. Apolog. moral. cuius tit: Tantum æternum dilige & nũquam dolebis. D.Auguſt.

Præ cæteris omnibus idemmet charitatis Deus ad hunc eundem amorem nos excitat, impellit, cogit, ac ſi non noſtra dignitas, at ſua vtilitas è noſtro ergà ipſum amore reflueret. Hinc illud Auguſtini. *Quid tibi ſum ego, Domine, vt amari te iubeas à me, & niſi faciam iraſceris mihi, & mineris ingentes miſerias? paruane eſt ipſa miſeria, ſi non amem te*: cum ergò in re tàm iucundâ, tàmque delectabili noſtram beatitatem conſtituerit Deus (quid enim concipi iucundius poteſt, quam Creatorem, Redemptorem, ſupremamque bonitatem amare?) & cùm Deo grati amore ſolum eſſe poſſimus. *Et ideò quoniam nihil eſt, quod dignè Deo referre poſſumus, vah mihi ſi non dilixero: reddamus ergo amarè pro debito*: ſic Ambroſius:
B
quanam perniciosiſſimæ nequitiæ vi fit, vt cætera omnia amantes vnum Deum non amemus? Quàm piè igitur & doctè Maſſilienſis Antiſtes: *Omnia amamus, omnia colimus: ſolus nobis in comparatione omnium Deus vilis eſt.*

D. Aug. t. 5 Confeſ. c. 5 vl Soliloq. 21. D.Ambr. in Geneſ. 46. 4. Saluian. l. 6 de g bern.

Verùm quò me imprudens ardor abripuit? cum vnus fortè ſacris è Præſulibus ipſe ſim de huiuſmodi tàm fœdo tepore arguendus: in Diuino amore ſemper excelluere Hyerarchæ: Tàm ſanè immanis amoris flamma erat, quo Hipponenſis Antiſtes ferebatur in Deum, vt in illud ſanè admirandum erumperet. *Domine, valdè exultat anima mea, dum cogitat quod tu ſis Deus; verum ſi per impoſſibile fieri poſſet, vt Auguſtinus eſſet Deus, & tu eſſes Auguſtinus, omninò vellem eſſe Auguſtinus, vt tu eſſes Deus.* Quam ineffabilis amor Dei eſt! qua autem ratione tantum acroma ſit intelligendum. Vide recentiores.

Ribaden. in vit. S Aug. Roſign. l. 5. de perfect. Chriſt. c. 20

Cantuarienſis etiam Epiſcopus tàm religioſâ lance ſua ſingula vota expendebat, vt quæ non ferrentur in Deum, & in eius amorem collimarent, furti & ſacrilegij loco recenſeret: *ſic totum cor noſtrum tuo debemus amori, vt quidquid de*
C
eo alteri damus, tibi ſubtrahamus. Quid de diuo Carolo dixerim, qui ex ardentiſſimo, quo diligebat Deum amore, non diſcrimina, non labores, non mortem æſtimans martyrio non defuit, licet, iuxtà Cardinalis Veronenſis ſuffragium, martyrium ipſi defuiſſet. Quid de Diuo Saleſio Franciſco tantà diuini amoris præſtantiâ decorato, vt toti poſteritati de amando Deo documenta admiranda Magiſter eximius dederit.

D. Anſelm. l. de menſ. emiſ. 4. Gius. in vit ſua. L. 8. & l. 7. c. 8. D. de Sales

Vtinam ad hæc aliaque facilè congerenda exempla, torpore prorſus excuſſo Diuini amoris ſcientiæ ſtudeamus, & Themiſtoclem imitati, quem enarrata Meltiadis trophæa excitabant, tantorum Heroum veſtigijs hæreamus.

Singulari cultu Sanctiſsimam Deiparam ab Epiſcopo honorandam. Cap. LXI.

D

PROCELLOSVM mare Epiſcopatus eſt ſcopulis irretitum, Syrtibus obſeſſum, ventorumque ferocientium inſaniâ ſus deque iactatum: in hoc igitur enauigando ad diſcrimina omnia omniaque naufragia euitanda, ſtellâ polari indigemus, quâ irretorto lumine reſpicientes portum tranquillitatis appellamus. Maria hæc eſt auguſta Deipara, de qua Bernardus: *Tolle corpus ſolare, vbi dies? tolle Mariam hanc maris magni, & ſpacioſi ſtellam, quid niſi caligo inuoluens, & umbra mortis, & denſiſſima tenebræ relinquuntur?*

D. Bernard Serm. de Aquæduct.

Ad luctarum aream campumque certaminum vocatur, qui Epiſcopatum ſortitur; quia autem validiſſimos in hoſtes committendæ frequentèr Epiſcopis, tanquam Chriſtianæ militiæ Ducibus hæc ſunt, Dauidis hanc Turrim, quæ *ædificata eſt cum propugnaculis; mille clypei pendent ex eâ, omnis armatura fortium*; in noſtrum patrocinium & tutamen aduocemus oportet: ad pugnantium refugium & ſecuritatem, hanc in Chriſti Eccleſiâ turrim erigi Ailgrinus docet, *maghen* è codice Græco habetur, id eſt *Scutum*, è verbo *Genan*, quod ſignificat *protegere*, A
operire, adumbrare; vt enim Hebræi Dei arcam præferentes clariſſimas de quocumque hoſte victorias referebant, dummodo tamen nullo graui crimine polluerentur, vt Diuus Athanaſius aſſerit, ſic Mariæ arcam illibato nos animo geſtantes timori nullo, nulloque diſcrimini erimus obnoxii; vt enim Richardus docet, Diuinus Spiritus *ipſam in vmbraculum Eccleſiæ præparauit*.

[Margin: Cantic. 4. — Hallgibi. — D. Athan. lib. de interpret. Pſal. — Riccard. l. 12. de laud. Virg.]

Demùm cum difficillima ſit, magniſque erroribus obuia regiminis diſciplina, ad hanc nobis Dauidicam Turrim confugiendum eſt, vt eius magiſterio dirigamur, populiſque ducendis vtilitèr & ſapientèr proſpiciamus; vbi namque è noſtrà vulgatà habetur. *Quæ ædificata eſt cum propugnaculis*, Hebræus codex habet, *Conſtructa ad diſciplinas*, Pagninus verò, *ædificata ad docendum*.

Vnà cum Dei maternitate munus hoc ipſa ſuſcepit; ad corporatũ Deum agnoſcendum Magos olim ſtella perduxit; Maria ſtella in ea exprimebatur, cuius magiſterio de diuinis miſterijs totus erat orbis inſtruendus; Hinc nobiliſſimo præ- B
conio ad eam eleganter Diuus Gregorius Thaumaturgus eam exornauit his verbis: *Per te ò gratia plena, Trinitas Sancta, & conſubſtantialis in mundo cognoſcitur*. Hinc pariter fortè ſublimi cognomento eam D. Heſychius compellauit. *Trinitatis complementum*.

[Margin: D. Greg. Thaum. or. 2. de Annũ. in fin. — Eſich. ſer. 1 de laud. Virg.]

In populis tamen inſtruendis longè maius poſt Chriſti filij aſcenſionem Deipara laborauit; nec enim aliâ de causâ tandiù perdilectam ſuam genitricem Chriſtus Dominus viuentem in hoc orbe detinuit, niſi quia vt fluctuanti ſuæ Eccleſiæ ſapientià ſuà præeſſet, ſimulque Apoſtolos primos eius Epiſcopos informaret; hoc certè vaticinatus Habachuc Vates verbis ijs fuit, iuxtà ſeptuaginta interpretum verſionem, *Eleuatus eſt Sol, & Luna ſtetit in ordine ſuo*. Sol Chriſtus in Cælũ aſcendit, Luna, hoc eſt Diuo Cyrillo Alexandrino interprete, Eccleſia in ordine ſuo collocata eſt; ſi quæſieris, quonam ordine, Diuus Antoninus reſpondet, ſub pedibus, hoc eſt ſub præſidio patrocinioque Mariæ. Quid Mariæ glorioſius,
quid Eccleſiæ excogitari poteſt vtilius? C

[Margin: Abacuc. 3. — D. Cyrill. in Abac. 3. — D. Antoninus de Priv B. V. cap. 20. 3.]

Diuini Spiritus Sponſa, Sponſi ſui miniſterium magiſtra Apoſtolorum explebat, diuinæ doctrinæ vberibus præſtans infantis Eccleſiæ paupertati ſuccurrebat, eamque nutricis inſtar lactabat dum docebat: fauet ſcribenti Diuus Amadeus Lauſanenſis Antiſtes: iſta dilatio, Diſcipulorum Chriſti non minima conſolatio fuit: *iſta dilatio matri nihil minuit, & mundo contulit remedia ſalutis, voluit enim Dominus Ieſus, vt ipſo ad Patrem reuertente, Apoſtoli materno ſolatio, & eruditione fruerentur, qui quidem licet docti eſſent à Spiritu Sancto, ab illa tamen potuerunt edoceri, quæ mundo Solem iuſtitiæ edidit, & fontem Sapientiæ ex prato virgineo intemerato nobis alueo produxit*. Cathedram ſcholamque ſuam ſuæ Genitrici Magiſter cæleſtis reliquit, vt ſe abſente Apoſtolos ſui ſermonis præſtantià erudiret. Cum omnibus hoc illa affluentèr expleuit, ſed potiſsimùm cum Diuo Ioanne, quem filij loco habens ad intima ſui cordis arcana ſuſcipienda excepit, tantâque eum imbuit
egregià cæleſtium rerum comprehenſione, vt homine maior diuino veluti ſer- D
mone loqueretur. *Non erat Ioannes homo, ſed pluſquam homo, quando & ſe ipſum & omnia quæ ſunt ſuperauit*. Sic de eo Origenes: Magiſtrorum magiſtram, Diuinique Spiritus vocem Rupertus Abbas, Eccleſiæ conditricem, rectæque ſcientiæ ſceptrum Cyrillus Alexandrinus eam compellat.

[Margin: D. Amat. hom. 7. de laud. Virg. — Orig. — Rupert. in cantic. c. 1. — Cyrill. hõ. 6 cont. Neſtor.]

Eius tandem arbitrio in Hyeroſolimitanâ primà Synodo tàm celebris illa quæſtio dirempta tandem fuit, quâ diſquirebatur, an circumciſio, cæterique ritus ad veterem legem ſpectantes eſſent abolendi. Hinc de ipſa Rupertus Abbas loquens ait. *Horum diſcernendorum vtique magiſtram te eſſe oportebat, ò Beata Virgo, & Magiſtram Magiſtrorum, ſcilicet Apoſtolorum*; Quà de causâ Diuo Idelphonſo

[Margin: Rup. lo. cit.]

phonſo fidem faciente, ad eius oraculum Apoſtoli accedebant, quotieſcumque
A controuerſia aliqua pullulabat.

D. Hildel. Ser. 5. verb de aſſumpt.

Diceres inter Apoſtolos, Primatis & Patriarchæ munus ipſam peregiſſe, cui ſententiæ fauet Diuus Damaſcœnus, à quo vocatur *ſumma Chriſtianorum Antiſtes*.

D. Damaſc in mencis Græcorum die 1 Ian.

Quin Epiſcopi abſolutiſſimum miniſterium ſub patientis filij cruce ipſa perfecit, dum admirandâ vigens conſtantiâ animoq; ſtans impauido ad vniuerſi ſcelera delenda, recentilq; Eccleſiæ ſtatuendā fœlicitatem ſui filij cruciatus & mortē æterno Patri deuouit. *Virginem appello, velut Sacerdotem pariter & altare*, ſic de ea Epiphanius, & Brixienſis Andreas Epiſcopalis ei tribuit ordinis incrementum. *Per te Regina ditatur Eccleſia Sacerdotio*: quin Pontificias omnes functiones ab eâ nunc etiam exerceri Magnus Albertus docet.

Andr. Brix ſer. in V. ſub. qudr. Alber. ſuamiſſ. eſt c. 75.

Demùm, teſtante Emiſseno, Euangelicæ veritatis myſteria ex ipſo ſui filij fonte potata, in Apoſtolorum aures & linguas ipsa eadem deriuauit, vt ex ijs tanquam è ſacris canalibus in vniuerſum totum beatâ quadam eluuione defluerent.
B *Ab ipſa enim hæc Apoſtoli audierunt, & ipsâ dictante, ſcripſerunt, nobiſque legenda mandauerunt*. Sic ipſe. Eius etiam operâ & patrocinio factum eſt, vt tantâ Præſulum ſanctitate prima illa Eccleſiæ vagientis ætas effloreſceret, puriſſimoque ſemper candore Chriſtiana fides inter tot aduerſantium conatus eluceret. Quàm doctè igitur Diuus eam Methodius vocat, *Vmbraculum per aſſumptam ex ea carnem toti Eccleſiæ præparatum*.

Emiſſen. in Euang. de feſt. aſſum.

D. Metho. in Thren.

Præ cæteris tamen ad Epiſcoporum auxilium ſui patrocinij vires Deipara explicat, vtpotè quæ optimè agnoſcit, ex eorum opere eorumque moribus populorum ſalutem pendere, quam ſui Sanguinis pretio Chriſtus filius perquiſiuit.

Gregorium Thaumaturgum Neocæſarienſem Antiſtitem Ipſa ſeruauit, ne Origenis Magiſtri erroribus implicaretur; ſuo enim primum ore, & Diui poſtmodum Ioannis magiſterio de fidei Symbolo eum ſanctiſſimè erudiuit.

D. Greg. Niſſ. in vit. Thaumatu.

Ipſa eadem ad Neſtorium impudentiſſimum Sycophantam profligandū Diuum
C Cyrillum obarmauit, eumque coegit, vt non tantum *Chriſtotocon*, verum etiam *Theotòcon* Auguſtam Virginem merito titulo ſalutaret; quo in ipſo certamine Virgineo etiam auxilio, Diuus Ioannes Damaſcenus excelluit, Neſtorijque nomen audiit Epheſinâ, Nycenâ, Chalcedonenſi Synodo reprobatum, eiuſque linguam inſpexit fœdiſſimâ tabe ſcatentem & corroſam.

Ex eodem Virgineo commentario ad hæreticorum væſaniam retundendam ſua tela deprompſerunt Diuus Ioannes Antiochenus, Rupertus Abbas, Diuus Damianus, Hermanus, Albertus Magnus, alijque; quâ de cauſa feſtiuo illud cantu de ea reſonat. *Gaude Maria Virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo*.

Quàm multis igitur titulis ad Deiparæ patrocinium confugere Epiſcopus poteſt, cum certâ animi fiduciâ, quod cum ipſa ad Epiſcoporum tutelam; & auxilium deſignata potiſſimùm à Deo ſit, ſtella inſtar ſit eos illuſtratura, & Turris loco defenſura: hinc eam optimè Diuus Proclus *Diadema Eccleſiæ* appellauit.

Procl. orat 6. de Virg.

Quàm ſanè prona ea eſt, vt ſuam in nos benignitatem effundens, è Diuinitatis Solio ſua in nos beneficia deriuet ad Chriſti Eccleſiam exornandam: Si ſtellæ
D huius auſpicijs Religio noſtra careret, quàm timendum nobis eſſet ne tot decumanis acta fluctibus, tantâque hominum ſimul & Dæmonum concuſſa potentià, trepido aliquo motu laboraret: eius lumine Pontifices, Cardinales, Epiſcopi recreati dueuntur, & in aduerſantium impiorum hæreticorumque proteruiam pugnas ſimul habent & palmas referunt, adeò vt ad victricem Virginem Eccleſia tota ſe conuertens triumphali epinicio eam ſalutet. *Cunctas hæreſes ſola interemiſti*.

Parientem viraginem inter Inſulæ Pathmos latebras Diuus Ioannes inſpexit, iam iam à Dracone inſidias ei parante deuorandam, vel ſanie è faucibus emiſsâ ſubmergendam; eius auxilio miſericors Deus adfuit. *Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen, quod miſit Draco de ore ſuo*. Meritò in muliere Eccleſia fœcundiſſima exprimitur, in Dracone Dæmon, in veneno quod euomitur hæreſis: quid tamen eſt, vt Virgo tota hæc cæleſtis, terræ conferatur?

Apo. 12. 16

vt nempè intelligas in Marià tanquam in terrà, totam Orthodoxæ Religionis fœlicitatem ſtare. A

Riccar. l. 7. de laud. Virg.

Væ Chriſtianæ fidei, niſi Mariæ patrocinio fulciretur! audi Richardum. *Inundante diluuio peccatorum ſuis precibus ſuſtentat Eccleſiam.* Quàm fœda rerum ſpecies noſtris oculis obiectatur; languet eneruis virtus, effræne vitium luxuriatur, honorum ambitio, opum cupiditas vbique feruet, voluptatum illecebræ, ſuperbiæ pompa, faſtus arrogantia, fraudum iniquitas, odij flamma, errorum peſtis vbique graſſatur; prauâ dominandi arte Chriſtiana ſimplicitas eluditur, inter Principum bella Chriſtianus ſanguis effunditur, & Chriſtiani nominis hoſtes in diſcordià noſtrâ concordes, de noſtrâ ferocià gratulantur, ſuumque imperium augent Dæmoni ſeruiturum.

D. Bernar. ſer. de verb Apoc. ſignū magnum.

Tot laceſſitus iniurijs Deus, niſi Virgineis precibus leniretur, an non elementa omnia, totamque hanc humanarum rerum molem ad ſuæ vltionem maieſtatis obarmaret? in Chriſto quidem ſequeſtrum noſtræ pacis habemus; verùm cum iuſtus æquè ac miſericors ipſe ſit, Deusq; ſimul & homo, timorem ſimul & ſpem B nobis inſinuat: *fidelis planè & potens mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus; ſed diuinam in eo homines reuerentur maieſtatem: abſorpta videtur in Deitate humanitas; non quod mutata ſit ſubſtantia; ſed affectio deificata: non ſola ei canitur miſericordia; cantatur pariter & iudicium*: ſic Diuus Bernardus. Detur ergò Deo Dei mater, quæ tota blanda, tota miſericors iuſtum & iratum Deum emolliat & exarmet. *Opus eſt mediatore ad mediatorem iſtum, nec alter nobis vtilior, quàm Maria.* Et ſanè Cæli terræque mediatrix à Diuo Epiphanio, Ephrem, & Seleucenſi Baſilio Virgo Deipara appellatur.

S. Epif ſer. de laud. Deipar. S. Eph ora. de laudib. S Baſil. Sel. orat. de Incarn. Dom.

Nec is ego ſum, vt eius hic beneficentiæ fontem aperiam, & patrocinij potentiam explicem; illud dixiſſe ſufficiat, quod ſi Coriolanum ſemel filium in Romam obarmatum patriæ eius amans mater exarmauit, frequentiſſimè filij furorem in humana ſcelera ebullientem fœlicior, Diuina mater extinxit. Regina Aeſter potentior, Iudith bellatrice fœlicior populum ſuum ab imminenti cæde ſeruauit; hinc *Curialiſſima* à Senenſi Bernardino appellatur, adeòque benefica, C vt non orbem tantùm vniuerſum, ſed quæ tantùm ratione loca concipimus ſuâ impleat charitate; fauet Diuus Germanus. *Propterea patrocinium tuum maius eſt, quàm intelligentià apprehendi poſſit.* Beneficium quoddam poſtulanti matri Berſabee poſt erectum illi ſolium ait Salomon filius. *Pete mater mea: nec enim fas eſt, vt auertam faciem tuam*: quid matri ſuæ deneget Chriſtus, qui Mariæ, teſtante Rusbrochio, *Nihil petenti negare poteſt, cum ſit illius mater*, quin, vt corporis, quod ab illâ ſuſcepit pretium illi rependat, ſummoperè gaudet ab eâ poſtulari; Theophilo Alexandrino hæc debes. *Gaudet Filius orante Virgine*: hinc egregiè de ſuo more Suarez philoſophatur, quod ſi pro eodem diuinâ è manu beneficio recipiendo ſola hinc Deipara, omnes inde ſimul Diui Deum exorarent, vna Virgo illis omnibus potentiori precatione antecelleret; miraris & cauſam quæris? dabit Diuus Damianus qui Mariam alloquens hæc habet, *Accedis ante illud aureum reconciliationis humanæ altare, non ſolùm rogans, ſed etiam imperans, domina non ancilla.*

D. Bernar. in to. 1. ſer. 52. D. Germ. Conſtantinop. de zona Virg. 3. Reg. 2. 20 Rusbroch de ſeptem grad. Theoph. l. de Incarn. Verb. D. Pet. Damian ſer. 2. de Natiuit. Virg

Omnia tamen iſta deficiant ad benignitatē Virginis ergà nos excitandam; illud vnum ad id præſtandum ſufficiet, quod nempè in eius vtero Eccleſiam ſibi Chri- D ſtus filius deſponſauit, vt enim optimè Diuus Idelphonſus docuit: *Hæc eſt Virgo, in cuius vtero omnis Eccleſia ſubharratur.*

S. Idelf. de aſſumpt.

An non igitur cum certâ animi fiduciâ ad Deiparam Præſules acceſſerint, cum tantus ſit eius in ipſos amor, eò quod populis tanto pretio redemptis à filio inſtruendis & ſeruandis præficiantur.

Hinc factum, vt Epiſcoporum ſemper cordi fuerit Mariæ nomen ſui ingenij calamique laboribus commendare, eiuſque patrocinio ſe ipſos ſuoſque populos adſcribere; Templa & aras ad eius augendum cultum extulerunt, eiuſque pietatem ſubiectis ſibi gentibus ingerere enixiſſimè contenderunt: cùm ex aduerſo ad eorum auxilium paratiſſima Virgo ſemper acceſſerit, eorumque tutelam vigili ſemper amore ſeruauerit.

Si

Si igitur de Sanctiſſimo Myrenſi Præſule Nicolao audietis, quod immaturo A Chriſtianæ fidei ardore præferuidus Arrianum virum alapâ percuſſerit, eáque de causâ Epiſcoporum omnium ſuffragio, ac ſi tanti maieſtatem couentus violaſſet, Thiaræ ſacrique pluuialis vſu ſpoliatus fuerit, quis ignoret Virgineæ Matris ope, ſacris illis indumentis rurſus eximiâ chariate donatum; hoc ea indicant.

Io Studita Serm. de S. Nicol.

Ob colaphum hæretico impactum decora alta Thiara
Dempta tibi à Patribus, cælica Virgo refert.

Si Toletanus Antiſtes Idelphonſus illibatam *D*eiparæ Virginitatem hæreticorum impietate ſordidatam, calamo linguâque tuetur, Sacerdotalem veſtem ab eâ in munus excepit.

Io. Marian. 1. de rebus Hiſp. c. 10.

Si Diuæ Virginis amantiſſimus Aluernorum Præſul *D*iuus Bonitus eius pietati ſe vouet, Sacerdotali & ipſe veſte donatur, quæ Angelorum labore contexta, adhùc intacta ſeruatur, nullique adhùc compertum, quâ materie componatur.

Surius 15. Ianuar.

Si iam breui moriturus Fulbertus Carnutenſis Epiſcopus ſacro igne in linguâ torquetur; ad eius ſolamen *Deipara* accurrens ſe illi ſpectandam dedit, ſuique B lactis imbre ab vberibus effuſo linguæ cruciatus extinguens, priſtinæ valetudini eum reddit incolumem.

Baron. ann. 1010.

Ad eandem valetudinem extremo morbo laborantē reuocat Radbodum Traiectenſem Hyerarcham, eumque ſimul ſermone dulciſſimo alloquens de proximo interitu fecit certiorem. *Ne timeas Radbode, certus eam te intueri, cui crebro ſupplices offers preces. Non ego te mea dedignor conſolari præſentiâ, qui in tuis ad Deum precibus mei ſemper memoriam vſurpas: Noueris autem nihil ex hoc morbo tibi imminere periculi; ſed curatum te iri, nec tamen diù poſtea in carne victurum; ſecurus eſto tui; vigilare & operari ne ceſſes; ſed perge vt cæpiſti.*

Surius 29. Nouemb.

Si Anaſtaſiopolitanus Præſul Theodotus è venenatâ potione iam morti proximus pallet, è Virginis manu antidotum excipiens illa ab eius aure audit: *Hæc comede, & nihil erit tibi mali.*

Surius in eius vita.

Si præcipiti è loco Hyerarcha Cantuarienſis Anſelmus ruens vitæ diſcrimen C ſubit, ad Mariæ nomen illæſus aſſurgit.

Sur. 25. Ap.

Si Anglicæ Reginæ Elizabethæ furore Hiberniæ Præſul inuaditur, *D*eiparæ auxilio aggreſſorum vim vi prodigiosâ repreſſit.

Turſel. l. 5 Hiſt. Laur.

Ad Epiſcopi beneficium Mariæ opem *D*iua Brigitta efflagitans, non tantùm exaudita fuit, ſed inſuper admonita, vt eum de optimè componendo regimine inſtrueret, certumque eundem faceret ſe matris & famulæ inſtar eius auxilio adfuturā. *D*eus immortalis, ad hęc verba quinā vel lapideus animus nō colliqueſcat?

S. Brig. l. 3, c. 3.

Pro Epiſcopo Lincompenſi *D*iua eadem Brigitta *D*eum exorans, eius errores Mariæ ex ore ſuſcepit, vt ad illos euitandos eum admoneret, eique ſimul ſignificaret, ſibi ſemper futuram propitiam, eiuſque morientis animam *D*eo filio ſuis manibus oblaturam.

D. Brig. l. 3 reuel c. 13.

Aſperrimè *D*iuus Bonifacius Lauſanenſis Antiſtes cruciabatur, eò quod morbi violentiâ præpeditus in natalitiâ Chriſti *D*omini nocte matutinis precibus adeſſe non poſſet; ad eius ſolatium adfuit protinùs Virgo, eique puerum Ieſum tantâ venuſtate exornatum exhibens tantâ voluptatis dulcedine eum perfudit, vt dicere non dubitarit, perferendam vltrò quancumq: cruciatuum molem, vt tantâ D pulchritudine gaudeamus.

Henr. c. In faſt. SS. ord Ciſterc.

Si cæleſtium Spirituum manu è Regione Nazarenâ in Iſtriam domus Mariana transfertur, Alexandro tantùm Epiſcopo iam ferè cum morte colluctanti prodigioſa translatio aperitur, redditâque ei ſalute comprobatur.

Turſel. lib. 1. Laur. hiſt

Si Lauteranam domum ab hac Eugubinâ Sede Cardinalis Ceruinus accedens rem ſacram pijſſimè peragit, Virgo *D*eipara tantopere de eâ delectatur, vt priùs columbæ capiti primum, inde manibus immorantis auſpicio, tùm ſuomet ore Vaticani Principatus diadema illi ſpondeat, quanquàm non diù orbis tanto Pontifice indignus frueretur.

Braſinghe-ni 10. Apr.

In tantâ Epiſcoporum ſerie intexendâ ne moroſus hic videar, recentiſſimum omnium proferre placet *D*iuum Franciſcum Saleſium, qui dum ſolemni ritu ſacris initiaretur, Virginem *D*eiparam inſpexit, ſuo patrocinio illum coronantem.

Honon. in Cronic. Deipar. an 1622.

Quod

Digitized by Google

D. Brigid. libr.4 reuela.c.to.4 Quod ſi ex aduerſo Antiſtitem aliquem animaduerterit non eâ qua par eſt morum Sanctitate præſtantem, è tumulo ad vitam *Diuum* Meinulphum *Diaconum* A reuocat, vt ſuæ Vrbis Epiſcopo ſignificet, ſe, vt primum è carcere corporis euolauit, inſpectaſſe *Quid de illis fieri oporteat, qui paſtores Eccleſiarum eſſe uidentur.* Ad hæc verba ignaui Epiſcopi, egoque potiſſimùm an non terrore totus excutiar.

Demùm ſi Theodoricus Colonienſis Præſul ſuis precibus tantis infulis redimi-
Cæſar.l.7. mirac. 4. tus, ſuperbiâ dignitatis inſoleſcens & illecebris aſſentatorum infectus, à debitâ integritatis viâ diſcedit, è tam excelsâ ſede eius imperio deturbatur.

Ad te igitur cœleſtium Regina Spirituum, *Dei* delicium, *Sancti Spiritus* orga-
D.Bona.in Specul. Virg.c.6. num, & Solium *Diuinitatis*; ad te Cæli theſaurum, & ſupremorum munerum theſaurariam; ad te Chriſti fidelium in hoc ſæculi mare enauigantium, Stellam, anchoram, & portum: ad te diuinæ beneficentiæ fontem, flumen, & Oceanum, ad te *Deum* inter & hominem ſequeſtram potentiſſimam, Virginem ſimul & matrem, fidei Orthodoxæ Sceptrum, Chriſtiani nominis vexillum, hæreſum triumphatricem, Epiſcopalium ſedium columen, & Præſulum Patronam ſimul & Coronam, indignus ego Sacerdos me ipſum primò, tùm meam Eugubinam Eccle- B ſiam, aliaſque omnes Romanæ Religioni ſubiectas humillimè defero, tibique commendatiſſimas habeo; præ cęteris omnibus, quos Sanctitate præſtantes veneramur, vna tu Chriſtianum nomen protegis, excolis, auges, coronas; Perge, tibique illa *Diui* Bonauenturę non genu, ſed corde ſupplex refero. *Te ſolam ò Maria, pro ſanctâ Eccleſiâ ſollicitam præ omnibus Sanctis ſcimus.* Tùm ad *Dei*, Marięque gloriam ſecundam hanc ego partem abſoluo die hac Octobris Quartâ, *Diuo*que Aſſiſiati Franciſco meo conciui ſacrâ, in quo Italiæ decus effulget, & imago *Diuini* amoris exprimitur.

FINIS SECVNDAE PARTIS.

INDEX

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A.

AARON amigdalarum floribus ad ſacerdotium deſignatur. lit.B.cap. 11. pag.56
Ab aſſectatoribus plurimi decipiuntur. C. cap.8. p.41
Ageſilaus Spartæ Rex tenui veſte indutus Aegyptij Regis aluam petit.B. cap.34 pag.167
Alexander Macedo. Iliadem Homeri quanti faceret. D. c. 12. p.62
Alexander Macedo ab Antipatro reprehenditur dum adhuc puer in tractanda Lyra immoratur. B. c.17. p.85
Alearum ludi effectus B. c.20. p.93
Ambroſius de Satyri morte non delet. A. cap.4. p.22
Ambroſij dictum. B. c.48. p.248
Ambulatio extra vrbem animi cauſa relaxandi valdè comendatur. A.cap.22 pag. 106
Amædeus Sabaudus pauperes non canes regijs oſtentatoratoribus. A. c.14. p.78
Aminadab cur non elegerit Dominus. B. cap. 43. p.219
Antigoni de rebellica ſententia. B. c.61 pag.31.
Antigoni Macedonum Principis de Zenone teſtimonium. B c.16. p.83
Aniani Epiſcopi mirabile geſtum. A. cap.28. p.127
in Antiſtite tria potiſſimum ſpectanda. A cap. 1. p.1
Antiſtites ſimiles vlmis vites racemis onuſtas fulcientibus. D. c.2. p.9
Antiſtitis opus quale. C. c.19. p.88
Animus terrenis fœdatus diuinis voluptatibus non fruitur. C. c.48. p.248
Antiſtitum cuſtodes qui eſſe debent. B. cap. 42.
Antiſtitum mores grauitate ornati eſſe debent A.·B. cap.39. p.201
Apum laudatur induſtria. B. c.19. p.90
Apoſtolica Sedes refugium Epiſcoporũ. A. cap.54. p.273
Arrogantia Sæiano noxia. B.c.37. p.188
Aſſentator coruo ſimils. C. c.8. p.41
Athanaſius puteum in liceum conuertit. D. c.92. p.64
Auaritia in Epiſcopis ſummi dedecoris. A. c.44. p.224
Auaritia maximè inimica Deo. B. c. 44 pag.224
Auaritia omnium malorum procreatrix. §. 2. p.226
Acab Micheam cur noluerit audire. D. cap.9. p.44
Auaritia ſcelerum ſcaturigo. A.44. p.227
Auaritia peſtis animi. A. c. 44. p.227
Auaritia diuina, & humana deperdit. A. cap. 44. p.227
Auaritia idolorum ſeruitus C. 44. p.28
Auaritia Diuinæ legis conculcatio. C. cap 44. p.229
Auaritia magiſtratus nitorem obſcurat. D. 44. p.229
Auaritia Antiſtitum hæreticorum ora ob armat. D. c.44. p.226
Auaritiæ libido Dæmones exuperat. B. cap. 45. p.231
Auaritiæ lues immiſericordes efficit. D. cap. 45. p.231
Auaritia ſcelera omnia deuorat. D. c.45 pag.231
Auaritia ex Epiſcopo efficit mercatorem. B. c. 45. p.232
Auaritiæ currus. C. c. 45. p.232
Auaritia efficit, vt Religio conculcetur. C. c. 45. p.233
Auaritia Epiſcopum facit rerum ſacrarum mercatorem. B. c.45. p.234
Auarus Epiſcopus ab igne deuoratur. D. cap. 45. p.234
Auaro nullus iniquior A. c. 46. p.228
Auarus eſt qui ſeruando, & augendo auro curam intendit. B. c. 46. p.228
Auarus aureum ſimulachrum. C. c. 46 pag.228
Auarus quo plus auri eò auidiori fame laboret. B. c. 45. p.233
D. Auguſtinus ſingulis annis perfectionis deſideria votis maioribus renouauabat. C. c. 2. p.11
Auctoritas quomodo tuenda Epiſcopis. C.D. c.39. p.168

B.

Bellarminus ab Hæbræo viro laudatur. D. c. 1. p. 2
Cur idem ad cardinalatum euectus ſit. C. cap. 9. p. 42
D. Bernardini Senenſis prudentiæ rubor commendatur. A. c. 22. p. 105
D. Bernardus oſtendit ſuperbiam debere diſcedere à culmine dignitatum. C. cap. 35. p. 175
Baronij hiſtoria Epiſcopis conſanguineorum amatoribus formidanda. D. cap. 49. p. 252

C.

Caium Flaccum dignitas optimum facit. B. c. 3. p. 15
Caprea ſi erbam eryngion dictam commedat omnes vna cum illa immobiles redduntur. C. c. 1. p. 5
Calaritani Antiſtitis quæ poſtulatio ab Innocentio III. Pontifice. C. c. 19. p. 89
Canes venatici Amędei Sabaudi. A. cap 14. p. 78
Caroli V. pronunciatum. A. c. 1. p. 3
Caroli VIII. Galliarum Regis Lineernæ de conſiliarijs dictum. B. c. 8. p. 39
Carolus Magnus Apoſtolicæ Sedis obſeruantiſſimus. D. c. 54. p. 274
S. Carolus Borromeus in ſacris paginis delicias ſuas conſtituit. C. c. 12. p. 64
Carolus Borromeus Senenſem Archiepiſcopum de luxu nimio ciborum reprehendit. D. c. 32. p. 150
Caſſiani dictum. A. c. 18. p. 87
Caſtitas cui comparetur. C. D. cap. 23 pag. 109.
Caſtitas requiritur ante Paſtoralem curam ſuſcipiendam. A. c. 23. p. 109
Caſtitatem à ſacerdotibus ſeruandam, lexuetus ſymbolicis exemplis adumbrauit. A. c. 23. p. 108
Caſtitatem ab Epiſcopis ſeruandam eſſe Chriſtus mandat. D. 23. p. 108
Caſtitatis plures ſtatus referuntur. D.
Caſtitatis triumphatores quomodo præmientur. A. c. 23. p. 111. & D. c. 23. pag. 110
Caſtitatis amatores cui aſſimilentur. B. cap. 25. p. 117
Caſtitatis expugnatores qui. D. cap. 25 pag. 107
ad Caſtitatis gemmam ſeruandam quid requiratur. A. c. 25. p. 117
Caſtitatis conſeruatorum plura referuntur exempla A. B. C. c. 25. p. 121
Caſtæ virginis laudatur maxima pudicitia. D. c. 26. p. 126
Cæſar ignoſcens Perno Pompeus arrogantiæ reprehenditur. A. cap. 54 pag. 221
Cælum eiuſque deſcriptio. B. c. 16. p. 81
Choræarum, & ſaltationum magiſter Diabolus. D. c. 17. p. 83
Choreæ Sacris Deo viris interdicuntur. c. 17. p. 83. 84. per totum.
Chriſtus Dominus orat pro Petro ne deficat fideſtotius Eccleſiæ illo deficiente. D. c. 1. p. 4
Chriſtus Dominus genitorum conſilijs acquieſcebat. B. c. 7. p. 37
Cibus inſtar medicinæ ſumendus. B. c. 31 pag. 148
Clericus ſi ante menſam nullas fundet preces, an peccet. D. c. 32. p. 151
Cliſthenes Syrionium tyrannus ſimulacrum conſiliario erigi iubet. D. c. 9 pag. 48
Cleopatra M. Antonij venationem damnat. D. c. 14. p. 77
Concupiſcentiæ ignis quam terribilis. C. cap. 26. p. 122
Conuerſationis virorum, & fæminarum pericula. B. C. c. 26. p. 125
Conſiliorum vtilitas, ac neceſſitas. A. B. C. c. 7. p. 34. & A. B. p. 33
Conſilium mutare ſapientis eſt. C. D. cap. 7. p. 37
Conſiliarijs dotes quæ eſſe debeant. C. D. c. 8. p. 38
Conſiliarij ſpeculo ſimiles. C. c. 8. p. 41
Comediæ mutant hominum mores. D. c. 15. p. 79
in Conuiuijs quæ ſeruandæ ſint leges. A. B. c 32. p. 150
Conſanguineus nullus in re ſacra eſt habendus. D. c. 47. p. 244
Conſanguineorum genio indulgere, ſeminarium errorum eſt. B. c. 49. p. 251
Crimina permittere, & committere idem eſt. D. c. 49. p. 254
Cultus corporis, animæ neglectum, & mentem incultam denotat. C. D. cap. 33. p. 164
Currum vſum Epiſcopis licitum eſſe demonſtratur. D. A. c. 33. p. 160
Cymbali pulſatus ad animum relaxandum, non prohibetur. B. c. 22. p. 106
D. Cypriani celebre dictum. A. c. 27. pag. 131

Cha-

Charitas virtutum omnium radix, & potentia. B. C. D. c.60. p.295
Charitatis præclara nomina. A.c.6.p.269
Caini hoſtia cur reprobetur. A. c.60. pag.300
D.Carolus pbtinebat ea, quæ ad gloriam Dei obtinendam conducebant. A. cap. 59. p.294
Confidere debet in Deo qui ſibi diffidit. B. C. D. c.69. p.293
Cygnus, quia progrediebatur elato collo reijcitur à Deo à rebus ſacris. B. cap.35. p.176

D.

DApes menſarum, & delitiæ Cæleſtes quomodo interſe pugnent. D. cap.39. p.139
Dæmon noſtras relaxatiooes, & ſolatia feſtiuè plaudit. B. c.22. p.101
Dæmonis inſidiæ aduerſus Epiſcoporum caſtitatem. A. B. c.25. p.120
Demoſthenes curà Tullio illuſus. C. 40 pag.202
Deſiderius Viennenſis Antiſtes reprahenditur eo quod gramatices elementa Iuuenes doceret. C. c.14. p.74
Deſidis animos cuſtodit Dæmon. C. c. 18. p.86
Deus in præficiendo Eccleſiæ Petrum non vtilitati, ſed caritati proſpexit. C. cap.4. p.19
Deus, & aurum ſimul eſſe non poſſunt. C. c.46. p.238
Diacooi Epiſcopi contemptoris pœna. D. c.55. p.78
Dignitas tuenda Epiſcopis. B. C. c. 39. pag.198
in Dignitate conſtituti exploratorum oculis ſubiacent C. D. c. 42. p.215. & B. p.216
Diuirijs deſponſatus à Diuino coniugio diſcedit. D. 44. p.228
Diuitiarum amor Dæmonis rete. A. cap.44. p.229
Diuitiæ flagitioſæ auaro Epiſcopo. D. cap.46. p.235
Diuitiarum cupiditas Epiſcopali Sacerdotij indigna. B. c.46. p.238
Diuitias amare aoguſti animi eſt. D. c. 46. p.238
verus amor Diuitiarum in Deo. D. c. 46. p.239
Diuitiæ laqueus Dæmonis. C. cap. 46. pag.239
Diuitiarum amore, vel fuga, an Dei, vel Dæmonis admoiſter ſit, dignoſcitur Epiſcopus. B.c.46 p.239
Diuitias collocans in amore Dei optimus auarus. D. c.46. p.259
Diuitiæ per Epiſcopos indigentibus diſtribuendæ. D. c.47. p.240
Dionyſij Siciliæ Regis dictum. D. c.19. pag. 91
Deus longè magis iraſcitur in Principes Sacros ſuperbos. C. c.35, p.175
Deus deturbat ſuperbos Præſules. D. c. 35. p.176
Deus proponit ſuam humilitatem imitandam. c.36. p.179
Deus eligit indoctos ad ſeminandam fidem. D. c.36. p.180
Deus dat conſilia recta. B. c. 57. p.287
Dauid orat Deum prò bono regimine. pag. 185
Dauid confidens in Deo Gigantem vicit. D. c.58. p.292
Dioſcorus reuocatur à glorie cupiditate. C. c.36. p.179

E.

ECcleſiæ ſtatus triplex in tribubus Rubon, Gad, & manaſſe deſignatur. D. c.2. p.9
Eccleſiæ facultas eſt Patrimonium Pauperum. B. c.47. p.243
D. Edmundi Cantuarienſis ſtudium, ac Sacræ Scripturæ lectio miraculis approbatur à Deo. A. c.12. p.65
AEgypti Pyramidum moliendarum quæ fuit cauſa. A. c.18. p.87
AEgyptij Reges quomodo per Hieroglifica ſuam mentem patefaclebant. B. c. 28. p.136
AEgyptiorum templa deſcribuntur. B. c.38. p.164
Epamioondas conuiuiorum luxum damnat. C. c.32. p.150
Epiſcopus primo motori ſimilis. D.c. 1. pag. 2.
Epiſcopus Eccleſiæ oculus: vide oculum.
ſtomaci myſtici corporis vicem gerit. C. D. c. 1. p.5
Quod radix in arbore ideſt Epiſcopus in Paulo. D. c. 1. p.5
Aſſimilatur vrbi montium faſtigijs impoſitæ. B.c. 1. p.5
Cur Paſtores dicti. C. c.1. p.5
Epiſcopus non quia Epiſcopus beatus, ſed quia optimus. D. c.3. p.13

Epiſcopum dignitas non facit ſed virtus D. c.3. p.15
Camaleonti ſimilis ſi malus. C. c.3. pag.16.
Epiſcopus Eccleſiæ vtilitati viuit non propriæ B. c.4. p.19
Sublimi ac pendulo fune gradienti-bus ſimilis. C. c.5. p.24
Epiſcopus ſi prauus, ignorans cæcus di-citur. D. c.9. pag.42. A. c.11. pag.54
Quid eiuſdem munus. B. c.11. p.56
Indoctus proſcribendus ab Epiſcopali dignitate. D. c.11 p.58
Epiſcopi profanæ lectioni nimium dedi-ti repræhenduntur. A.B.C. c.13.p.68
Epiſcopus Sardicenſis cur ab eius ſcriba aſpere repræhenſus. A. c.19 p.91
Epiſcopalis muneris excellentia maxima B. c.19. p.91
Epiſcopus ſemper ſuo officio vacare de-bet. A.B. c.19 p.92
Epiſcopos contemnere quàm noxium ſit. D. c.55 p.277
Epiſcopus debet imitari cælum. D. c.44 pag. 224.
Epiſcopus terrena ſpernere debet. A. cap.44. p.225
Epiſcopus diuitijs intentus ab Infulis amouendus. D. §.1 p.225
Chriſtum deſerit, quando diuitijs ani-mum impendit. D. §.2 p.227
Epiſcopus opum non debet eſſe tenax. C. c.46 p.235
Epiſcopus non ſibi, ſed alijs diues. D. cap. 46 p.235
Epiſcopus magni faciens diuitias famam dilapidat ſuam. B. c.46 p.236
Epiſcopalis dignitas ex virtutibus, non ex opibus æſtimanda. D. c. 46 p.236
Epiſcopi gloria eſt Pauperum ignominiæ prouidere. B. c.46. p.237
Epiſcopo nil turpius quam incumbere ſuæ ſubſtantiæ. D. c.46 p.237
Epiſcopi dignitas opum fulgore obſo-leſcit. B. c.46 p.238
auidè ſtudens diuitijs venenum propi-nat. A. c.46 p.239
Epiſcopus ille illuſtris, qui diuitias ſper-nit. B. c.46 p.239
paupertatis titulo ſplendeſcit. D. c.46 pag. 239
Epiſcopus optimus non conſanguineos opibus implebit. C. c.47 p.240
Epiſcopus diuitiarum adminiſter. B. c.47 pag. 241
Epiſcopalium opũ partitio. C. c.47. p.241
Epiſcopus qua cauſa remotus ab epiſco-patu. C. c.47 p.241
Epiſcopus qua cauſa remotus ab epiſco-patu. C. c. 47 p.241
Epiſcopus ſacrorum bonorum teſtamen-tarius diſpenſator. B. c.47. p.242
Epiſcopus non debet quærere luxum. D. c.47 p.242
Epiſcopus modeſta ſupellectili, & fru-gali victu contentus ſit. D. c.47 p.242
tantum ex opibus percipiat, vt nihil ei ad neceſſarium deſit. A. c.47. p.243
congregans aurum, & ſpernens Pau-peres rapina pauperis eſt. B. cap. 47. pag. 243
Epiſcopus ſibi ſuperflua eccleſiaſticorum bonorum adſcribens ſacrilegus eſt. C. cap. 47 p.243
non ſibi è ſacris cenſibus congeret di-uitias, ſed quod ſuæ conditioni neceſ-ſarium, adſcribat. D c.47 p.243
Epiſcopus amore ſuorum non capiatur. C. c.47 p.244
quod illi ſupereſt in pauperes diſtri-buere debet B. c.47 p.243
carnifex eſt ſi alimenta negans paupe-ribus, in alios vſus redditus diſperdit. B. c.47 p.245
Epiſcopi teſtamentum, qua de cauſa ir-ritum. D. c.47 p.245
Epiſcopus conſanguineos à ſe prorſus amoueat. A. c.47 p.246
Epiſcopi Syneſij reſponſum. B. c. 47. pag. 246
Epiſcopus ſuorum curam non habens in-fideli eſt deterior. B. c.48 p.246
ex quarta parte ſibi adſcripta ad arbi-trium poteſt effundere. A. c.28 p.247
Affines ſanctè non ſordidè eiligere de-bet. B. c.48 p.247
ſuperflua ex quarta parte ſibi aſſigna-ta non erogans Pauperibus peccat mortaliter. B. c.48 p.247
Epiſcopus ſuorum Paupertati ſubueniat. A. c. 48 p 248
Epiſcopus ſubminiſtrare poteſt conſan-guineis ea quæ adeorum dignitatem ſuſtentandam referuntur. C. c. 48. pag. 248
Epiſcopus erga conſanguineos tenax di-uitias eorum tutiores efficit.
ſtudens incremento diuitiarum con-ſanguineorum non diligitur à Deo. A. cap. 48 p.249
curis ſæcularibus intentus ineptus eſt ad regimen Eccleſiaſticũ. D. 49. p.250

Epiſcopo præceps vndique ad cælum via ſi conſanguineorum in ſe Dominum patitur. B. c.49 p.251
donans infula nepotem, ſæpius vice Paſtoris lupum Populis imponit. B. cap.49 p.252
Epiſcopus nepotum mores itá moderetur vt nomen ſuum non denigrent. D. c. 49 p.253
Nepotes domi habens impeditur ne aliorum crimina poſſit arguere, nolens corrigere in ſuis. A. c.49 p.254
Epiſcopus ſuos non arguens, alios refrænare minime poteſt. B.c.49 p.254
Epiſcopo luſores, non ſolum famam, ſed dignitates officium deriſioni exponunt A. c.20 p.95
Epiſcopus latrunculis ludens aſperę repræhenditur. D. c.20 p.96
Epiſcopi chriſtianæ religionis ſponſi. D. cap. 23 p.106
Caſti eſſe debent. D. c.23 p.106
Non ſolum ipſi, ſed eius etiam ſubditi pudici eſſe debent. B. c.24. p.112
Epiſcopus luxurioſus Nicolaitarum hæreſim incurrit. D. c.24 p.113
A contubernio mulierum alieni eſſe debent A.B.C. c.25 p.118
Epiſcopos tàm familiares cum ſubditis non eſſe concilia decernunt. D. A. cap. 39 p.200
Epiſcopus Dei animatum templum. B. cap. 40 p. 204
Epiſcopi ſuam famam maxime excolere debent. A.C. c.41 p.209
Epiſcoporum vitia licet minima, omnibus manifeſta. B.C. c.42 p.215
A ſęcularibus negotijs alienus. D.c.43 p.218. & A.B. p.219
Epiſcopus in laicalibus negotijs ſe immiſcens epiſcopalis muneris adminiſtrandi fit ineptus. A. c.43 p.221
Sæcularibus rebus ſe implicans adulter dicitur. D. c.43 p.222
In vini potu ſobrius eſſe debet. B. c.32 pag. 152
Epiſcoporũ pompæ damnantur. A.B.C.D c.33.p. 157.& A.B.C. p.158
Epiſcopalis ſedes cur inuulgaribus oppidis erigi prohibeatur. D.c.39.p.199
Epulæ quaſi ligna laſciuiæ flammis ſupponuntur. B. c.29 p.138
Epularum ſuperfluitas ſanitatem debilitat, & vitam minuit. C.D. c.29 p.138
Epularum amatores cui aſſimilentur. A. c.29 p.142
Epularum amatores horrendis pœnis à Deo affecti. B.C.D. c.29 p.142
Eunuchi Condacis Reginæ ſtudium commendatur. A.B. c.12 p.66
Euſebius Conſtantinus Antiſtes iniurioſus Pontifici. D. c.54 p.273
Equi boni quæ requiſita. A.c.34 p.165
Exemplum Baronij. C. c.48 p.249
Exempla multorum Regum Populus imitatur. C.D. c.1 p.3
Exempla eorum qui alienis conſilijs vſi ſunt. A.B.C. c.7 p.36
Epiſcopatus mare procelloſum. D. c.61 pag. 301
Epiſcopus humilitatę facile moderator ſubditos. C. c.36 p.179
Epiſcopi niſi initantur fundamento humilitatis non poſſunt ferre pondus populorum. D. c.36 p.180
Epiſcopi ſunt imitatores Chriſti. B. c.36 pag. 181
Epiſcopus debet ſolum in Deo confidere C. c.58 p.288
Epiſcopus cum caractere recipit virtutem diuinam. A. c.58 p.290
Epiſcopus qui Dei arbitrio ſuſcipit munus non cadit. A. c.58 p.291
Ethnici etiam in concilijs commendabant ſua opera. B. c.59 p.29
D. Eliſabetha inſpiciens crucem effundit lacrymas. A. c.36 p.182

F.

Facetiæ quando ſint licitæ. C.cap.22 pag. 104
Famam excollere volens facta ſua omnibus manifeſtet. B.C. c.41 p.214
Famæ probitas in Epiſcopis antiquitus qua diligentia inquirebatur. A. c.41 pag. 210
Famæ iactura pluſquam vitæ priuatio lacrimanda. B. c.41 p.211
Ad famę honeſtatem poſſidendam virtus eſt medium C. D. c.41 p.211
Famam quam virtus iuuet. A. cap. 41 pag. 212
Famam veteres cur Deam finxerint. A. cap. 41 p.212
Fama vt ancilla, non vt domina præcedere debet opera noſtra. D.c.41.p.213
Ex famæ vita, vel interitu, vita, & hominum mors dependet. C. c.41.p.210
Federici Cæſaris de conciliarijs effatum. D. c.8 p.39
Feminę perſona deſcribitur. D.c.26.p.121

Fæmina, & Homo quomodo ſe inuicem habeant. B. c.26 p.122
Cum fæmina verſate ſemper periculoſum. C. c.26 p.123
Fæminæ cuiuſdam miſerandus euentus. C.D. c.26 p.127
Fæminei congreſſus memoria animum perturbat. B. c.26 p.126
Fæmina exuitis ſanctiſſimis triumphat. A.B.C. c.27 p.127
Fæminas audire, & alloqui quomodo intelligatur. D. c.27 p.129
Fæminas alloquentes quas conditiones ſeruare debent. B. c.27 p.129
Fæminas alloquentes quas conditiones ſeruare debent. B. c.27 p.130
Fæmina abſque comitatu alloqui, interdictum eſt. A. c.27 p.132
Fæminis vt viris ſuis placeant aliquod ornamentũ permittitur. C. c. 34. p.165
Fidei violatio maximam ignominiam affert violanti. A. c.24 p.113
Formicæ deſcribitur labor. C. D. c.19 pag. 90
S. Franciſci Xauerij vtile conſilium. B. cap. 27. p.130
Fortis eſt qui cognoſcit ſuam imbecillitatem. B. c.58 p.289
Fælicitas humana inquoſita ſit. D. c.60 pag. 300
Furari Gloriam Dei eſt nequam. A. c.36 pag. 180

G.

GAlbæ Pedagogi qui fuerint. A. cap.9 p.49
Gauſridus Ambienſis Antiſtes ſilentij amantiſſimus. A. c.10 p.35
Germanicus humilitate ac demiſſione ad Imperium peruenit. B. c.37 p.188
Cur Gruem eſſe prudentiæ ſignum veteres voluerunt. C. c.6 p.31
Gregorius Pontifex magnus dicitur obſtudium humilitatis. D. c.37 p.185
Gulæ vitia quinque enumerantur. D. cap. 30 p.145
qui Grauitati non ſtudent ad quid inferuiant. B. c.39 p.200
Gelaſij monitum ad Meſſanenſem Epiſcopum. A. c.47 p.244
Gloria noſtrorum operum cui debeatur. B. c.40 p.208
D. Gregorius præcepit nequidam eligeretur Abbas quia de ſe ample ſentiebat. C. c 35 p.176

H.

HElicui Dei lucerna. B. c.3 p.17
Holophernes Achion audire recuſat. C. c.9 p.45
D. Hieronymus per viſum repræhenditur quia ciceronianæ lectoni nimium indulget. A. c.13 p.70
Hæbreis fæminis crines, & vnguium extrema in nuptijs reeidebantur, quid hoc ſignificet B. c.13 p.70
Hannibal á quo victus. D. c.19 p.88
Homines ſtulti Piſcibus cur comparentur A. c.37 p.185
Honores ſcænicæ pompæ ſimiles. B. c.37 pag. 185
ratio illos contemnendi. C. ibidem,
Humilitas Præſulibus neceſſaria. C. c.37 pag. 186
eadem commendatur. B. c.37. p.188
Humilibus Deus dat gratiam. B.C. c.37 pag. 187
Humilitas cur Auroræ ſimilis. C. c.37 pag. 187
Humiles euehuntur ad dignitates. D. c. 37 pag. 187
Humilitatis præmia. D. c.37 p.189
Humilitas quibus in rebus verſetur. B. cap. 37 p.190
Humilitas ſimulata exempli oſtenditur. A. c.37 p.190
Humilitatis exemplar Chriſtus Dominus D. c.38. p.190. & A. p.191
Humilitatis preclara exempla B.V.D. Petri aliorumque Sanctorum recenſentur C. D cap.38. p.191. vſque ad 192 A.B.C.D.
ad Humilitatem inſinuandam quibus artibus viſi fuerint ſapientes. C.D. c.38 pag. 169
Heli euentus deplorabilis. D. c.49. p.251
Herodes vermibus moritur. A. c.35. p.175
Honeſtas operum valdè commendatur. D. c.40 p.207
Hugonis Antiſtitis oculorum modeſtiam valdè laudatur. B. C. c.28 p.137
Hugonis Cardinalis iuxta exclamatio. A. c.49 p.282
Humilis approbatur à Deo ad implendas ſedes. C. p.176
Humilitas Epiſcopales conparat amorem. C. c.35 p.177
Humilitas Regina Virtutum. D. c. 36. pag. 179
Humilitas fundamentum molis ſpiritualis. B. c.36 p.279

Humi-

Humilitas eſt propugnaculum quo contra dæmonum vires omnes obarmant. C. c.36 p.180
Humilitas Præſulum hornamentum. D. cap. 36 p.180
Humilis fit excelſus. B.C.D. c.36 p.182
Humilitas comendatur a D. Hieronymo Epiſcopo Narbogenſi. C. c.36 p.181
Herodes Atticus Philoſophus irridetur. C. c.3 p.16
Humilitas moderatione coniuncta laudatur. D. c.39 p.193
quæ debeat eſſe in Epiſcopis. A. B. cap. 39 p.198
quis eius vſus. C.D. c.39 p.198

I.

Ieiunij definitionea variæ. A.c.30.p.144
Ieiunij vtilitas, & præmia in lege veteri quæ. A. c.33 p.144
Ieiunanti Ioſue ſol paret. D. c.30 p.144
Ieiunio Balduinus Heroſolymæ Rex Saracenos expugnat & delet. B. c.30 pag. 145
In Ieiunio Adamo non parent animalia. C. c.30 p.144
Ignem cur altari ſuo ſemper ardere in leuitico Deus mandauerit. B. C. c.60 pag. 299
D. Idelphonſi Caſtiliæ Regi vtilis admonitio. C.D. c.20 p.97
D. Ioannis Euangeliſtę ad Iuuenem venatorem fructuoſa animaduerſio. D. A. cap. 21 p. 99
In honeſtus cui ſimilis. D. c.23 p.106
Innocentiæ præſumptio efficit quin Paſtoralis cura alicui committatur. A. cap. 23 p.110
Infamia labotans dignitatem conſequi non poteſt. C.D. c.41 p.209
Indocti viri in Epiſcopatum non admittuntur. A.B. c.11 p.59
Ioſue orans refrænat validitatem ſolis. C. c.57 p.287
Imirabiles qui ſint. A. c.3 p.13
S. Ioannes Eleemoſinarius vt alienæ inopiæ conſulat oranmentum veſtium contemnit. D. c.34 p.169
Iſtriones vel morte, vel exilio plectuntur. A.B. c.15 p.79
Iſmaelem Agar filium curSara fuerit perſequta. D. c.20 p.95
Iuſtus cur auro comparatur. D.c.20. p.99
Iulius Cæſar conſiliarios amicos ammiſiſſe dolet. D. c.7 p.34
Idem ob reſponſum M. Petrei Catonem libertate donauit. D. c.9 p.2
Iulianus Apoſtata à ludis, & Theatris alienus. A. c.16 p.82
Iuſti Lipſij vtilis euentus narratio. B. cap. 20 p.94
Iulianus Imperator Coquos omnes ex aula repellit. A. c.31 p.48
Ioſue in adſcribendis tribubus prouincijs ſibi nulla reſeruat. D. c.4 p.21

L.

Laborioſi viri non ſolum ab Angelis ſed etiam à Deo cuſtodiuntur. C. cap. 18 p.86
Laboribus aliquando quietem dare eſt neceſſarium. B. c.21 p.98
Laicalia negotia agere non ſolum Epiſcopis, ſed etiam Presbyteris, & Diaconia à Sacris concilijs eſt vetitum. C. D. c.43 p.221
Latruneulorum ludus an ſit licitus. B. cap. 20 p.96
Latruneulorum ludus quem deceat. C. cap. 20 p.66
Latrunculorum ludi quis fuerit inuentor & inuenientis finis qualis C.c.20.p.96
Latruneulorum ludus ſub nomine ludei alearum compræhenditur. A.c.20.p.97
Latruneulorum ludus non ſecus ac alearum punitur. A. c.20 p.97
Latruneulorum ludus cur antiquitus maxime æſtimatus. B. c.20 p.97
Laudes quam fuerint plures Sancti viri abhominati. A. B. c.40. p.204. & A. B. C. p.206
Lectio profana multos ad virtutem euexit. D. c.13 p.70
Lectio profana ſi ad ſpiritus profectum dirigatur optima. C. c.13 p.71
Eadē ſi moderata laudabilis ibidē. D. ob eadem ſuperflua, & inutilia, nec ad pietatem conducentia reſecanda. B. c.13 p.72
Lex diuina conſiliorum gubernaculum. C. c.9 p.46
Libanij ſophiſtæ exemplum. B. C. c.43 pag. 222
Leonis Cæſaris ad filium monitum. A. c.6 p.32
Lucius Flaccus cur repræhenditur. D. cap. 24 p.18
D. Ludouicus Galliarum Rex Conſiliarios filio commendat. D. c.9. p.42
Loquendi modus ac regula. A.B.C. c.10 p.50

Ludi.

Ludi ſacri, quinam ſint. A. c.19 p.82
Ludi quæ ſit propria ſignificatio. C. c.20 pag. 92
Ludi prohibitio à quo præcipiatur. C. cap. 20 p.92
Ludicomites qui ſint. A. c.20 p.94
Ludus cui comparetur. A. c.20 p.94
Ludi cauſa duo Epiſcopi vilipenduntur. C. c.20 p.94
Ludus etiam apud Turcas punitur. A. cap. 20 p.95
Ludi ſpecies quæ ſit. B. c.20 p.95
Ludus quomodo vocetur. D. c.20. p.95
Ludus vtilis Epiſcopis proponitur. C. cap. 20 p.97
Ludus alearum ſatanæ ſacrificium. B. cap. 20 p.95
Ludus alearum à quo inuentus. A. c.20 pag. 95
Ludi alearum vitia quot ſint. C. c.20. p.95
Luſoriæ rei ambiguitatis Diabolus arbiter. B.C. c.20 p.95
Luſoris quidam horrendum exemplum. A. c.20 p.96
Ludus trudicularius ad animi corporiſque vires reficiendas commendatur. B. c.22 p.106
Ludus alearum an aliquando, ſit licitum D. c.20 p.93
Luſores qui puniuntur. A. c.20 p.93
D. Ludouicus Galliarum Rex Philippum hæredem monet. A. c.22. p.106
Luxuriæ nomina multa. C.D. c.24 p.111
Luxorioſus Sacerdotalis dignitatis redditur incapax. D, c.24 p.112
Luxuriæ quæ ſint vitia. C.D. c.24. p.112
Luxuria rationi contraria. D. c.24. p.112
Luxuriæ fama tantum, in Epiſcopis punitur. A. c.24 p.114
Luxuria in eminentioribus viris acriùs punitur. A. c.24 p.111
Luxurioſi Epiſcopi S. Concilijs damnati, & à Pontificibus dignitate ſpoliati. B. C. c.37 p.111
Contra Luxurioſos viros terra, & cælum armantur. D. c.24 p.114
Luxorioſi ſacerdotes horrendis pœnis diuinitus affecti. A.B,C.D. c.24 p.116
Mariæ Virginis Patrocinium Epiſcopis neceſſarium. D. c.61. & A. p.302
Mariæ Virginis inſtruendis Populis cura. B. c.61 p.302
Maria Virgo cur fuerit ſuperſtes filio. C. c.61 p.302
Mariæ Virginis encomia. D.61 p.302
Manus Moyſis cur lepra obducatur. A. cap. 36 p.180
Medicus contemptor eſſe debet diuitiarum. B. c.45 p.224
Mens humana cui aſſimiletur. C. c.18. p.87
Ante & poſt Menſam preces ſunt Deo habendæ B. c.32 p.151
Ad Menſam aliqua ſacra lectio è habenda. D. c.32. p.141. & A. p.152
Mores populorum pendent ex Præſulum ſanctitate. B. C. c.1 p.4
Moles ſacri regiminis ſi innitatur fundamento humilitatis perſeuerat. A. c.36 pag. 181
Mores bbediens Deo ſit linguæ expeditus. C. c.58 p.290
Moyſes cur fregerit tabula legis. D. cap. 32 p.152
Mulierum conditio licet vilis, tamen præſtantiſſimorum virorum eſt debellatrix. D. c.25 p.119
Mulieres fugiendæ. B. c. 26. p. 123. D. & pag. 124
Mulier, & vinum apoſtatare faciunt ſapientes. D. c.26 p.124
Muliebre contubernium ſemper ſuſpicionem, & maculam parit. D.A. c.27 p.128. B. p.129
Mulierem alloquens quomodo ſegerere debeat. B. c.27 p.131
Mulieris ad D. Ephrem Syrum ingenioſa reſponſio. D. c.28 p.136
Mulieres quomodo ſint inſpiciendæ. C. cap. 28 p.137
Munera moleſtè excipiuntur ex ſuperbis. D. c.35 p.176
Munera ſacra præſeferunt humanitatem, non faſtum. B. c.35 p.177
Mundus ſcena eſt. A. c.3 p.14
Mundi exordium deſcribitur. C. c. 37 pag. 189

M.

Macedonij Anacoretæ venatio. B. cap. 14 p.77
Marcus Antonius cum circum frequentaret ſecum libros afferebat. D. c.16 pag. 82

N.

Nadab, & Abiù Aaronis filios cur Deus vltricè flamma perceſſerit? C. c.32 p.153
Negotia mundana, & ſacrum regimen diſcriminantur. A. c. 43 p.220

plura

Plura exempla ad hanc rem referuntur .'B.C.D. c.43 p.220
Noſtorius priuatur ſede Epiſcopali. B. cap. 35 p.176
Nepotis incrimine, Epiſcopi patrui labes dignoſcitur. C. 42 p.254
Nomen bonorum pluſquam diuitię multæ extimatur. B. c.41 p.210
Quid per Nuptias inter Iſiridem,& Iſiridem ſignarunt Aegyptij.A.c.11.p.56.

O.

Obſcœni loquutoris miſerabilis finis. C. c.21 p.105
Oculi Soli,comparantur. D.c.28 p.132
Oculi animi ſedes. A. c.28 p.133
Oculorum deſcriptiones. B. C. D. c.28 pag. 133
Oculi omnium malorum origo. A. B. cap. 28 p.134
Oculorum licentia heroes eſpugnat. C. D. c.28. p.134. & A. p.135
Oculos cur nobis Deus impertiuit. C. cap. 28 p.135
Oculi animi arcana pateſaciunt. D. c.28 pag. 135
Oculi eccleſiæ epiſcopi. B. c.1 p.5
Opinio vulgi non contemnenda: A. c.41 pag. 213
Opinio mala, licet non vera, tamen ſemper cauenda. B. c.42 p.218
Opera pia cur agenda. D. 42 p.217
Opera extrinſeca interna produnt. C. cap. 38 p.163
Oraculum Delphicum Erynno conſiliarios ſuadet. A. c.7 p.34
Ornatus corporis, & ſplendor veſtium religioſis viris non permittitur. A.B. cap. 34 p.167
D.Paulus optat Orationem populorum ad miniſterij ſui proſperitatem. D. cap. 57 p.287
D. Franciſcus Saleſius ante obeunda negotia orat. A. c.57 p.288
Otium quid ſit. C. c.22 p.100
Otij definitiones variæ. D.c.18 p.85
Otium malitiæ magiſter. D. c. 18 p.85
Otium moleſtiſſimus labor eſt. C. c.18 pag. 87
Otij effectus. D. c.18 p.87
Otium magnatū expugnator.B.c.19.p.89
Otioſus Homo beſtiolis terræ peior. A. cap. 19 p.91
Super Otioſos Dæmon inuigilat. B. cap. 18 p.87

P.

Pambo Monacus Aegyptius loquendi modum nunquam ſe ſatis addidiciſſe fatetur. B. c.10 p.51
Paulus Apoſtolus ſacræ bibliæ ſtudio incumbit. A. c.12 p.62
Paulus Samoſathenus ob ſuperbiam à Sede Antiochena deturbatur. B. c.35 pag. 176
Paſtor bonus quę agere negligit non quę egit, aſpiciat. B. 40 p.207
Paupertate natalium ſplendor obſcuratur. B. c.46 p.235
Pauperum bona non cæteris pauperibus, ſed ijs qui Diœceſim habitant partienda. D. c.47 p.241
Pelopide nobile pronunciatū.A.c.4. p.18
Pœna contra ludentes quæ. C. D. c.20 pag. 92
PetrusApoſtolus cur in monte tabor corripiatur. B. c.4 p.21
Petrus Damianus de Alexandro II. conquæritur. B. c.54 p.275
Plutarchi ingenioſum paradoxum. D. cap. 42 p.215
Pręſūptione multi cadunt.AB.c.58.p.189
Pontifex poteſtatem à Deo trahit. D. cap. 54 p.271
Pontifex cur Atlas dicatur. B. c.54.p.272
Pontifex ouium Paſtor. B. c.54 p.272
Pontifex ad componendos Epiſcopos à Deo deſignatur. C. c.54 p.272
Pontifex Epiſcoporum cauſas ſolum tueri debet. C. c.54 p.273
Pontificum auctoritas in reddendis ſedi Epiſcopis exe ñ ita contra Arianos .B cap. 54 p.237
Pontificis contemptor omnes contemnit D. c.54 p.274
Pompas reijcere.&praui facere exemplis ſuadetur. A.B.C.D. c.33 p.159
Pręſules templi myſtici pars.B.c.24.p.114
Præſul cum ſubdito humilis eſſe non debet. A. c.39 p.199
Præſules erga ſubditos quomodo ſegerere debeant. C. c. 39 p.199
Quem honorē ſeruare debent. C. c.39 pag. 201
Dignitatem ſeruare concilia decernunt. D.A. c.39 p.201
Diuinæ cohortis duces. D.c.43. p.219
Præſul Græco idiomate ſpeculatorem ſignificat. B. c.42 p.215
Præceptorum copia curà Deo Hæbreis iniuncta. D. c.18 p.86.

Prin-

Princeps peſſimus qui . D. c.2 p.7
Principum quæ ſint virtutes . D. c.4. p.19 & A. p.29
Princeps lauro ſimilis . C. c. 11. p.57
Principes temperantes beatum reddunt regnum, intemperantes infeliciſſimum A. c. 31 p.146
In Principe humilitas, & moderatio a Solone exigitur. B. c.36 p.184
Princeps non debet dominari ſubditis ſed illis ſeruire . D. c.35 p.175
Primi Parentes ob ſuperbiam beatitatem amittunt . c.36 p.179
Prudentia propria virtus Præſidentis. B.C.D. c.5 p.22
Prudentia Principis in oculo ſceptri faſtigio inſidente apud Aegiptyos adumbratur . B. c.5 p.23
Prudenti oculis aſſimilatur . B. c.5. p.23 In arca Domini intus, & foris auro obuelata Prudentia ſupremi Sacerdotis ſignificatur . D. c.5 p.23
Prudentiam cæteræ virtutes comitantur. C. c.5 p.25
Prudentia ſine ſapientia reperiri non poteſt . D. c.5 p.25
Virtutum omnium regina. B. c.5. p.26
De Prudentia . c 5. per totum, & c.6
Quid interſit inter Prudentiam, & Panurgiam, ſeù calliditatem . B. C. D. cap. 6. p.28
Prudens cur Sycomoro ſimilis? D. c.6 pag. 29
Prudenti quid agendum? B.c.6 p.30
Profani Principes in poteſtate faſtigium ponunt, ſacri in humilitate . C. c. 36 pag. 182
Pudicitiæ candor ab infidelibus cuſtoditur . C.D. c.28 p.107
Pudicitiæ candor qu m deliearus. B.c.27 pag. 128

Q.

Quietem neceſſariam eſſe demonſtratur. B.C. c.21 p.99
Quietis nimiæ effectus quales. C. c.22 p.100
Quietis vſus a ſapientiſſimis viris adhibitus . A. c.21 p.99

R.

Rectores conſulere debens Deum . A. c.57 p.287
Regimen Sacrum moleſtum ſi ſuperbia tractetur . A. c.35 p.178
Regimen nullum inſtituitur abſque auxilio Dei . A. c.58 p.292
Regis exemplo Populus niniuitarum ieiunat . C. c. 1 p.3
Regis Galliæ præclarum . D. c.6 p.31
Roboami Conſiliarij peſſimi . C. D. c.8 pag. 40
Ruben Iacob Primogenitus, cur ab eo maledictus, & Sacerdotio priuatus. pag. 112

S.

Sacerdotes myſtici corporis capita . C. cap. 1. p.2
Sacerdotes myſtici corporis . ibidem .
Sacerdotes improbi cur ſimiles aquæ baptiſmi . B.c.2 p.9
Sacrarum litterarum ſtudioſi . c. 12. p.68 per totum .
Sacra profanis non ſunt miſcenda. B. c.20 pag. 96.
Samuelis exemplo Populus Dei mandata tranſgreditur . C. c.1 p.3
Cur Sale condienda ſacrificia Deus mandauerit . D. c.60 p.299
Sanguinis nexus caracter quidam eſt, qui vbique ſplendeſcit . A. c.48 p.248
Salamon petit cor docile à Deo . B. c.59 pag. 293
Saulis excidium ex ſuperbia . C.D. c.35 p. 173. vſque ad 174. A.B.
Saturitas nutrit ille cebras. A.c.29. p.138
Scriptura Sacta Theſauro, & fonti comparatur . D. c.12 p.62
Sermo operum pulſus eiuſque definitiones variæ . D. c.10. p.47. & ſeq.
Simplicitas, & imprudentia Epiſcopis noxia, & ſi eum ſanctitate coniuncta . A. c.5 p.25
Silentij amatores commendantur . B. C. cap. 10 p.47
Eadem ſpiritualium infirmitatum remedium . A. c. 12 p.63
Eadem epiſtola Dei ad creaturas . B. cap. 12 p.63
Qua attentione legenda . ibidem .
Eiuſdem multiplices definitiones . C. D. c.12 p.63
Euentus tragici Sacrarum Scripturarum . C. c.16 p.82
Senecæ dictum . D. c.22 p.100
Serijs grauibuſq; in rebus non ſemper eſt immorandum . B. c.21 p.98
Scurrilitas deriſionem cauſat . D. c. 22 pag. 103

Scurrilitatis vitium in Antiſtite punitur D. c.22 p.104
Solatia cui comparentur. A. c.22. p.102
Solatiorum temperantia comendatur. C. D. c.22 p.102
Sophocles à Pericle cur repræhenſus. A. cap. 28 p.136
Soboa Hæbreus ob ſuperbiam prouocat Deum, & exuitur ſacerdotio. C. c.35 p.3. 176
Spiritus Sanctus ſi adſit inutilia ſunt omnia quæ contra nituntur. B. c.58. p.289
Spectaculis publicis, conuiuijs, nuptijs intereſſe non licet Epiſcopo. B. c.15 pag. 48.
Studium valetudini prodeſt, ammiſſam reddit. C. c.12 p.67
Subditi quomodo à ſuperioribus tractandi. D. c.39 p.200
Superbus qui ſit. A. c.7 p.39
Superbire indignitatibus diabolicum eſt. C. c.31 p.172
Sycomorus prudentiæ ſimbolum. D. c.6 p.29. & A. p.32
Superbia initium omnium peccatorum. D. c.35 p.173
Superbia etiam ab Ethnicis damnatur. D. c.35 p.174
Superbi puniuntur graui pœna. D. c.35 pag. 174.
Superbia fædat virtutes. D. c.35. p.176
Superbia comparat odiũ. C. D. c.35. p.177
Superbus falſa prò veris amat. D. c.36 pag. 179
Superbus vt indignus reijcitur à ſacris ſedilibus. C. c.36 p.179
Superbia apoſtaſatur à Deo. D. c.36. p.181
Superbus eruit pupillã ab oculis Chriſti. C. c.36 p.181
Superbia Antiſtitum deteſtatur à D. Gregorio. D. c.36 p.181
Suppellectilum copia Epiſcopo denegatur. A. c.33. p.155. & C.D. p.155
Supellectilum ſplendor animi ſqualloremdenotat. D. c.33 p.155
Supellex moderata non prohibetur. A. cap. 33 cap.160
Supellectilum varietas, cur hodie Epiſcopis permiſſa. C. c.33 p.162

T.

Tempus malum quale dicatur. A. cap. 22 p.101
Temperantiæ enumerantur effectus. D. cap. 29 p.140
Temperantiæ deſcriptio. D. c.29 p.140
Temperantiæ pulchrum exemplum. B. C. c.29 p.104
Temperantiæ victus multorum exemplis probatur. D. c.31 c.146
Timothei Atheníenſium Principis dictum. A. c.6 p.31
Theoſij dictum. B. c.1 p.3
Theobaldi Regis de prudentia dictum. A. c.5 p.28
Thomas Cantuarienſis Antiſtes de Alexandro conquæritur. A. c.6 p.29
Theopompi ad Conſiliarios ſententia. C. c.9 p.42
Theophilus Patriarca Conſtantinopolitanus equorum ſtudioſus. D. c.14. p.75
Scęnici Tehatri definitiones variæ. B. cap. 15 p.79
Theatrales illecebræ quàm ibidem ſint noxiæ pudicitiæ ibidem. D. & 16. c.15 p.80 A. B..
Themiſtoclis ſententia circa imperium. D. c.36 p.186
Tomæ Volſæi ſuperbia damnatur. C. cap. 35 p.171
Themiſtoclis effatum. A. c.49 p.251
Traiani erga milites ſollicitudo. B. c. 4 pag. 21
Tridentinæ Synodi Canon, quo prohibetur ne res Eccleſiaſticæ conſanguineis donentur. D. c.48 p.247

V.

Vanæ glorię vitium idolatriæ notam habet. A. c.40. p.203. A. p.204
Vanæ gloriæ amor Epiſcopis nocet. B. C. D. A. c.40 p.203
Vanæ gloriæ cupidus cui ſimilis. D. c.40 pag. 206
Vanæ gloriæ effectus enumerantur. A. B. c. 40 p.207
Vana gloria furi comparatur. C. c. 40 pag. 207
Vaſti iniquo Regis Conſilio damnatur. c.9. p.95. per totum.
Verba turpia in ore Epiſcopi damnantur. D. c.10. p.51. A. p.52
Venatio cum carnibus, & accipitribus Epiſcopis interdicta. C. c. 14 p.73
Venatio Macedonij Anacoretæ. vide Macedonium.
Verba ridicula mores ridiculos arguunt. A. c. 22 p.104
Verba nugatoria in ore Sacerdotis ſunt Blaſphemiæ. A. c.22 p.104

Verba

Verba oſcęna venerij cordis ſunt inditia. A. c.22 p.105
Veſtium luxus mentis vanitatem arguet. D. c.33 p.163
Veſtium Pompa ſupplicium, & miſeria. A.B. c.34 p.165
Veſtium modeſtia, & veneratio decus parit ac reuerentiam. D. c.34 p.167
Veſtium ſquallor vitandus. B. c.36. p.168
Veſtium ſquallor, & ſciſſura nonnullorum ſuperbiam prodit. B.C. c.34 p.168
Veſtiendi forma vndè deſumenda, & quę veſtes Epiſcopum diceat. D. c. 34 pag. 169
Veſtibus exterioribus nobilibus, interioribus laneis qui fuerint vſi. B.34. p.170
Vita hominis cui ſimilis. D. c.18. p.87
Victus frugalis Epiſcopis perſcribitur. B. c.30 p.143
Vini intemperantiæ effectus. C. c. 32 pag. 152
Vinum luxuriæ fomentum eſſe exemplificatur. A.B. c.32 p.153
Vinum ante ſacrificia ſacerdotibus in lege veteri prohibitum. C. c.32. p.153
Vinolentus Sacerdos punitur. A. c.32 pag. 154
Vino quomodo vti debeant Epiſcopi. B. C. c.32 p.154
Virtutes quando in vitia deſciſcant. A. cap. 42 p.217
Vgo conſtantienſis Epiſcopus fulmine terretur ac furum combuſtione. D. cap. 14 p.76
Voracitas in edendo damnatur. C. D. c.31. p.148. & A. p.149
Virtus ante ponenda diuitijs, & honoribus. C. c.3 p.14
Victoria Gedeonis aduerſus Madianitas deſcribitur. D. c.22 p.100
Vgo Gratianopolitanus Præſul in Carthuſianam eremum frequenter ſecedebat, vt ſuam humilitatem in ſe ipſo perficeret. C. c.2 p.11
Vtilitas priuata reipublicæ venenum. A. c.20 p.20

X.

Xenofontis pronunciatum. D. c.4 pag. 19
Xenocratis ioci, à Platone excuſantur. D. c.21 p.200

Z.

Zeuſis Magabizi Principis loquacitatem reprehendit. A. c. 10. p.42
Zenonis de ſilentio pronunciatum. C. cap. 10 p.47
Zeno cur theatrum dicatur ab Antigono. B. cap. 16 p.83

FINIS.

ANT 1317329